DISPVTATIONES ADVERSVS LVTHERANOS

per diuinarum Scrip. theoremata eorum dogmatibus oppoſita. Ioan. Maria Verrato Ferrarienſe Carmelita Authore.

OPVS IAM QVARTO AB Authore recognitum & emendatum, nouis additionibus ſupperaditis, cum Apologia, & oratione in Lutheranos.

TOMVS PRIMVS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Beatus uir cuius eſt Dominus ſpes eius, & non reſpexit in uanitates & inſanias falſas.

VENETIIS, IN VICO SANCTÆ Mariæ formoſæ, ad ſignum Spei, M D LIIII.

2.32.A.26

INDEX OMNIVM TRACTATVVM.

De Fide, operibus ac meritis. fol. 1.
De Libero arbitrio. 28
De Prædeſtinatione. 64
De Cultu Dei,& ſanctorum 91
De Orando Deum & Sanctos & De adoratione Dei, & ſanctorum &c. 107
De Auriculari ac ſacramentali confeſsi. 125
De pœnitentiæ ſacramento 146
De Eccleſia & eius authoritate. 158
De Primatu Petri & ſedis apoſtolicæ. 173
De Euchariſtiæ ſacramento. 185
De Communione ſub utraque ſpecie. 217
Ne Matrimonij ſacramento 223
De Purgatorio 226
De Indulgentijs 232
De Mendicantib.& concionatoribus. 237

INDEX APOLOGIE.

Deus non præcepit impoſsibilia. car. 245
Prædeſtinatio non neceſsitat libe. arbi. car 248
Nullus adultus iuſtificatur ſola fide car.250
Quilibet poteſt reſiſtere internę uocationi. car.254
Non omnia infidelium opera ſunt peccata morta-lia car.255
Infidelium peccata morta. nobis non ſunt uenia-lia. cap.262
Deus non eſt perſonarum acceptor. car 263
Non licet aliquod pertinaciter aſſerere. car.264
Indulgentiæ iuuant exiſtentes in purg. car.267

PAVLO III. PONT. OPT. MAX.

*

AEQVVM eſt, Beatiſs. Pater & rationi maxime conſentaneum, ut ea, quæ Chriſti Dei nomine ſumus edituri, nulli magis, quam Chriſti Vicario nuncupatim dicentur. Itaque tibi præcipue qualeſcunque diſputatiunculæ noſtræ debentur, qui eius ipſius uices in terris merito tenes, per quem unum ſeruati iampridem, ac ex faucibus Orci ſumus erepti. Tu enim uerus Petri ſucceſſor, & Religionis noſtræ Princeps ita Pietate, ſcientia, Sanctitate, Iuſtitiaque præſtas, ut unus poſt homines natos cœlo demiſſus eſſe uidearis, qui Rem publicam Chriſtianam ab impiorum nefario ſcelere hac tempeſtate defendas. Quam quidem ad rem cum bonus pro ſe quiſque operam pro uiribus nauare debeat, ne in communi omnium piorum negotio ceſſare uideatur. Ego quoque ne nihil prorſus agerem, ſtatui in præſentia tuo ductu, atque auſpicio aduerſus teterrimos Eccleſiæ Romanæ hoſtes ſtipendia facere, ut ſi non Legionarius in hac militia, ſaltem Gregarius habear. Scripſi aduerſus Lutheranos de Fide, & Operibus, de Libero Arbitrio, de Prædeſtinatione, de Orationibus. Sanctorum, de Imaginum adoratione, de Confeſsione, de Pœnitentia, de Poteſtate Eccleſiæ, De primatu Petri, atque apoſtolicæ ſedis, De Euchariſtia, De communione ſub utraque ſpecie, De Matrimonio, De Indulgentijs, De Purgatorio, De mendicantibus & concionatoribus. Quæ quidem omnia cum nullis alijs, præter quam Sanctiſsimorum Patrum noſtrorum armis ab iniquiſsimorum hominum iniuria pro mea parte uindicare conſtituerim, Dabis hanc ueniam Sanctiſs. Pater, ut opinor, ſi linguæ latinæ mundicias, atque ornamenta neglexero, multoque maiorem ueritatis, quam neſcio cuius dignitatis rationẽ

habuero. Siquidem, ut ait Poeta, Ornari res ipſa negat, cõtenta doceri.

Erit hoc uelut tumultuarium quoddam certamen, in quo non Litui, non Tubę, non Tympana, non arma illa fulgentia. Sed pugna quædam remiſſior, & ut ita dicam, pacatior erit. Nam eo propemodum dicendi genere uſi ſumus, quod magnus orator ille probat in Philoſophis, quorum mollis eſt oratio, et umbratilis, nec ſententijs, nec uerbis inſtructa popularibus, nec iũcta numeris, ſed ſoluta liberius. Nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil attrox, nihil mirabile, nihil aſtutum, caſta, uerecunda, uirgo incorrupta quodammodo. Itaque ſermo potius quam Oratio dicatur. Hoc itgitur Beatiſsimę Pater, quicquid eſt munuſculi pro tua ſingulari benignitate ne ſpernas, quod ſi fortaſſe uidetur exiguum, certe tanta eſt mea fides, & ꝓpenſa uoluntatis alacritas, ut facile ſperem eam non ſecus ac Deo Opt. Max. ita Sanctitati tuæ placituram. Cui ſupplex ad pedes procumbens me, meaque uehementer etiam atque etiam ſtudia commendo.

Bononię in Aedibus diui Martini. xi. Kal. Februarij. M.D.XXXVIII.

Frater Io. Maria Verratus Ferrarienſis Carmelita humilis ſeruus.

ILLVSTRISS. AC REVEREN. DOMINO Nicolao Rodolpho. Sanctę Rom. Eccle. Titulo Sanctę Marię uięlatę Diacono Car. ac Carmelitarum ordinis Patrono Opt. S. P.

IN hoc penè fluctuantis religionis Chriſtianæ diſcrimine eos præclarum, ac acceptum domino opus præſtare arbitror, qui Apros uineam, quam ipſe ſeuerat peſtilentiſsimis ſeditionibus uaſtantes ab ea totis uiribus abigere conantur, & quæ damna illi illata ſunt, ueluti optimi coloni, ſua diligentia reſarcire, Nam licet (quod ipſe uineæ ſator, & dominus, dũ nobiſcum erat, ſæpius dixit) multi futuri ſint, qui aduerſus ipſam genuinum frangant, ipſa uere permenſura ſit, Tamen nõ eſſe cunctandum cenſeo, quin (quum res ac tempus id poſtulat) ij, qui ſua calliditate, ac peruerſa malitia in ipſam conuellẽdam incumbunt, corrigantur, ut ad bonam frugem (ut dicitur) ſe recipiant, Quod ſi minime fieri poteſt, ab ea ueluti peſsimi hoſtes accerrime depellantur, ne ipſi, ſua iniquitate, impietatis labe eos inficiant, qui ad ipſam excolendam propenſiori animo incumbunt, uel eos qui rerum uſu, ac experientia nõ ſatis ualent, imbecilliorisq́ ſunt uirtutis (quibus iſti iſidias parant) ad deteriorem partem conuertant. Hac de cauſa honoratiſsime Antiſtes uiſus eſt mihi Io Mar. Verra. Ferrarienſis inter ſodales Carmelitanos, qui iàm diu ſub tua clientela ſunt pietate, ac religione longe præſtans, & cum omnibus bonis artibus, & diſciplinis ornatus, tum in ſacrarum literarum ſtudiis diu, ac multum uerſatus egregium opus nauaſſe, ac præclarã operã domino dediſſe, Hoc ſuo in uerſutos, ac moroſos hoſce cauillatores uolumine, quo accepta iam damna reſarcit, & q̃ poſſent ĩferri, aduerſariorum impetum ſtrenue ſuſtinens, ab hac ipſa uinea, oĩbus machinis propulſat, atque propellit, oſtẽditq́ illos, qui cultorum nomen ſibi aſſumpſerunt, in optimos, ac ſedulos colonos impiè iuraſſe, uineæq́ ipſi perniciem parare, illiusq́ radicibus inſtare bipenni. Quapropter Reipub. Chriſtianę uehementer gratulor, quod eum nacta ſit uindicem, atq́ huiuſmodi malitiæ oppreſſorem, qui uirtutę, ac ſacrarum rerum intelligentia adeo præſtet, quòd ſi paucos, in hoc præclaro facinore obeundo, pares habuerit, non ſit futurus aduerſariis amplius locus, in quo plagam infligant. Nam ſi his ſeptis, bis can-

cellis, hæc domini uinea clauderetur, his colonis coleretur, His cuſtodibus ac propugnatoribus defenderetur, ꝑfectò hi, totius pietatis Chriſtianæ euerſores, fruſtra in ipſam uires ſuas experirentur, gratulor etiam tibi, ampliſsime Antiſtes qui optimus ĩtegerrimus, eruditiſsimus, inter reliquos maximè pius in ampliſsimo hoc patrum ordine, ueluti fax quædam, præluces, quòd eum uirum in tua habeas fide, ac clientela, cuius lucubrationes, Auſpicijs Pauli. iij. Pontificis Max. ac Sanctiſsimi, & (uno uerbo ut multa complectar) maximè digni, qui in fęlici hac uineæ ſtatione, quam pridem tenet, ceu uigilantiſsimus cuſtos poſitus ſit, ut rei Chriſtianæ eius ſtudio, pietate ac ſapientia, conſultum ſit, & tueantur, & probentur, Tuarũ igitur erit partium pro tua ſingulari religione, ac pietate, in huncq́ Carmelitarum ordinem beneuolentia, & propenſa uoluntate, cum in omnes, Tum in eos qui uirtute, ac ſanctitate excellunt, opus tã pręclarum fouere, Illud Pontifici Summo comendatum facere ut etiam tuo fauore illi gratius contingat, Tuoq́ huic clienti animum addas, ad alia, quæ optima, & preclara apud ipſum latent, edenda, quibus horum error qui cum omnia conuellãt, (modo poſsint, ac diſijciant, Reipublicæq́ Chriſtianæ unitatẽ ſcindãt, ſe priſtinam libertatem repetere clamitant) ſic pateat, ut hoc (quorum duritiem, ne dicam impietatem, ſæpius miſeratus ſum) ſuæ peruicatiæ & pudeat (quod Deus faxit) & pœniteat, cæteri uerò qui, horum inſania, deſsipere cœperunt, & in rei Chriſtianæ Maieſtatem cauillantur ab eorum inſtitutis animum auocent, & Chriſtianam pietatem in intimis præcordiis recipiant. Vale Farrariæ. xviij. Calendas Octorbis, Anno Chriſtianæ ſalutis. M. D. X L I I I.

Cynthius Io. Bapti. Gyraldus Ferrarienſis.

DE TRIPLICI FIDE author ad Lectorem.

FIDEI multa genera eſſe candidiſs. Lector, Multipharie uarijſque modis in utraque lege accipi non ambigimus, ſed cæteris omiſsis, dico, triplicem præcipue eſſe fidem, Vnam a deo infuſam eandem cum ſpe & charitate diuinitus elargitā, quę, alio nomine dei gratia ſeu diuinus fauor & patrociuium merito nuncupatur, Et hæc illa eſt quam infantibus in baptiſmate ipſos iuſtificans, Deus abſque operibus bonis elargitur, Nā teſte Apoſtolo, ſine fide impoſsibile eſt placere Deo, Infantes uero ſacro baptiſmate aſperſi Deo quàm ualde placēt. fidem igitur gratiam uidelicet uel Dei fauorem habere neceſſe eſt, de qua fide Paulus ad Ro. Iuſtus ex fide uiuit. Quoniam ſicuti homo peccato ſpiritualiter occiditur, ita per fidem Deo uiuit. Quamobrem fides infuſa gratiaq; ſeu Dei fauor & patrocinium diuinumue præſidium idem ſunt, Aliam præterea fidem pro adultis reperiri diuinæ teſtantur hiſtoriæ, Quę eſt uerus intellectus aſſenſus abſque ulla animi ambiguitate cunctis a Chriſto relatis fidei articulis firmiter aſſentitur, quæ eſt bimēbris. Altera informis nunq̄ uidelicet charitate neq; intrinſeca aliqua uirtute formata, quæ aliter fides hiſtorica nominatur, de qua Iacobum multoties legimus dicentem, Fides ſine operibus mortua eſt. Et ibidem Dæmones credunt & contremiſcūt de qua quoq; ad Titum Pauli uerba ſunt hæc, Multi confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, De huiuſmodi uero fide informi cui hominem iuſtificare repugnat non amplius locuturi ſumus, Alia denique eſt fides ſpe uidelicet & charitate īterioribus cęteriſq; uirtutibus formata (exempli cauſa) Adultū infidelem noſtrę religionis ſacris initiatis Chriſtianis articulis atque omnibus credere firmiter ſine titubatione ponamus, formata illa nempe ut in eo exiſtat fides, huiuſmodi adultum ſuā in Deum totam ſpem habere, eumque ante omnia colere, ſeque etiam erratorum pœnitere præteritorum cum animi concepto fore diuina ſeruaturum mandata neceſſe eſſe minime latet, quæ quidem bona intrinſeca opera, ueluti forma dant eſſe fidei, de qua Pau. ita prolocutus eſt dicens, Fides eſt quæ per charitatem operatur. Et alibi, Si habuero omnē fidem ita ut mon-

tes tranſferam charitatem autem non habuero nihil ſum, Dicam igitur doctiſsime Lector corpus compoſitum tanquam formatam exiſtere fidem, materia cuius Chriſtianorum certitudo eſt articulorum, ſua uero forma, ſpes & charitas, reliquaque interiora bona eſſe dicuntur, quæ cum ſint de eſſentia ipſius fidei formatæ, liquet ſi fides iuſtificat impium, bona quoque opera ipſum iuſtificare, Quemadmodum enim (ut de his te certiorem faciam) hominem nihil aliud quam animam & corpus ſimul eſſe fatemur, nequitque aliquid operari ſine anima & corpore, & quicquid operatur homo, illud idem operari animam dicimus, ita a ſimili, Cum fides iuſtificat hominem, opera bona ipſum iuſtificare oportet, Ex quo igitur ſtudioſe Lector plane intelliges rationes huius primi tractatus aduerſus Lutheranos euidentiſsime concludere, pariter & in aliis ſequentib. &c. Scias etiam non alia de cauſa hoc me edidiſſe opus, niſi ob generale futurum concilium, quod ut ſatis diplomate Pontificio conſtat. Iulius. 3. Pont una cum Ampliſſ. Patrum collegio q̃ primum temporis opportunitas poſtulauerit, inſtituit celebrari, ut ibidem fidei ueritas agnoſcatur, & ut moderniores Hęretici, ſuorumque fautores medio diuino pręſidio, conuertantur, & proinde, quoniam pernicioſiſſ hæreſis his temporib. uiget maior quacunque alia, Nam pręteritis temporib. dum aderat una reliquæ aberant. In præſenti uero fere omnes ſimul Luthe. cauſa ſuſcitantur hæreſes in ſanctis olim conciliis merito damnatæ, idcirco ſi eos interdum uerbis paulo ſeuerioribus inſector, non ex odio, potius uero Dei & iuſtitiæ zelo me facere credito, quinimo propinquos ueluti fratres atque illorum pro ſalute deum aſsidue obſecrans eos amore proſequor, Verum hæc miſſa facio, ne prolixior habear, unum illud obſecro & obteſtor, ut legere & perlegere opus, deinde corrigere, caſtigare, emendare, ſuo iudicio quiſque uelit. Vale.

INDEX IN QVO OMNES MATERIAE (DE quibus loquimur in hoc libro) cōprehendun-tur, per ordinem alphabeti.

ABſoluit ſacerdos inſtrālr, Deus uero effectiue & ṗn-cipalr remittit pctā. fol.129
Accepta pſonaꝝ Deum nō eſſe teſtimonio ſcripturæ cōpro-batur, fol. apolog. 264
Adorandus eſt Deus & ſancti ſed diuerſimode. 108
Adorationis ſpecies tres. 107
Adorandi Deum modus mul-tiplex ibidem.
Adoratio latria quid. 109
Adoratio dulia quid. 111
Adorare dęmones aut damna tos nullo modo decet. 109
Adoratione dulia qui adoran-di ſunt. 108
Adoratio hiperdulia qd. 110
Adoratio interior & exterior. Itē per ſe & per accidēs. 109
Adorare imagines abſolutè cō ſideratas idolatrare eſt. 113
Adorare imagies reſpectiue cō ſiderata poſſum⁹ & dbem⁹. 112
Adorādus eſt Xp̄s qui eſt Deus & hō adoratione latria. 113
Adorāda nō eſt hūanitas Xp̄i in ſe abſolutè cōſiderata ado ratiōe latria ſed hipdulia. 119
Adorandus ē Chriſtus in ſacra mento altaris adoratione la-tria & qualiter. 121
Agere neceſſario & libere diffe runt. 128
Agnus paſchalis ſignāt corpus Chriſti in ſacramento. 194
Angeli qualr orāt ꝑ nobis. 100
Angeli & ſcti uident matutina & ueſptina uiſiōe & qūo. 104
BEatitudinē philoſophi in actib⁹ uirtutū poſuere. 3
Beati ſunt liberi. 37
Bn̄dic. dei nunq̄ ē ſine grā. 224
Bonum meritoriū morale ex genere. 34
Bonoꝝ operū exēpla. ibidē
Boni operis Cornelij centurio nis exemplum. ibidem
Bonū morale īterdū opanī īfi-deles cōtra Greg. Ariminē. 35
Bonū morale pfectum imperfe ctum quid. Apolog. 156
CAuſis tā ṗncipalr q̄ minus principaliter cōcurrenti bus effectus attribuitur. 7
Cauſa effectiua quid ad cuius eſſe ſequitur aliquid. 72
Cauſa capitur interdū ut dicit quandā ꝓprietatē unius ꝓpo ſitionis ad alteram. ibidē.
Cāę efficiētes ſacri euchar. 198
Cęlū claude. & apire qd ſit 180
Cęna ulti xp̄i qua die ſcā ē. 202
Cęna ulti. xp̄i ſcā fuit die iouis ſcdm latinos cōtra gręc. 205
Cibus aīæ q fuerit ante xp̄m & poſt xp̄m euchariſtia. 212
Cibo utūtur quatuor naturę ſ. uegetati: ſēſi. itel. & ang. ibid.
Cibus datur ad ſuſtētādū. ibi.
Cib⁹ aię & corpis differūt. ibi.
Cibo nouo utitur homo noui

ſter renatus. ibidem.
Clauē duplicē hēt ſacerdos. 180
Clauis duplex, ſcilicet cognoſcēdi & ſententiādi. ibidem
Conuerſio duplex. ſ. principalis & inſtrumentalis. 51
Côuer. formalis ē xp̄i fides. ib.
Cognoſcit deus oia pn̄tialr ſimul pfecte & imutabiliter 64
Cognitio beatoꝝ duplex. 105
Côfeſsio laudis & fraudis. 123
Côfeſsio gn̄alis & ſpālis qd ib.
Confitebantur iudęi aliqn̄ peccata in ſpecie. 124
Côfeſsio q̄tę utilitatis ſit. ibid.
Côfeſ. legalis fig. fuit ſacraľ. 125
Confeſsio auricularis neceſſaria eſt ad ſalutem. ibidem
Côfeſsio ſacramētalis a quo inſtituta ſcdm uarias opi ibidē
Confeſsio ſacramentalis fuit à Chriſto inſtituta. 127
Confeſsionē ſacramētalē eſſe à Chriſto inſtitutam oſtēditur ſufficientiſsima rōne, ibid.
Confeſsio ſacramentalis pbatur quinq; diſcurſibus. 134
Côfeſ. ſacrālis cur inſtituta. 135
Confeſsionem ſacramentalem dari figuris oſtenditur. 136
Côfeſsio ſacramētalis pbatur multis doctoꝝ auctorita 128
Côfeſsionis ſacramētalis obiectiones ſoluuntur. 141
Côfeſ. miniſtri ſūt ſacerdo. 243
Contritio duplex. 156
Contritio uera non eſt ſine pꝓpoſito confitendi. ibidem
Confeſsionis ſacramentū qūo remittit peccata. 157
Contritio habet dolorem peccati & ꝓpoſitū côfitēdi. ibi.
Concilio gn̄ali pn̄t oēs Chriſti fideles intereſſe. 161
Côcilij gn̄ali dterminatiōi oēs xp̄i fideles aſsētire tenenľ. 168
Corpus Xp̄i natum de Virgine eſſe ſub ſpeciebus panis & uini in ſacramēto ꝓbatur. 185
Comedi pôt quælibet res comeſtibilis realr & ſpūalr. 186
Corpus Chriſti qūo mâducaľ ſub ſpecieb⁹ panis & uini. 187
Corp⁹ xp̄i qūo eſt in ſacro per pulcherrimū diſcurſum. ibid.
Corp⁹ xp̄i triplex habuit eē. 189
Corpus xp̄i a quatuor gn̄ibus hoium diuerſimode ſuiľ. 190
Corpus Xp̄i eſſe uere & realr in ſacro altaris oſtēditur per ſcripturarum teſtimonia. ibidē
Corpus xp̄i digne ſumēdū. 196
Corpus ſuū xps q̄b⁹ de cauſis reliqt nobis in ultia cœna 212
Côionē ſub utraq; ſpē nō oib⁹ neceſſariā eē oſtenditur. 218
Cômunicandū ſecularib⁹ ſub una ſpecie tm̄ demôſtraľ. 221
Côcionatoꝝ gn̄a quatuor. 240
Côcionatoris offm̄ 241
DAmnatoꝝ actus ſemp ſūt moraliter mali. 36
Damnati non ſemper neceſsitātur ad maleuolendū. ibid.
Dānati nō carēt lib. arbi. ibi.
Dānati hn̄t cognitionē & memoriā actuū ſuoꝝ ptôꝝ. ibi.
Deum eſſe naturali diſcurſu cognoſcitur. 37
Deū eſſe primū motorē & tam

tum unum ac infiniti uigoris cognoſcit lumine naturę. 38
Deus eſt ubiq; & qualiter. 65
Deus licet ſit cauſa neceſſaria tñ ad extra contingenter & libere operatur. 67
Deus licet cõtingenter operetur eſt imutabilis tamen. ibid.
Deꝰ dicit imutabilis duplr.ibi.
Dei cognitio multis nominibus nominatur 70
Deus ante mundi creationem tria faciebat 71
Deꝰ delẽdo pctm̃ nõ mutat. 92
Dialogus inter xpm & iudæos de corpore ſuo qualiter poterat comedi. 186
Diluuio purgati fuerũt fructus terræ. 215
Domus fidelium quæ ſit. 230
Domum ædificant ſtulti & ſapientes diuerſimode. ibid.
Ecclię mltiplex acceptio. 158
Eccleſiã eſſe maioris auctoritatis q̃ euangeliũ, qnq; rõnibus demonſtratur. 163
Eccleſia quõ dicẽda ſit ſancta nouẽ rõnibus demõſtrat. 165
Eccleſiæ determinationi oẽs parere tenentur. 170
Eccleſiæ ſi tollatur authoritas omnia in fide erũt ambigua dubia & incerta. 171
Eccleſiæ ſemota autho. oẽs hęreſes alias dãnare redibũt. ib.
Eleemoſina an ualidis mendicantibus ſit danda. 237
Aequalitas iuſtitię duplex. 19
Aequalitas iuſtitię fũdatur in conuentione. 19
Errare facere duplr dicitur. 49
Euenire a caſu & a conſilio differunt. 55
Eſſentialiũ unum ſine alio eſſe non põt & cui conuenit unũ conuenit & aliud. 1
Eſſentialiũ q̃ cõpetunt uni cõpetunt & alteri perſonis diuinis acceptis. 6
Eſſe rerum oĩum triplex. 176
Excõicãdi ptãs cui cõpetit. 181
Falſum uerum uera nõ niſi uera inferunt. 8
Facere qđ in ſe eſt qd ſit. 24
Fides triplex. in prologo
Fidẽs ſine opibꝰ nõ iuſtificat. 1
Fides q̃ ẽ donũ dei iuſtificat. 1
Fides iuſtificans eſt fides uiua & formata. ibidem
Fides tanquã arbor bona quæ ſine fructibus non eſt. ibidẽ
Fidem neceſſariam ad ſalutẽ & nõ opera impoſsibile eſt. 2
Fidẽ uiuã hẽt, ergo bñ opat & ecõtra, ẽ cõſequẽtia formal. 7
Fides uiua ĩcludit opa bona. 11
Fides infuſa acquiſita. 51
Fides augeri poteſt intẽſiue & extenſiue. 52
Fides formata ĩformis. apol. 251
Figurat aliqd duplici de cã. 193
Figurę ſacri eucha. quatuor ib.
Forma cõſecrationis duplex interior, & exterior. 109
Gratia Dei omne bonum largitur. 12
Gratia an det neceſſa rio a Deo facienti quod in ſe eſt. 23
Gratia neceſſaria eſt ad quolibet opus meritorium. 50

Gra tria ſignāt ſi dm triplicem ei' deriuationē Apolog.256
Gratia gratis data & gratu faciens differūt. Apolog. 257
Gra opans et cooperans pręueniēs & ſubſequens quō differūt quō nō ibidē in Apolog.
Gratia qualiter pręuenit omne opus bonum. ibidem
Gra gratis data vlis & ſpal' ibi.
Grę gratū facientis neceſsitatē male negabat pellag' Apo.259
HAereſes Lutheranorum alias reprobatę quō ſunt in cōcilio diſputandę. 171
Homo duplex. 52 &.213
Homo efficitur ſeruus peccati & quomodo. 53
Homo poteſt ex ſeruo peccati ſe facere liberum ibidem
Hoc in cōſecrationis uerbis qd demōſtret pres aſſertiōes.208
Hoc eſt corpus meū An his uerbis uel alijs cōſecrauerit xps i cœna plures opiniones. 207
IMaginū duplex repntatio. 111
Imagines qualr adorādę. 112
Imaginum adoratione tres formamus cōceptus. ibidem
Imaginū adoratio uulgaris dānatur. 113
Imaginē adorare quid ſit. 116
Imagīes cur ecclia ſuſtinet ibi.
Intrinſecis & pprijs q̄ uni cōueniūt alteri non repugnant 6
Intellis pprietates īſepabiles. 31
Influxus diuinus duplex. 50
Indulgentia quid ſit. 232
Indulgētiarum quatuor cauſę.233
Indulgētię quō acqruntur. 235
Indulgentię quō iuuant exiſtētes in purgatorio. 236
Iuſtificatio duplex 1
Iuſtific.ad plura cōpari pōt 11
Iuſtificatur homo dupl'r ex fide & operibus bonis. 13
Iuſtitia iuſtus iuſtificari iuſtificatio differunt Apol.250
Iuſtificari hoiem fide ſine operibus error oſtēdit Apol.ibi.
Iuſtificatio quid. ibidem
Iuſtificari hoiem fide & opib' bōis pulcherrie oñdit. Apo.252
Iubileus quid. 133
LIberū arbi.dari tā ad bonū q̄ ad malū ac homini cōnaturale eſſe oſtenditur 28
Libertas multiplex 29
Liberū arbitriū qd ſit. ibidē
Liberum arbitrium dari pbatur rationibus. 30
Libertas uoluntatis alijs rōnibus oſtenditur. 32
Liberorum arbit.dari ſcripturarum teſtimonijs demōſtratur 41
Pro lib.arbi qnta demōſtratio auctoritatibus ueter.teſt. 43
Per liberū arb.qd poſsit hō exiſtens in puris naturalib'. 46
Libero arb. pōt adult' ſine gratia uitare pctm̄ & pręcepta adimplere quomodo. ibidē
Liberari a peccato quid. 55
Liberum arb.diſcurſu oſtēdit. 56
Liberum arbitrium ſtat cū infallibili cognitione Dei 66
Lib.arb.cōcur. ad hoīs ſalu.73
Lib.arb.a pdeſtinatiōe neceſsitudinē minie patit. Apo.248
Lib.arb.actiue cōcurrē ad op'

bonū Māichei negarūt ap.249
De lib.arb.pei' loqu unt Stoici Luther.q̄ Manichei Apo. ibi.
Lib.arb.cōcluſio qnta cū obie ctione,& duabus rebus. 59
Liberi arb.cōpēdiū reſolutū.61
Libertas naturę,gratiæ, & gloriæ nobis neceſſaria. ibi.
Liberū arbit.quo ad naturam, quo ad gratiam, quo ad gloriam,dari neceſſe eſt. ibid.
Libertates quinq; Adæ ibidē
Lib.arbitrij multa exēpla. 62
Loca approbātia opa bona neceſſaria ad ſalutem. 4
Loca male,ꝓbātia hoīem opib' nō iuſtificari cū rñſiōe cat.10
Loca ꝓbātia hoīem ex debito iuſti.mereri merce.uitę ęter.15
Loca ꝓbātia uiatorē nō mereri uitā ęternā rñſiones ad ea 17
Loca ueteris & noui teſtamēti ꝓbantia liberū arbitriū 40
Loca ꝓbantia prędeſtinationē non imponere neceſsitatem libero arbitrio Apol. 249
MAnna corpus Chriſti in ſacro figurauit 195
Materię ſacramenti eucha. 202
Mrimoniū eē ecclīę ſacm rōnibus & auctori.mōſtraſ 223
Matrimoniū multiplici de cauſa fuit inſtitutum. ibid.
Merces & meritū ſūt correlat.15
Meritū condignum quid 18
Meriti ad premiū ꝓportio ibi
Meriti cōdigni cōditiones. 16
Mereſ iuſt'bitudinis pmiū 20
Meritū cōgruum quid ſit 23
Mereſ pctor faciēs qd' i ſe ē'pri mā grām de cōdigno 28
Meritum eſt cauſa pmij ex Deī ordinatione 211
Memoriæ proprietates. 31
Memoria duplex 32
Melchiſedec ſacrificium Chriſti corpus figurat 192
Mendicantibus ualidis an dāda ſit eleemoſina 237
Mēdicare quot modis cōti. ibi.
Mendicantium laudes 240
Miracula magis in uno loco rēlucent quàm in aliò 117
Mirabilia multa ī alta ſacro 216
Monarchia ecclīę et ſecli qd 110
NAturalia pura q̄ ſint 45
Neceſsitas coactiōis & immutabilitatis. 24
Neceſsitas coactiōis repugnat libertati arbitrij non neceſsitas imutabilitatis 28
Neceſsitati omnia fieri ſalſum oſtenditur 91
Notabilitas itelſs oñdiſ qngrōnib' ī ſcđo trac.de lib.arb. 32
Nobilitas uoluntatis maior oſtēdiſ alijs rōnib' cū rñſione ad rōnes oppoſitas. 32
Numerꝰ reprobotū maiorē eſſe q̄ electoꝶ oſtēdiſ ſcripturis in ſcđo trac.de pdeſtinatiōe 74
Numerꝰ electoꝶ maiorē eē male oñdiſ rōnib'ſed rñdeſ ib.
Nūmerū electoꝶ maiorē eſſe etiā alijs rōnibus male oſtenditur ſed reſpondetur ibidē
OBicē remoueſ qd ſit. 15. 25
Obex grāe multiplex 25
Obiectiones hæreticorum cōtra libertatē arbitrij 33

Obiectionũ prędictorũ ſolõ 35
Obiectiones cõtra liberũ arbitriũ ex ſolõne earũdẽ 54. 47
Obõnes ꝓbãtes uolũtatẽ Dei eẽ cãm p̃deſt. & reprobõnis. 76
Obiectio inſipiẽtiũ cõtra p̃deſtinationẽ & reſpõſio. 81
Obiectio uulgaris cõtra p̃deſtinationẽ & reſponſio. ibid.
Obiectiones qđ ſancti nõ orãt pro nobis & rñſiones 97. 102
Obiectio alia qđ ſancti nõ orant pro nobis & rñſio 106
Obiectio qđ imagines nõ ſint adorandæ & reſpõſio. 115
Obiectio qđ uota nõ admittẽda ſint ad imagĩes & rñſio. 106
Obiectiones cõtra cõfeſsionẽ ſacramẽtalẽ & rñſio. 141
Obiectio cõtra primatũ ſũmi pontificis & reſponſio. 184
Obiectiones qđ ſub utraq; ſpẽ cõicandũ ſit & rñſio. 218
Obiectio qđ p̃cepta dei ſunt ĩpoſsibilia & rñſio. Apo. 247
Obiectio quod opera ĩfideliũ pctã ſint & rñſio. ibidẽ. 26
Obiectio quod pſonarũ acceptor ſit Deus & rñſio. 264
Obijcitur cõtra liberũ arbitriũ & rñdetur dupliciter. 1
Opera bona adultis neceſſaria ad ſalutem. 1
Opera in fide iuſtificant. ibid.
Operibus bonis quis meretur uitam æternam. ibidem
Opa bõa ſunt de eẽntia fidei. 2
Opatores uirtutũ a pħis fœlices, a xpo beati appellant. 3
Operatio Dei multiplex. ibidẽ
Operatio dei, angelorum, hominum differunt. ibid.
Opera neceſſaria eſſe ꝓbat auctoritatibus ſcripturarũ. 4
Opa i fide & gr̃a opata iuſtifi 6
Opera iuſtificare teſtimonio ſcripturarum probatur. 9
Opera bona quomodo iuſtificant, & quomodo non. 11
Opa bõa itrinſeca & extrin. 13
Opa bona ut a nobis ſunt nõ iuſtificant ſecus ut ſunt a gratia & a ſpiritu ſancto. 18
Operationum bonarũ & malarum diſcurſu 152
Operũ alia p̃cedũt, alia ſequuntur iuſtificationẽ. Apo. 252
Opus bonũ ex genere, morale imperfectum perfectũ & meritorium. Apolo. fol. 256
Opa ĩfideliũ nõ ſunt ſẽp pctã mortalia imò multa ſũt bõa ut ppulchre oñdit. Apol. 260
De operibus, & fide compendium reſolutum. 26
Orationib⁹ ipetrare nos oportet quæ etiam Deus æternaliter daturum ſe ꝓmiſit. 91
Orandus Deus, orãdus hõ, ſed alio, & alio fine. 92
Orator ſpiritualis & ſecularis quomodo differunt. 91
Orationibus fidelium nõ mutatur Deus. 93
Orationis fructus per ſcripturarum diſcurſum. ibidẽ
Orãdũ maxima cũ fiducia. 95
Orãt ſancti ꝓ nobis & ſuffragãtur nobis meritis & p̃cib⁹. 98
Ordo quid ſit. 166

Pacta mſtis mod. accipiſ. 205
Panis & uini nobilitas. 215
Pauperem effici & oia pp Chriſtum relinquere decet. 131
Paupertas multiplex. 232
Petri negatio declaratur. 66
Perſonā nō accipit de⁹ multis auctori. oſtendiſ in Apol. 262
pœnitentia duplex. 146
Pniā iteriorē neceſſariā adultis teſtimonio ſcripturę ꝓbaſ. 140
Pnia exterior uera quid ſit. ibi.
Pœnitentia exterior quid 151
Pnia exterior falſa qd ſit. 152
Pnia ſolēnis publica ſecreta. 155
Pnię ſacramentū quid. ibidē
Pœnitentia ſacramētali an deleaſ pœna & culpa an tm̄ pœna uel tantum culpa. ibidē
Pniæ partes integrales. 157
Petrus princeps aploꝝ. 173
Petri ſucceſſor eſt ſummus pōtifex & caput eccleſiæ. ibidē
Petrus exequutus eſt officium ſummi ſacerdotis. 193
Pęna effūdētiū ſāguinē xpi. 221
Pctā mortalia infideliū nobis nō ſunt uenialia i Apol. 262
Pertinaciter aliqd afferere catholicus nō debet, i Apo. 264
Potētia libera & naturalis quo modo differunt 28
Poteſtates ſeptē cōceſſæ a xpo Apſis & ſucceſſoribus. 179
Pontifex poteſt cōdere legem ad curandū peccatū 176
Præceptum operandi datū homini in ſtatu innocentiæ natura lapſæ & gratiæ. 4
Præcepta legis triplic 13
Pręcepta dei poſſibilia eē ꝓbaſ rōnib⁹ & aucto i Apo. 245. 246
Præcepta diuina licet meritorie homo ſeruare non poſſit ſine gratia, nō ſeqtur tn̄, ergo ſunt ipoſſibilia in Apol. 247
Proprietates itelſs iſepabiles. 31
Præparare animū pręſupponit liberum arbitrium. 55
Præparatio ad digne ſumendū corpus Chriſti. 197
Prædeſtinationis Deus cauſa ꝑncipalis & nō totalis eſt. 64
Prædeſtinatio quid. 70
Prædeſtinationis modus. 71
Prędeſtinatio ois pñs deo ē. 72
Prędeſtinatiōis & reprobatiōis quō iueniſ cā & quo nō. ibi.
Prędeſtinationis aliquorū nulla eſt cauſa creata 75
Prędeſt. duplr cōſideratur. 77
Prædeſtinationis initium, medium & finis 81
Prędeſtinationis extrema ſunt æterna mediū uero tpale. ibi.
Prædeſtinationis initium ſoli Deo conuenit. 85
Prædeſtinationis medium eſt in hominis facultate. ibid.
Prædeſtinationis finis debitis medijs acquiritur. 84
Prædeſtinationis aliud cōpendium reſolutum. 85
Prędeſtiatiōis mſta media ibi.
In prædeſtinatione conſide ātur prędeſtinatio, uocatio, iuſtificatio, magnificatio. 86
Prędeſtinatio & magnificatio ad dei ſapiam ptinet, alia itermedia ad hūanā ſapiam. ibi.

Prædeſtinationis ſecreta ſi homo cognoſcere vult,errat ibi.
Prędeſtinationis q̃tuor,ad aliā q̃tuor q̃ ſūt in xp̄o cōpanſ. 87
Prędeſtinatiōe lib. arb. neceſsitudinē ipōere falsū ī Apo.248
Prædeſtinatorū tertia ſigna p ſcripturarū teſtimonia. 88
Prædeſtinatoꝝ alia ſigna aſsignanſ ex diuinis ſcripturis.ibi.
Prædicare non poteſt quis niſi mittatur. 181
Prædicatoris officium 241
Purgatoriū eſſe rōnibus & au-ctoritatibus oſtenditur. 232
Quinque ſunt cōſecrationis uerba. 211
Quiq; uerbis plura fcā sūt.ibi.
Ratio nō poteſt cogi a ſenſualitate 57
Reprobatiōis dari cām ex parte hois rōnibus ꝓbatur. 94
Reliqæ uenerabilr honorā.118
Regula ad cognoſcēdū qñ figurate uel ꝓprie loqtur xp̄s. 191
Sancti an orēt pro nobis in patria. 96
Sanctos pro nobis orare credēdum eſt & probatur. 98
Sanctoꝝ meritis plura cōtulit Deus uiuentibus. ibidem
Sacerdotes qualr oēs ſum'.142
Sacerdotes cōſecrati uere ſunt ſacerdotes. ibidem
Sacerd.uet'nouū figurauit.174
Sacerdotū dignitas per diſcurſum optimum. 198
Sacerdos unde dicatur 200
Sacerdotum antiquæ & nouę legis differentia. ibidem
Sacerdos mal'an cōſecret. 202
Sacri euchariſtię materia ibid.
Sanguis Chriſti effuſus in cruce quod figurauit 96
Sanguine purganſ pctā. 214
Sāguine Chriſti tria creaturarū genera perfecte curanſ.ibi.
Sang xp̄i oia aialia mūdata.215
Sanguine Chriſti purgati fructus terræ. ibidem
Sacramentorū q̄dā de iure diuino q̄dā de iure humano 217
Seruit' duplex & lib. duplex 29
Seruus peccati quis dicatur 53
Seru'pcti pt ſe libeꝝ facere.ibi.
Superiorum & inferiorū ordo per diſcurſum 176
Theſaurus eccleſiæ qd ſit. 235
Verba cōſecratio an actiue cōcurrūt ad cōficiēd. 207
Verba qūo dñr cōſecra.cā. 208
Viator nō meretur de cōdigno & ex debito iuſtitiæ uitę æternæ mercedem. 20
Viator non meretur primā gratiam de condigno 21
Viator remoto obice ex motu liberi arbitrij cōgrue meretur primam gratiam. 22
Viator nō pōt alteri mereri primā grām directe licet īdire. 225
Vitę quatuor principales 212
Volūtas hūana ſola & liba. 20
Voluntas libera eſt ad bonū et ad malum. 31
Vocationi iternę nullū poſſe reſiſtere, hęreticoꝝ eſſe afferere rōnib' oñdit in Apol. 254
Vocatio dei externa, interna, efficax, iefficax, ī Apol. ibidē.

SACRARVM LITERARVM CLARISS. DOCTORIS IOANNIS MARIAE VERRATI

Ferrarienſis Religioſis Viri Carmelitę obſeruantis

DE FIDE, OPERIBVS, AC

Meritis, aduerſus Lutheranos, Diſputatio Prima.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CONCLVSIO PRIMA.

OPERA bona ultra fidem non tantum eſſe hominibus uiatoribus adultis neceſſaria ad ſalutem, quinimmo & ipſa eoſdem in fide operata iuſtificare fatemur, quibus inſuper quilibet uiator (diuina fauente gratia) ex debito iuſtitiæ meretur uitæ æternæ mercedem. Ex concluſione ſequuntur aliæ duæ concluſiones correlatiue.

Ex ſola fide ſine operibus bonis hominem iuſtificari audacter ex ſcripturarum teſtimonijs negare compellimur, ſed ex fide, & operibus ſimul, quemadmodum nec ipſe Abraham ex ſola fide, ſed ex fide, & operibus iuſtificatus eſt apud Deũ.

Fides, quæ eſt donum Dei iuſtificat hominem nequitq; manere cum peccato, quaré cum quilibet ex fide iuſtificatur (teſte Apoſtolo) neceſſe eſt duplicẽ aſsignare iuſtificationem: iuxta illud Ioannis Apoc. qui iuſtus eſt. ſ. fide iuſtificetur ad-

huc(ut inquit Iacobus) fide & operibus ſimul.

Rationes pro parte concluſionis prima.

Prima hæc concluſio tres in ſe continet partes, quarum prima eſt, quod opera bona ultra fidem neceſſaria ſunt ad ſalutem conſequendam cuilibet Chriſtiano adulto, quæ primo rationibus, deinde ſcripturarum teſtimoniis apertiſsime demonſtratur, ſed pro primæ rationis fundamento ſuppono unum, quod etiam omnes moderni hæretici concedunt, ſcilicet, quod illa fides, quæ eſt neceſſaria ad ſalutem, & quę iuſtificat hominem ſit fides uiua, & non mortua, formata, & non informis. Nam ut ipſi recte aſſerunt, fides (quæ eſt donum Dei) eſt tanquam arbor bona, quæ ſicut nequit ſine fructibus permanere, Ita nec fides uiua, & uera ſine operibus bonis eſſe poteſt. Stante igitur hoc fundamento dato, & cōceſſo, quod nec etiam negari poteſt, quia aliter facillime probaretur, quod fides informis, & mortua, ſeu hiſtorica, qua dæmones credunt, & contremiſcūt, iuſtificaret hominem, quod eſt expreſſe falſum, & impoſsibile, Nam eadem ratione iuſtificaret, & dæmones, quod abſit credere, Tunc ſic formatur prima ratio. Quando ſunt aliqua duo, quę ſic ſe habent, quod unum eſt de eſſentia alterius, uel proprium eius. Nec unum poteſt eſſe ſine altero, Si illud neceſſario conuenit alicui, neceſſe eſt alterum illimet conuenire, Sed cum fides uera, uiua, & formata pariter, & opera bona, ſic ſe habeant inſeparabiliter, quod opera bona ſint de eſſentia fidei formatæ, nec ipſa fides poſsit eſſe ſine operibus bonis, igitur ſi fides eſt neceſſaria homini uiatori adulto, eidem erunt, & opera bona neceſſaria ſunt, quæ eſt prima pars concluſio-

Supponitur unum uerum pro rationis fũdamento.

Prima auctoris ratio.

ꝑis noſtræ, Maior probatur a ſimili, nam ſol, & lumen eius ſunt aliqua duo, ſic ſe habentia, quod lumen eſt de eſſentia ſolis, uel proprium eius, nequitq; manere ſine ſole, nec ſol abſq; lumine eſſe poteſt, Ideo cuicunq; neceſſario conuenit ſol, eidem neceſſario conuenit, & lumen eius, nec ſol ſine lumine, nec lumen ſine ſole illuminare ualet, quare ſi ſol neceſſario ſplendet, ac totum noſtrū illuſtrat hemiſpherium, ita lumen eius de neceſsitate debet illud idem illuminare, & ita pari ratione poteſt dici de igne, & calore eius, ſine quo ignis eſſe non ualet. Ideoq; maior eſt una maxima, quæ nullam patitur exceptionem, uel inſtantiam, igitur uera. Minor uero probatur, quia quemadmodum, anima rationalis eſt de eſſentia hominis. Necnon lumen, & calor de eſſentia ſolis, & ignis, uel proprium eius, & ſicut fructus boni ſunt de eſſentia arboris bonæ, itaq; arbor bona ſine fructibus bonis eſſe non poteſt, nec fructus boni ſine arbore bona, Chriſto atteſtante qui ait. Non poteſt (ecce negat poſsibilitatem) ſcilicet arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos, & arbor quæ non facit fructum excidetur, & in ignem mittetur. Ita a ſimili per optimam ſimilitudinē opera bona quæ ſunt fructus fidei ſunt de eſſentia ipſius fidei formatæ, ſine qua eſſe nō ualent. Minus autem ipſa fides ſine operibus bonis eſſe poteſt. Ideo concluditur, opera bona nō minus eſſe neceſſaria hominibus uiatoribus adultis ꝙ ſit ipſa fides uiua. At ſi quis negaret opera bona fore de eſſentia fidei formatæ, dico quod pari ratione poſſet negare, animam rationalem eſſe de eſſentia hominis, & lumen ſolis eſſe de eſſentia ipſius, pariter, &

Probatio maioris.
Probatio minoris.
Matth.7.
Luc.13.
Hic obiici poteſt.

calorem ignis eſſe de eſſentia, uel proprium eius, quod eſt manifeſte falſum. Item Chriſtus comparat fidei noſtræ opera bona, fructibus bonæ arboris. Ideo ut ſupra diximus, quemadmodum fructus boni bonæ arboris, eſſentialiter, & conuertibiliter conueniunt inter ſe. Ita opera bona ſunt de eſſentia fidei formatæ, ſeq; mutuo inferũt in recta argumentandi forma. Nam hæc eſt uera iſte habet fidem formatã, ergo habet opera bona, et econuerſo. Proinde dico quod etiam dato, ſed non conceſſo, quod opera bona non ſint de eſſentia fidei formatæ, quoniam ſine operibus bonis fides uiua eſſe non poteſt. Ideo non minus concludit argumentum. Maior igitur, & minor ſunt ueræ. Syllogiſmus uero eſt in tertio modo primæ figuræ. ergo, &c.

Confirmatur ratio.

Secunda ratio.

Secundo. Implicat contradictionem dicere fidem eſſe neceſſariam ad ſalutem, & non opera bona, ideo oppoſitum primæ partis noſtræ concluſionis eſt falſum, iccirco illa prima pars eſt uera, conſequentia eſt nota. Aſſumptum probo, quia dent Lutherani, uel eorum fautores oppoſitum, ſcilicet ꝙ fides ſit neceſſaria homini uiatori ad ſalutem, & non opera bona, tunc infero, ergo homo poterit habere fidem, non habendo opera bona, & ſic fides formata poterit eſſe ſine operibus bonis, conſequentiam probo, quia ſi tantũ fides eſt neceſſaria ad ſalutem, & non opera bona, igitur habens fidem tantum, poterit ſaluari ſine operibus bonis, quibus neceſſario non indiget, & ſi dicant hæretici (ut dicere tenẽtur) quod quilibet habẽs fidem formatam, neceſſario itaq; habet, & opera bona, igitur illa neceſſario concurrunt ad hominis ſalutem, quod erat propoſi-

tum probandum, quod ſi non admittant de neceſsitate erit dicere hominem poſſe ſaluari per fidem formatam ſine operibus bonis, ſed ultra infero, illa eſt fides formata, ergo bonis operibus gaudet, ut ſupra probatum eſt, & iccirco fides formata poterit eſſe ſine operibus bonis, & non poterit eſſe ſine illis, quod eſt implicatio contradictionis, quare &c.

Tertio. Summi philoſophi tum maxime Peripatetici una cum Ariſtotele poſuerunt beatitudinem, & ſummam fœlicitatem non in diuitiis, nec in honoribus, aut uoluptatibus, ſed tantũ in operibus uirtutum, ſeu in actibus uirtuoſis, & bonis, & nõ quippe ſine aliqua rationabili cauſa. Quid enim dulcius? quid iucũdius? quid delectabilius? quidue felicius ꝙ operari bonum? quod & dominus cõfirmat dicens. Beati pauperes ſpiritu. Beati miſericordes. Beati mites. Beati mundo corde: &c. Igitur neceſſe eſt dicere, aut in actibus uirtuoſis, uel operibus bonis, eſſe noſtram beatitudinem, & ſummam fœlicitatem, ut ſummi autumant philoſophi, aut actus uirtuoſi, ſeu opera bona eſſe media ad acquirendam huiuſmodi beatitudinem, & ſummam fœlicitatem: quocunq. n. modo dicatur, opera bona neceſſaria ſunt ad beatificam ſalutem. Licet. n. in actibus uirtuoſis, & operibus bonis non ſit illa beatitudo, & ſumma fœlicitas, quæ expectatur in patria, uirtuoſi tamen, ut pacifici, & mundi corde, ac eſurientes, & ſitientes iuſtitiam, cæteriq; bona operantes, a Peripateticis dicuntur fœlices, & a Chriſto beati. ſ. beatitudine uirtuoſa, ſeu meritoria, uel beati, ideſt electi ad beatitudinem, ut ſuper Matthæũ, eodem capite declarabimus. Quare ex his plane

Tertia rõ.

Matth. 5.

-cōſtāt opera bona eſſe media ad illum ultimum finem beatitudinis acquirendum, nam uirtuoſi, & boni hic merito beati appellantur, quaſi in uia beatitudinis finis ambulantes, ſed cū finis impo- nat neceſsitatē, his quæ ſunt ad finem, iuxta illud
Matth. 9. quod ait Chriſtus, Si uis ad uitā ingredi ſerua mā data: &c. Seqtur, opera bona eſſe neceſſaria ad ſalutē, quod erat propoſitū probādū: quare &c.
Quarta rō Quarto. Deus glorioſus, et omnipotens cuius uirtus eſt infinita nihil ocioſe creauit, at omnia ad operandum creata ſunt, ut cœli qui inceſſanter mouentur operando in his inferioribus, pariter, & elementa omniaq; in eis ſunt, quinimmo, & ipſe a principio mūdi, ſex diebus operatus eſt continuaq; uſque ad præſens operatur, Chriſto
Ioan. c. 5. atteſtante qui ait. Pater meus uſque modo operatur, & ego operor. Differunt tamen operatio Dei, angelorum, & hominum. Duplex nanq; eſt
Operatio Dei immanens. ex. tra manēs Dei operatio. ſ. immanens, & extra manens, prima eſt reſpectu generationis filii, ad quam ſolus pater actiue concurrit ſine filio, & ſpiritu ſancto, pariter, & productionis ſpiritus ſancti ad quam pater, & filius ſine ſpiritu ſancto actiue concur- runt, &c.
Operationes Dei extra manentes. Operatio uero Dei extra manens eſt creatio cœlorum, elementorum, animalium, & tandem omnium rerum ad quam tres perſonæ diuinæ actiue concurrunt. Ideo operationes extra manentes, in diuinis ſunt indiuiſæ.
Operatio angelorū. Operatio autem angelorū, eſt aſsiſtere Deo, miniſtrare Chri
Dan. 7. ſto, iuxta illud millia millium, &c. mouere cœlos
Luc. 21. ibi uirtutes cœlorum mouebuntur, &c. cuſtodire
Operatio hominum. homines, aſſumere corpora, apparere, ac multa in perſona Dei operari, ut patet in multis ſcripturarum locis, &c. Operatio deniq; hominum eſt

circa ſalutem corporis,& animæ,ſed una eſt nobilior altera,quanto præſtantior eſt anima corpore. Huiuſmodi autẽ hominis operationes circa animæ ſalutem ſunt in multiplici differentia, quædam dicuntur mortuæ,quæ.ſ. fiunt in pecca to,quædam mortificatæ, quæ poſſunt reuiuiſcere,aliæ uero uiuæ quæ.ſ.ualent ad uitam æternã. Conſtat igitur ex his animam eſſe unitam corpo ri principaliter ad bene operandum, igitur opera bona ſunt neceſſaria ad ſalutem,& confirmatur,nam Deus poſuit Adam in paradiſo uolupta tis,ut operaretur,non quidem mechanicas operationes,quibus non indigebat, igitur Adam in ſtatu nondum crimine fœdatus ullo,poſitus eſt in paradiſo,ut operaretur.ſ.opus bonũ, uirtuoſum, & meritorium,& cuſtodiret illud. Propterea data ſunt præcepta a Deo,in ſtatu innocentiæ,in ſtatu naturæ lapſæ,& in ſtatu gratiæ, ideo in omni ſtatu,neceſſe fuit hominẽ bene operari, Dei obſeruando præcepta, quinimo ipſe Deus in omni ſtatu,& hominum ætate uocat operarios in uineam ſuam.i. omnes fideles, ad operandum in Eccleſiam ſuam,promittẽs etiam præmium. Ideo neceſſe eſt ſemper dum homines incipiunt habere uſum rationis,uirtuoſæ,bene, iuſte, & ſancte, operari,&c. His igitur rationibus luce clarius liquet, opera bona eſſe neceſſaria ad ſalutem. At modo ſuper eſt, ut ad ſcripturarum teſtimonia deueniamus,&c.

Confirmatur ratio.

Iterũ confirmatur.

Matth. 29.

Scripturarum auctoritates pro eadem prima parte concluſionis.

PRimo enim iubet Deus frugum primitias deferri in domum Dei,& quanto iuſtior,& ſanctior erat offerens,tanto magis oblatio erat Deo

Exod. 23.
Geneſ. 4.

grata,undè reprobatis Cayn oblationibus,reſpe xit Deus ad Abel,& munera eius,& huic ſenten tiæ fauet illud quod infra ſequitur, quoniã Deus benedixit Iſaac,eiq́ promiſit,ꝙ in ſemine ſuo be-
Exod.26. nedicerentur omnes gentes, eo ꝙ Abraham pater eius obedierat uoci,& cuſtodierat præcepta & iuſtificationes eius,igitur &c.

Exod.2. Præterea promittit Deus ſe miſericordiam facturum in millia,diligentibus eum, ac ſeruãtibus
Deut.c.2. 8.10.11.et 18. præcepta eius. Nonne inſuper aperte loquitur Deus fere per totum Deuterono. cum precepit filijs Iſrael,præcepta ſeruare propter quorum obſeruationem non ſolum ꝙ uiuerent,multiplicarentur,ac promiſsionis terram obtinerent,ſed etiam benedicendos fore,ſuper omnes gentes,ipſis ſummo charitatis affectu promiſit?igitur,&c.

Eſaias quoq; iuſſu Dei dixit Ezechiæ.Diſpone domui tuæ,quia morieris,quæ audiens Ezechias ut uitæ terminum longiorem aſſequeretur, fleuit,
Eſaia. 38. orauitq́ dicens. Memento Domine quomodo ambulaui in conſpectu tuo cum ueritate in corde uero,& placita in conſpectu tuo feci.Ecce cõmemorat bona opera,cui Deus, Audiui orationẽ tuam,uidi lachrimas tuas, Ecce adiicio ad tempus tuum.15.annos, & de manu Regis Aſsiriorum liberabo te, & Ciuitatem hanc protegam, Ecce qualiter Ezechias per fidem,& bona opera conſecutus eſt ſanitatem corporis, longiorem uitam,liberationemq́ de manu inimicorum, & ciuitatis protectionem, igitur bona opera ultra fidem ſunt neceſſaria,&c.

Hiere 5. Hieremias inſuper Deũ introducit dicentem. Circuncurrite in uijs Hieruſalem,& uidete,& cognoſcite, & quærite in plateis eius, ſi inueniar

uirum, ſi eſt faciẽs iudicium, et quærens fidem, et propitius ero eis, Non itaq; Deus ſolam fidẽ quę rit, ſed etiam iudicium, quod eſt opus fidei: &c.

Amplius in libris Regum ſcribitur, quod Achab uir perditiſſimus, ſcidit ueſtem ſuam, & operuit ſe cilitio, & ieiunauit, et dormiuit in ſacco, & ambulabat demiſſo capite, factus eſt autem ſermo domini ad Heliam, & dixit, uidiſti Achab compunctum, & humiliatum coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, nõ inducam malum in diebus eius, &c. Bona igitur opera liberarunt Achab, ab ira & furore domini, quare ſunt neceſſaria. 3. Regũ. 21

Proinde dominus & ſaluator noſter (ut etiam ad noui Teſtamenti teſtimonia deueniamus) in Euangelio Matthei ait, Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum, qui in cęlis eſt, & infra, non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cęlorum, ſed qui facit uoluntatem patris mei qui in cęlis eſt. Facere. n. uoluntatem patris eſt bene operari, diuina obſeruando precepta, & adhuc infra ſubdit. Si uis ad uitam ingredi ſerua mãdata: igitur obſeruatio mãdatorum, eſt uia eundi ad uitam æternam, quare: &c. Matth. 5. Matth. 7. Matth. 9.

Rurſus idem dominus in Euangelio Ioannis inquit, operamini cibum qui non perit, ſed qui permanet in uitam ęternam, & infra, operamini dum tempus eſt, ueniet nox, ideſt mors quando nemo poterit operari, & ſequẽti capite ſcribitur, quendam queſiuiſſe a Christo, quid agendum erat, ut uitam ęternam poſſidere poſſet, cui Chri-ſtus omnia mandata legis, pugillo reſtringens ait. Diliges dominum Deum tuum, & proximũ Ioãnis. 6. Ioãnis. 9. Ioãnis. 10.

tuum ſicut teipſum, deinde inducit parabolam de homine deſcendente ab Hieruſalem in Hierico, a latronibus expoliato & uulnerato, quem uidentes aliqui pertranſierunt, nulla bona adminiſtrantes, Alius uero miſericordia ductus, uinum & oleum infundēs, ulceribus alligauit, & cōcludit, quod ille iure cenſendus eſt proximus qui fecit miſericordiam in illo, Ideo duo prima pręcepta, concludunt opera bona ad ſalutem neceſſaria eſſe &c.

Marci. 12. Item Marcus inducit exemplum uiduæ duo minuta offerētis in gazophilatio quam Chriſtus plurimum commēdat, quod non faceret ſi opus fidei repugnaret &c.

Ro. 2. Præterea Apoſtolus Paulus ad Romanos in-
1. corint. 13 quit Gloria, honor, & pax omni operanti bonū, & ad Corinth. Si linguis hominū loquar & an-
Gal. 5. gelorum charitatem autem non habeā &c. Charitas nempe eſt operatio fidei bona, ſicut ipſe ali-
2. corin. 5. bi ait, fides eſt quę per charitatem operatur, Huic etiam ſententiæ arridet illud quod alio in loco ſubdit, omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſq; propria corporis, prout geſſit ſiue bonum ſiue malum: &c.

Gal. 6. Hinc ad Galathas hortatur ad bene operandum ſic dicens, Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet, & Paulo poſt. Bonum autem facientes nō deficiamus. Tempore.n. ſuo metemus, & inde concludit, ergo dum tempus habemus operemur bonū, Ad omnes maxime autem ad dome-
Ad Titū. 1 ſticos fidei, &c. Ad titum quoq;, cōfitentur ore, ſe noſſe Deum factis autem negant. Item ad He-
Hebre. 6. bræos. Operum noſtrorum neceſſitatem ac remunerationem infert adhuc dicens. Non.n.iniu-

ſtus eſt Deus, ut obliuiſcatur operis ueſtri & laboris ex charitate ſucepti. Ideo &c.

Petrus inſuper alloquens illos, qui acceperant fidem in iuſtitia Dei ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: autumat fidem ſine operibus non eſſe perfectam, Non propter aliquam falſitatem, ſed propter operis defectum, Vos autem (inquiens) curā omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide ueſtra uirtutem, In uirtute autem ſcientiam, In ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentiam autem patientia: &c. (ut ſcilicet bene operandi) fides ueſtra appareat uiua. Et paulo poſt ſubdit, quapropter fratres magis ſatagite, ut per bona opera, certam ueſtram uocationem & electionem faciatis, Hæc.n. facientes non peccabitis aliquādo. Sic.n. abundanter miniſtrabitur uobis, introitus in extremum regnum domini noſtri ſaluatoris Ieſu Chriſti: &c. 2.Pet. 1.

Proinde Iacobus apoſtolus, inquit, Quid proderit fratres mei ſi fidē quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Si autem frater & ſoror nudi ſint, & indigeant uictu quotidiano, dicat autem aliquis ex uobis illis, ite in pace, calefcite & ſaturamini, non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit? ſic & fides ſi nō habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa, ſed dicet quis, Tu fidem habes & ego opera habeo, oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam, tu credis. (Hoc deludēdo dicit Apoſtolus) Quoniam unus eſt Deus, bene facis, & demones credūt, & contremiſcūt, quaſi uelit dicere Apoſtolus: eandem fidem quam tu habes, & dæmones habent, ergo ſi illa te ſalua- Iacobi. 2.

bit, dæmones quoq; ſaluabit, igitur ultra fidem bona opera ſunt ad ſalutem neceſſaria. Nec ualet dicere q̃ illa nõ ſit Epiſtola Iacobi Apoſtoli,

Tacita confutatur obiectio. Quoniam eadem ratione negarem tibi Epiſtolas Pauli eſſe ab ipſo editas, q̃ niſi per Eccleſiæ auctoritatẽ poteris oſtendere, & ego eadem quoq; Eccleſiæ auctoritate oſtẽdo hanc Epiſtolam eſſe Iacobi quæ &c.

Apoc. 14. Deniq; Ioannes Euangeliſta his ſententijs cõpulſus cõcludit opera .n. illorum ſequũtur illos,

Pſal. 125. Cui propheta fauet dicens. Qui ſeminant in lachrimis in exultatione metent, euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua, uenientes autem uenient cum exultatione portantes manipulos ſuos: &c. Liquet igitur euidentiſſime, tum rationibus, tum utriuſque teſtamenti auctoritatibus opera bona ultra fidem eſſe hominibus uiatoribus neceſſaria ad ſalutem, quæ fuit prima pars noſtræ concluſionis, Modo ad aliam deuenire contingit.

Rationes pro ſecunda parte concluſionis.

SEcunda pars concluſionis, quæ maioris eſt ponderis, quam palam negant Lutherani, eſt quod opera bona in fide & gratia operata homines iuſtificant, quę primo rationibus demõſtrari debet, inde ſcripturarum teſtimonijs: &c.

Prima demõſtratio. Primo igitur, aduerſus oppoſitam Eccleſiæ catholicæ opinionem, ſic literis preliando fortiter inſto. Quæcunq; ſic ſe habent, quod unũ eſt de ratione intrinſeca alterius, uel proprium eius, quicquid competit uni, competit & alteri, uel ſaltem non repugnat ei, (perſonis diuinis, duntaxat exeptis) Sed fides uiua uera & formata, pariter & opera bona ſunt aliqua ſic ſe habentia

quod opera bona ſunt de intrinſeca ratione fidei formatæ, nequeũtq́ altera ab alteris ſeparari, ergo quicquid competit fidei formatæ, competit & operibus bonis, uel ſaltem non repugnat eis. At fidei formatæ conuenit iuſtificare hominem, (ut non minus hæretici, q̃ fideles aſſerunt) ergo illud idem competit operibus bonis, & ex conſequenti opera bona in gratia fidei facta, hominẽ iuſtificabunt. Maior eſt una maxima contra quã nulla reperitur inſtantia. quæ etiam ſic a ſimili ꝓbatur uidelicet de anima & intellectu uel uoluntate eius, Nam quicquid ſpectat ad intellectum, uel uoluntatem illud idem ad rationalem animã ſpectat uel ſaltem non repugnat ei, & econuerſo, ut liquet de ſe. Claret inſuper de ſubiecto & propria paſſione, & de diffinitione diffinito, qa quicquid conuenit diffinitioni cõuenit & diffinito & contra, Nam quicquid poteſt riſibile, poteſt & homo, & econuerſo. Quicquid etiam operatur animal rationale, operatur & homo & cõtra, & ſic de omnibus alijs id genus, igitur maior uera. *Probatio maioris.*

Minor uero ꝓbatur, quoniam opera bona ſunt de intrinſeca ratione fidei formatæ, ut de ſe conſtat. Fides nempe uiua uera & formata, includit in ſua intrinſeca ratione.i. diffinitione opera bona cum nulla ſit fides formata, nec poſſit eſſe ſine operibus bonis, immo implicat contradictionẽ, ut ſupra probatum eſt. Patet etiam a ſimili, de ſole & lumine eius, & de igne, & calore inſeparabiliter ſe habentibus. Iſta igitur eſt formalis conſequentia, hic homo habet fidem uiuam ergo bene operatur, & cõtra.ſ. hic bene operatur igitur habet fidem uiuam. Maior igitur & minor ſunt ueræ, ſequela autem in darij, regulata omnibus *Probatio minoris.*

conditionibus requiſitis, ideo ratio cõcludendo demonſtrat quare &c.

2. demonſtratio. Secundo, Quotieſcunque ſunt duæ cauſæ concurrentes ad unum & eundem effectum, quarũ una eſt prĩcipalis cauſa, reliqua uero minus principalis, uel inſtrumentalis, effectus quippe non minus attribuitur cauſæ minus principali, uel inſtrumentali, quam principaliori cauſæ. Nam ſi effectus producitur a cauſa principaliori, etiam a cauſa minus principali uel inſtrumentali dicitur merito produci. Sed ita eſt quod fides uiua, & opera bona ſunt duæ cauſæ concurrentes ad unũ & eundem effectum uidelicet ad hominis iuſtificationem, licet fides uiua ſit principalior cauſa, opera uero bona ſe habeant ut cauſa minus principalis, ſeu inſtrumentalis, ergo ſi hominis iuſtificatio eſt a fide uiua tanq̃ a cauſa principali, erit & ab operibus bonis, uelut a cauſa minus principali, quod idem eſt dicere, ſi homo iuſtificatur p̱ fidem uiuam, iuſtificatur et per opera bona, nam huiuſmodi iuſtificatio non minus attribuitur minus principali q̃ principaliori cauſę, & ſic opera bona iuſtificãt &c. *Probatio maioris.* Maior probatur, Nam Deus & homo generant hominem, licet deus ſit principaliſſima cauſa, homo uero minus principalis uel inſtrumentalis cauſa, tamen effectus ille dicitur eſſe a deo & ab homine, & non minus homo dicitur filius hominis, quam filius dei igitur: &c.

Cõfirma. maior. Patet etiã hæc maior de quibuſcunque alĳs cauſis, quoniam deus uelut principaliſſima cauſa cõcurrit cum omnibus cauſis ſecundis, ad omniũ effectuum in his inferioribus productionem. Iſt tamẽ effectus licet principaliori modo attribuãtur primæ cauſæ, minus tamen principaliter attri

buuntur & ſecundis cauſis,una cum prima cauſa concauſantibus a quibus etiam dicũtur effectus realiter ꝓduci,& ſic de omnibus alijs igitur maior uera, Minor etiam probatur.ſ.quod fides uiua & opera bona ſint duæ cauſæ cõcurrentes ad unum & eundem effectum uidelicet ad hominis iuſtificationem, quoniam ſi concurrit fides uera uiua & formata, concurrunt & opera bona eo quod fides uiua includit opera bona in ſua ĩtrinſeca ratione,ut ꝓbatum eſt ſupra, nequitq; fides formata eſſe ſine operibus bonis,Igitur fides uiua,& uera non poteſt effectiue concurrere, quin concurrant & opera bona, tam in actu.quam in uoto,nam quilibet credendo amat, Impoſſibile eſt.n.per ueram fidem in Deum credere, & non ipſum ſuper omnia amare. Amor autẽ eſt opus fidei iuxta illud apoſtoli. fides eſt quæ per charitatem operatur igitur:&c.Illa autem fides, quæ iuſtificat hominem ut propoſuimus in principio eſt uera,& non falſa,uiua & non mortua,formata & nõ informis,igitur bonis ſemper aſſociatur operibus, quæ ſimul ad hominis iuſtificationem effectiue concurrunt, licet Deus ſit principaliſſima cauſa. a qua omnis gratia, & gloria, reliquæ uero ut fides & operationes bonæ,quinimmo et omnes ſecundæ cauſæ, ut cauſæ inſtrumentales cenſentur in ordine ad primam cauſam,& ſic claret minor, Ex maiore igitur et minore ueris infero concluſionem ueram .ſ. hominis iuſtificationẽ eſſe a fide uiua tamq̃ a cauſa principaliori et ab operibus bonis ,uelut a cauſa minus principali, hoc eſt hominẽ iuſtificari per fidem et opera bona,nam ex falſis interdum ſequitur uerum, ex ueris tamen non niſi uerum.

Probatio minoris.

Gal. 5.

Tertia demonſtratio Tertio ſola fides uiua iuſtificat, ut ante habitum eſt: Illa autem dicuntur uiua quæ habent animam uelut principium omnium operum, ſecundum quã quodlibet opus efficere poſſunt: Fides uero (teſte apoſtolo), eſt quę per dilectionẽ operatur, ideo charitas eſt forma, et anima fidei, quæ dat eſſe et operari, quia ſicut corpus non poteſt aliquid efficere ſine anima, ita fides ſine charitate. Itaq; charitas ipſa fide nobilior eſt, ſicut & anima corpore: quod etiam Apoſtolus teſtatur dicens: Nunc manent hæc tria, fides, ſpes, charitas, maior autem horũ eſt charitas. *Prim. Cor rin. 13.* Si ergo fides iuſtificat, magis utiq; charitas, cum ſit nobilior, et ipſa quidẽ prǽſtantior: Sed quia charitas duo prima includit præcepta Dilectionem. ſ. dei et proximi, & illa alia decem præcepta decalogi, in quibus omnia opera bona comprehẽduntur, Igitur a primo ad ultimum patet, fidem non poſſe iuſtificare ſine operibus bonis. His nempe rationib⁹ non licet cõtradicere, nec Lutherani ab his ſe defendere ualent, neq; eas ſubterfugere, quoniam quilibet tenetur rationibus acquieſcere, quid .n. irrationabilius? quid ſtultius? quidue deteſtabilius? quid deniq; turpius, euidentiſſimas ſubterfugere rationes eas non comprobare? nolleq;, ſe eis ſubmittere, quibus et ſi Lutherani uoluerint acquieſcere profecto una cum catholicis, iuſte et ſancte clamabunt, opera bona ultra fidem non tantum eſſe hominib. uiatoribus neceſſaria ad ſalutem, quinimmo et ipſa eoſdem in fide operata iuſtificare, ſed his rationib. adductis ad ſcripturarum teſtimonia deuenire decet etc.

Authoritates pro eadem ſecunda parte concluſionis.

Primo

PRimo enim Dauid ait in Pſal.Obſeruabo me *Pſal.7.*
ab iniquitate mea, et reddet mihi Dominus ,
ſecundum iuſtitiam meam, ideſt ſecundum iuſti- *Pſal.118.*
tię opera , & alibi inclina cor meum ad facien-
das iuſtificationes tuas in æternum propter re-
tributionem,ergo ex operibus iuſtificantibus re-
tribuetur ei,etc.

Item Daniel allocutus eſt Nabuchodonoſorē
inquiens,rex conſilium meum placeat tibi,pec- *Dan.4.*
cata tua eleemoſinis redime,et iniquitates tuas
in miſericordiis pauperū. Quid eſt autem o Lu-
therani redimere peccata?niſi a Deo ueniam aſſe
qui delictorum ipſumq; iuſtificare? ergo opera
miſericordiæ ad conſequendam Dei gratiā con-
ducunt plurimum , iccirco opera neceſſaria ſunt
cum fide,pariterq; iuſtificant impium.

Pręterea Tobias alloquitur filium ſuum di- *Tob.4.*
cens.Premium.n.bonum tibi theſaurizas, in die
neceſsitatis,quoniā eleemoſyna ab omni pecca-
to,et a morte liberat,et non patietur animā ire in *Tob.12.*
tenebras,cui dicto etiam arridet illud quod pau-
lo poſt dixit ei angelus,bona eſt oratio cum ieiu
nio,et eleemoſyna magis quā theſauros auri re-
condere,quoniam eleemoſyna a morte liberat,
et ipſa eſt,quę purgat peccata, et facit inueniri ui
tam ęternam,ſi igitur eleemoſyna a morte libe-
rat,purgatq; peccata , facit itaq; inueniri uitam
æternā,ergo iuſtificat,quid enim aliud eſt iuſtifi
care?quā animam a morte ſpirituali liberare pec
cata purgando?quare ex dictis neceſſe eſt cōclu-
dere,opera bona hominem redere iuſtum.

Amplius,ut nonnulla etiā noui teſtamenti te- *Matth.20.*
ſtimonia in medium adducantur, Saluator no-
-Chriſtus uocans operarios in uineam ſuam,

ideſt omnes fideles, ut bona operentur in eccleſia ſtatim ſubdit dicens, & quod iuſtum fuerit da
Matth. 5. bo uobis. Item beati pauperes ſpiritu. Beati mites. Beati qui lugent. Beati qui eſuriunt, & ſitiũt iuſtitiam. Beati miſericordes. Beati mundo corde. Beati pacifici. Beati qui perſecutionẽ patiuntur, &c. Iſtæ namq; octo beatitudines, octo ſunt uirtutes principales, ſeu octo opera uirtuoſa, ex quibus homines in patria efficiuntur beati, ut clare liquet. Si beati igitur iuſti, maius eſt. n. beatificari quam iuſtificari, ideo ſi huiuſmodi opera uirtuoſa hominem beatificant, tanto magis ipſum iuſtificant, quia fortaſis etiam Chriſtus per beatitudinem intelligit iuſtificationem, ut uelit dicere beati, ideſt iuſti ſunt pauperes ſpiritu, & mundo corde. At quocunq; modo exponatur euangelium fatendum eſt firmiter, quod ſi ex operibus illis bonis homines ſunt, uel dicuntur beati, aut electi ad beatitudinem, ſeu beatitudine meritoria ſunt etiam iuſti, igitur opera iuſtificant.

Proinde idem Dominus in Euangelio Lucæ, inquit. Beati qui audiunt uerbum Dei, & cuſto-
Luc. 11. diunt illud, ſi beati igitur iuſti, & ſi audire uerbũ Dei, & cuſtodiunt illud beatificat, multo magis iuſtificat, uel hoc in loco idẽ eſt beatificare quod iuſtificare, & paulo poſt ſubdit, date eleemoſynã et omnia munda ſunt uobis. modo ſi eleemoſyna in fide facta mundat peccata igitur iuſtificat.

Rurſus Dominus comparat audientibus, nec
Matth. 7. non & obſeruantibus uerba ſua uiro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & nõ cecidit, fundata enim erat ſupra firmam petram, ſed per oppoſitum non obſeruatores h-

gis Chriſti,uiro ſtulto,qui ędificauit domum ſuā ſuper arenam,merito comparantur, uir enim ſapiens dicitur iuſtus,quemadmodum, uir ſtultus iniuſtus appellatur,igitur,&c.

Item Apoſt.Paul. ad Rom. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur,cui cōcordat illud quod ad Gal. ait.Euacuati eſtis a Chriſto, qui in lege iuſtificamini a gratia excidiſtis, nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus. Nam in Chriſto Ieſu, neq; circunciſio aliquid ualet, neq; præpucium, ſed fides quæ per charitatem operatur, & ad Coloſſ. Ambuletis digne Deo per opera placentes in omni opere bono fructificantes,&c. Rom. 2. Gal. 5. Coloſſ. 1.

Deniq; Iacobus Apoſto. ſequitur poſt illud quod ſupra allegauimus,uis autem ſcire o homo inanis, quoniam fides ſine operibus ocioſa eſt, Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare, uides quoniam fides cooperabatur operibus illius,& ex operibus fides conſummata eſt,& ſuppleta eſt ſcriptura dicens. Credidit Abrahā Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo,& non ex fide tantum, ſimiliter & Raab meretrix,nonne ex operibus iuſtificata eſt,ſuſcipiens nuncios,& alia uia eiiciens?&c. Poterat ne clarius loqui Apoſtolus iſte? cuius uerba ſunt ſimpliciter ſecundum literam intelligenda, neq; aliter retorquenda, ſeu ad alium ſenſum interpretanda,minusq; licet ipſum negare,uel epiſtolam illam ab ipſo editam fuiſſe, cum utrunq; approbet eccleſia, in cuius approbatione, ſtant omnia ſcripturarum dicta,ex his igitur omnibus Iacobi. 2.

tam rationibus, quam utriuſque teſtamenti au‑thoritatibus, liquidũ eſt opera bona in fide ope‑rata hominem reddere iuſtum, quare, &c.

Lutheranorum improbationes.

Rom.2. AT Contra dicta obiiciunt hæretici dicentes Apoſtolus Paul. ad Rom. clare loquitur di‑cens. Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis, quia ex illis non iuſtificabitur omnis caro coram illo, & citat prophetã dicentem, quia non eſt iuſtus quiſꝗ, non eſt intelligẽs,
Pſal.13. et non eſt requirens Deum, omnes declinauerunt ſi‑
52. mul, inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum, inde cap. ſequenti ſubdit credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad
Rom.4. iuſtitiam. Ei autem qui operatur merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum, ei uero qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium. reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ Dei, & paulo poſt iuſtificati ergo ex fide pacem ha‑
Rom.5. bemus ad Deũ per dominum noſtrũ Ieſum Chri ſtum, & infra reliquiæ ſecundũ electionem gratię
Rom.11. Dei ſaluæ factæ ſunt, ſi autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam nõ eſt gratia, &c.

Gal.2. Pręterea idem Apoſtolus ad Gal. ait. Scientes quoniam non iuſtificatur homo ex operibus legis niſi per fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti: & paulo poſt ſubdit, propter quod ex operibus le‑
Epheſ.2. gis nõ iuſtificatur omnis caro. Item ad Epheſios Gratia. n. eſtis ſaluati per fidẽ, & hoc non ex uo‑
Ad Tit.3. bis, pariter ad Titum inquit, iuſtificati gratia ip‑ſius hæredes ſumus ſecundũ ſpẽ uitæ æternę, etc.

Proinde legitur in Euangelio Ioãnis Chriſtum turbæ quærenti quid facere deberent, ut opera‑

rentur opera Dei, ſic reſpondiſſe. Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum quem miſit ille, & alibi de paralitico quem cum præ turba non poſſent ante Chriſtũ offerre, ſubmiſerunt per tectum, quorum fidem uidens Chriſtus dixit. Homo remittuntur tibi peccata tua. Itidẽ in eodem euangelio ait. Mulier fides tua te ſaluam fecit, uade in pace. Hæ igitur ſunt authoritates, quibus Lutherani fatentur hominem ex fide tantũ iuſtificari ſine operibus bonis, pleraq; etiam inducunt teſtimonia conſimilia, quæ ſuperis nobis bene fauentibus, in capita ipſorum reflectemus, qualiterq́ intelligi debeant, ſecundum eorum ueram intelligentiam attendendo nimirum ad ea, quæ præcedunt, & ſequuntur catholice declarabuntur, &c. *Ioãnis. 6.* *Luc. 5.* *Luc. 7.*

Reſponſiones catholicorum plures.

AD has igitur, & ad quaſcunque alias conſimiles ſacrarum ſcripturarum authoritates, multipliciter reſpondetur.

Primo dico quod nec in his authoritatibus, nec in aliquo ſcripturarum loco inuenitur, nec inde deduci poteſt, quod ſola fides iuſtificet ſine operibus bonis, fatemur nempe, nos iuſtum ex fide uiuere, cum fides ſit fundamentum ſpiritualis ædificii, & ſubſtantia rerum ſperandarum, ſed quod hæreticus aſſumit, ex ſola fide hominem iuſtificari: extorquet, lacerat, a uero ſenſu deprauat, & falſificat Textum, quia nullibi reperitur, iuſtum ex ſola fide uiuere, quare, &c. *Prima reſponſio.*

Secundo reſpõdeo, & forte melius, bona opera bifariam poſſe fieri, aut enim fiunt ante, & extra fidem, & ita non concurrunt ad iuſtificationẽ & gratiam habẽdam, quoniam talia opera mortua ſunt, & ſecundũ hunc ſenſum loquitur Apo- *2. reſpõſio.* *Quo bona opa iuſtifi cãt, et quo modo non.*

ſtolus in locis prææallegatis. Aut fiunt poſt fidem habitam, & ſic neceſſaria ſunt ad hominis iuſtificationem, ac gratiæ infuſionem, hæc uero iuſtificatio poteſt etiam dupliciter comparari, uno modo ad cauſam efficiētem, & ſic nec bonum opus nec fides iuſtificat, ſed ſola uoluntas Dei, grata habens opera, & fidem, ſicut Dominus per Eſaiā dicit. Gratis uenundati eſtis, & ſine argento redimemini. Secundo modo huiuſmodi iuſtificatio poteſt comparari ad præcedentem diſpoſitionē, & ita talis diſpoſitio neceſſaria eſt, non ſiquidē abſolute, quia Deus abſque illa poſſet homini gratiam conferre, pariter, & gloriam, teſte pſalmiſta. Bonorum meorum non eges, ſed neceſſaria eſt ſtante ordine ſtatuti diuini. Deus enim ſtatuit, nunquam gratiam conferre adultis, niſi hac diſpoſitione præuia, quæ in duobus conſiſtere uidetur, in fide ſcilicet & operibus (niſi excuſet impedimentum) ut in pueris. Horū autem fides potior eſt operibus. Non autem fides ſine operibus (modo adſit facultas credētibus) prodeſt quicquam. Vult enim Deus adultis ineſſe fidem, quā ſequātur bona opera, uel ſaltem propoſitum bene agendi. Secus autem non iuſtificaret, quod ſic etiam oſtenditur. Nam Dominus ait in Euangelio. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum, ſicut teipſum. In his enim duobus mandatis uniuerſa lex pendet, & prophetæ, fides igitur uiuificatur a charitate, teſte Apoſtolo, charitas autem iſta duo præcepta includit, ſcilicet dilectionem Dei, & proximi. Iſtæ uero duæ dilectiones includunt omnia mandata Dei, ergo a primo ad ultimum fides redditur ueta, & uiua ex obſeruatione mandatorum, quæ

Iuſtificatio dupliciter conſideratur.

Eſaiæ. 52.

Pſal. 15.

Matth. 22.

Quō fides uiua includit opera bona.

præſertim ſunt de operabilibus,& ex cõſequenti clare liquet fidem nõ poſſe iuſtificare ſine operibus bonis. Verum quia actio attribuenda eſt ſemper principaliori agenti ubi plura concurrũt ad unum effectum producendi, quapropter animæ iuſtificatio merito attribuitur uoluntati diuinæ,quæ eſt pręcipua, & principalis cauſa illius iuſtificationis :uoluntas.n. Dei non poteſt cogi, iccirco omne ſpirituale donum ex Dei gratia nobis elargitur,ideo aiebat Paulus gratia Dei ſum id quod ſum. Medium autem fuit Chriſti paſsio quam diuina uoluntas uſque adeo gratam,& acceptam habuit,ut pro ea ſtatuerit homines redimere,noſtraq; bona opera acceptare,et pro ipſis operibus gratiam ſuam accumulate largiri. nobis inquam uirtute paſsionis exhibitæ, Patribus autẽ ueteris legis in uirtute illius exhibendę. Vnde Paulus ad Epheſios. Sic elegit nos ante mundi conſtitutionem,ut eſſemus ſancti,& immaculati in conſpectu eius,in charitate, qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum ſecundum propoſitum uoluntatis ſuę in laudem gloriæ gratię ſuę,in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo,in quo habemus redemptionẽ per ſanguinem eius remiſsionem peccatorum, ſecundum diuitias gratiæ eius. 1. Cor. 15. Epheſ. 1.

Tertio reſpondeo, & clarius ſecundum diui Aug. doctrinã,quod Iacobus in Epiſtola ſua contra eos qui nolebãt bene operari,de ſola fide pręſumentes. ipſius Abrahæ opera commendauit, Apoſtolus uero Paulus contra Iudæos, qui tantummodo de operib. gloriabantur,ipſius Abrahæ fidem commendat, & non ſunt ſibi aduerſi Apoſtoli,dicit autem opus omnibus notũ Abra *Tertia reſponſio. Augu. in prologo. Pſal. 31.*

ham filium ſuum immolandum obtulit Deo. magnum opus. ſed ex fide, laudo ſuper ædificationē operis, ſed uideo fidei fundamentum, laudo fructum boni operis, ſed in fide agnoſco radicem. Si enim hoc præter fidem rectam, faceret Abrahā, nihil illi prodeſſet qualecunque opus eſſet illud. Rurſum ſi ſic teneret fidem Abraham, ut cum ei Deus imperaret offerre ſibi immolandum filium ſuum diceret apud ſemetipſum, non facio & tamen credo, quia me etiam contemnentem iuſſa ſua liberat Deus, fides ſine operibus mortua eſſet & tanquam radix ſine fructu ſterilis, atque arida remaneret. Quid ergo? debemus nulla opera præponere fidei. i. ut ante fidē quiſque dicatur bene operatus: ea. n. ipſa opera quæ dicuntur ante fidē, quāuis uideantur hominibus laudabilia, inania tamē ſunt, nemo ergo computet bona ſua ante fidem, quare ubi fides non erat, bonum opus non erat, bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit, ergo fratres ex fide iuſtificatus eſt Abrahā, ſed ſi fidē opera non præceſſerunt, tamen ſecuta ſunt. Non ergo Iacobum Apoſtolum Paulo, ſed ipſum Paulū ipſi Paulo opponamus, & dicamus ei, o Paule cū dicis, arbitramur hominē iuſtificari ſine operibus, cur alibi dicis, fides eſt quæ per dilectionem operatur? & alio in loco, & ſi fidē habeam ita ut montes transferam, charitatem autē non habeam nihil mihi prodeſt, ergo ſi nihil tibi
1. Cor. 13. prodeſt fides ſine charitate (charitas igitur ubi fuerit neceſſe eſt ut operetur, fides enim ipſa per dilectionem operatur) quomodo ergo iuſtificatur homo per fidem ſine operibus? Reſponderet ipſe Apoſtolus. Propterea hoc dixi o homo, ne quaſi de operibus tuis præſumere uidereris,

& merito operum tuorum, accepiſſe fidei gratiam, noli ergo pręſumere de operibus ante fidē, noueris quia peccatorem te fides inuenit &c. Conſtat igitur ex dictis, opera ante fidem non iuſtificare, de quibus Apoſtolus loquebatur, fides autem uiua, quæ ſine operibus bonis eſſe non poteſt, una cū illis ualet ad hoīs iuſtificatiōnē &c.

Quarto ut ſciant heretici Lutherani quod nō deſunt nobis reſponſiones ad falſas eorum obiectiones etiam aliter reſpondetur. Alia in ueteri lege fuiſſe præcepta moralia illa .ſ. quæ nunq̃ fuerunt reuocata, uidelicet præcepta decalogi, quæ etiam Chriſtus confirmauit, impleuit, & ſecundum ueram eorum interpretationem, ſupra montem dilucidiſſime expoſuit. Alia uero iudicialia, ut oculus pro oculo, caput pro capite, & iumentum pro iumento, pariter & legalia .ſ. de tactu morticinij, & comeſtione carnis porcinæ, & huiuſmodi, quæ Chriſtus reuocauit, ex quibus tamen iudæi arbitrabantur ſe iuſtificari, & hoc eſt quod Paulus impugnat & reprobat dicens, Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis: & alibi, ſcientes autem quod non iuſtificatur homo ex operibus legis uidelicet & iudicialis, & ceremonialis, ac legalis, Paulus ergo in uerbis prædictis ſignificauit conuerſationem apoſtolicam, debere eſſe in lege ac fide Chriſti, & non in legalib. legis Moſaicæ, quæ non modo proficua erant, cum eſſent euacuata, ſed dānoſa, quia prohibita, non uult igitur Pau. abnegare obſeruantia mandatorū quia hoc repugnaret Chriſto dicenti. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. ſed potius excludere legalia Moyſi, quæ prohibita erant, quando prædicta uerba dixit Petro

4. reſpōſio

Ro. 3.

Gal. 2.

& cum diſcipulis,ut patet,ſi antecedentia uerba diligenter inſpiciamus,quæ habẽtur in .2. Gal.c. Opera igitur moralia quæ in fide ſint facta non negat Apoſtolus q̃n iuſtificare ualeant, quinimmo ipſe Ro. 2. hoc idem aſſerit dicens. Nõ.n. auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed & factores legis iuſtificabuntur, ut ſupra allegatum eſt, ex quibus euidenter conſtat,quod licet Paulus & Iacobus uideãtur in uerbis inuicem aduerſari, quia laborant in equiuocis. Sunt tamen in ſententia & in ueritate conformes quare &c.

Ro. 2.

Quinta reſponſio. Quinto etiam aliter ad Lutheranorum obiectiones paritercꝫ ad eaſdem diui Pau. authoritates reſpondere ualemus, pro qua reſt notandũ quod nunquam fides uiua & formata caret bonis operibus cum illa ſint de intrinſeca ratione eius, duplicia tamen ſunt opera bona,quędam intrinſeca, ut dolor dẽ peccatis, propoſitum non peccãdi,dilectio dei,& proximi, ſpes in deo &c. ſine his .n. nunq̃ eſt fides uera iuſtificans hominem,alia uero ſunt opera extrinſeca,ut deum laudare,ſãctificare feſta,ieiunare,orare, elemoſynas pauperibus erogare,& ſimilia,ſine quibus interdum eſt fides uiua & uera,quoniam non ſemper adeſt facultas huiuſmodi opera agẽdi, remanet tamen propoſitum operandi,ideocꝫ duplex inuenitur iuſtificatio, quædam quæ fit ex fide tantũ ſecluſis exterioribus bonis operibus,quædã uero fit propter fidem & opera exteriora bona ſimul exempli cauſa. quis exiſtens in peccato mortali, ex intrinſeca dei uocatione conuertitur ad deum per ueram cordis contritionem, tunc illico deus ei gratiam & fidem elargitur, eo quod nunquam deeſt facienti quod in ſe eſt, fides autem

Duplicia opa bona.

Duplex iuſtificatio.

illa,ſeu gratia infuſa,cum ſit donum dei iuſtificat ipſum remittendo ei peccatum,& hæc ſiquidem eſt illa prima fides,quæ reddit hominem iuſtum ſine operibus legis,cum autem fides illa, ſit uiua, & arbor bona non poteſt diu permanere ſine fructibus, qua de re ſtatim pænitens ille incipit dei obſeruare precepta,orare,ieiunare,eleemoſynas pauperibus erogare,ex operibus, quibus inſuper denuo iuſtificatur, iuxta illud Ioannis in Apoca. *Apoc. 22.*
Qui iuſtus eſt.ſ. fide iuſtificetur adhuc fide .ſ. & operibus ſimul, in illis inceſſanter perſeuerando, quod clare liquet,per illud quod immediate ſub dit dominus. Ecce uenio cito & merces mea me cum eſt reddere unicuiq; ſecundum opera ſua,de hac quoq; duplici iuſtificatione,ſingulare exem plum habemus,de Magdalena in Euãgelio,quæ *Luc. 7.*
cum prius eſſet iuſtificata ex fide, & cordis contritione,denuo ueniens ad Chriſtum, genibus ꝓ uolutis, & lachrimis plenã, audire illam meruit uocem omni iocunditate plenam, remittuntur ti bi peccata multa,quoniam dilexit multum:quæ nimirum fuit eius ſecũda iuſtificatio .ſ. per fidem et opera ſimul,de illa autem prima iuſtificatione quæ fit tantum per fidei gratiam, forte loquitur Apoſtolus ſcribens Ro.& Gal. de ſecunda uero *Gen. 15.*
Apoſt.Iacob.quod ex ſingulariſſimo liquet exẽplo. Nam Abraham primo iuſtificatus fuit, hac *Ro. 4.*
prima iuſtificatione,prout in Gene. ſcribitur,cre didit Abraham deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam,quod allegans Paulus euidenter oſtendit quod illi qui iuſtificantur hac prima dei iuſtificatione,quæ fit ex prima gratia & fidæ infuſa, non ex operibus iuſtificantur, quia nondum incepe runt operari,opera uidelicet exteriora & merito

ria, Dixerat.n. prius Apoſtolus. Si.n. Abraham ex operib. legis iuſtificatus eſt, habet gloriã ſed non apud deum, quoniam opera illa præſuppo-
Gene. 19. nunt fidem. fuit ergo Abraham prius ex fide iuſtificatus, credens ſemen ſuum multiplicari ſicut ſtellas cęli ex ſemine quoq; ſuo filium dei ſumere carnem ad ſaluandum electos, cum dictum fuit ei a domino, ſuſcipe, cælum, & numera ſtellas, ſi
Gene. 22. potes, ſic erit ſemen tuum, ſed quoniam fides Abrahæ erat uiua, & arbor bona, ideo non poterat diu permanere ſine operibus & fructibus bonis, tã exterioribus, q̃ interioribus. Propterea uoluit ſacrificare deo iubente unigenitum filium ſuũ & ſic iterum iuſtificatus fuit ex fide & operibus ſimul, & hoc quidem eſt de quo loquitur diuus Iacobus dicens, Abraham pater noſter nõne ex operibus iuſtificatus eſt? offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? uides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſumata eſt? & ſuppleta eſt ſcriptura dicens, credidit Abraham deo et reputatum eſt illi ad iuſtitiam, et amicus dei appellatus eſt. Quare concludendum eſt contra impias Lutheranorum ſcholas, aduerſusq; omnes ſcripturarũ dilaniatores, ope-
Author hic perpulchre ꝓpoſitum concludit. ra noſtra bona non tantum eſſe a deo præcepta, ut placeãt ei, ſed neceſſaria eſſe, tum maxime ad hominis iuſtificationem, ex quibus inſuper lucide clarent duo illa quæ ex concluſione ſequuntur, et ex conſequenti, patet ſecunda pars noſtræ cõcluſionis manifeſtiſſime cum reſpõſionibus quinq; ad obiectiones quare &c.

Autoritates ſimul & rationes pro tertia parte concluſionis.

TErtia pars concluſionis eſt quód quilibet uiator(diuina protegente gratia)etiam con digne et ex debito iuſtitiæ meretur uitæ eternæ mercedem, quæ quidem pars prius ueteris teſta menti,deinde nouæ legis teſtimonijs demonſtrabitur.

Primo.n.ait dominus oſtendere lucide cupiēs ſe paratiſſimum eſſe ad præmiandum bonorum opera dixit ad Abrahā,noli timere, ego ero mer/ces tua magna nimis, Hieremiæ quoq;,quieſcat uox tua a ploratu, et oculi tui a lachrimis, quia eſt merces operi tuo ait dominus,cui concordat illud quod ait Eſaias, Ecce dominus deus in fortitudine ueniet,et brachiū eius dominabitur, ecce merces eius cum eo, et opus illius cora illo etc. *Gene. 15.* *Hiere. 31.* *Eſaie. 4.*

Præterea regalis propheta Dauid, cupiens ex ſuis operibus præmiari dixit. Obſeruabo me ab iniquitate mea et reddet mihi dominus ſecundū iuſtitiam meam,et alibi, inclinauit cor meum ad faciēdas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem etc. *Pſal. 18.* *Pſal. 118.*

Amplius ſapientiſſimus Salomon in prouerbijs hoc idem aſſerit dicens, Impius facit opus inſtabile ſeminanti autem iuſtitiam,merces fidelis et ille idem in ſapientiæ libro, bonorum operū glorioſus eſt fructus, et infra, iuſti in perpetuum uiuent, et apud dominum eſt merces eorum, et adhuc infra ſubdit, reddet deus iuſtis mercedem laborum ſuorum, Ecce qualiter ſapientiſſimus ille Salomon ſapientiſſime docet, mercedem com menſurari operibus bonis,igitur homo ex bonis operibus diuina protegente gratia meretur æternorum bonorum mercedem. *Prouer. 11.* *Sapien. 3.* *Sapien. 5.* *Sapien. 10.* *Eccle. 2.*

Rurſus ille idem ī eccleſiaſtico itidem fatetur *Eccle. 16.*

dicens, qui timetis deum credite illi, et non euacuabitur merces ueſtra, cui nimirum fauet illud quod alibi clarius ſubdit, miſericordia faciet locum unicuiq;, ſecundum meritum operum ſuorum, nihil.n. apertius loqui poterat ſapiens ille.

Ruth. 1. Proinde prophetam Ruth. non latuit mercedem pro operibus dari cum dixit, redeet tibi dominus pro opere tuo, et plenam mercedem accipies a domino deo Iſrael, ad quem ueniſti, et de- 2. Para. 15. mum Azarias dixit ad omnem Iudam et Beniamin, dominus uobiſcum quia fuiſtis cum eo, ſi quęſieritis eum inuenietis. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet uos, ex quibus uerbis, innuit maximam hominis libertatem, deinde ſubdit, confortamini igitur, et non diſſoluantur manus ueſtræ, erit.n. merces operi ueſtro.

Poſt ueteris teſtimonia legis, ſequũtur alia noui teſtamenti, ut intelligatur idem ſpiritus eſſe hiſtoriarum utriuſq; legis. Subdit .n. dominus in Matth. 5. euangelio Matthei enumeratis octo beatitudinibus. Gaudete et exultate, ecce enim merces ue- Pulchra rō ſtra copioſa eſt in cælis, Merces namq; dicitur alicuius meriti precedentis merces. Sunt enim correlatiua, et ideo ſimul natura, quare poſita ſe ponunt, & perēpta ſe perimunt, dicuntur quoq; ad conuertentiam, hoc eſt mutuo ſe inferunt in bonam conſequentia, nam poſito præmio ponitur & meritum, & contra. Hæc eſt enim conſequentia formalis. Iſte præmium eſt adeptus, igitur tale meruit præmium, Ideo ſi per falſam hæreticorum opinionem nullum datur meritum, nullum inſuper dabitur præmium, merces nempe præſupponit meritum, ſicut pater filium, & filius patrem. Aliter meritum & præmium non eſſent

correlatiua, quod ueritati diſſonat, ideo ſi deus operantibus bona mercedem promittit æternã, ſequitur illos ex bonis operibus talẽ mereri mercedem, cui etiam arridet illud quod paulo poſt ſequitur dominus dicens. Attendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem ueſtrum, qui eſt in celis, igitur per oppoſitum &c. *Matth.6.*

Et infra, quicunq; potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem ſuam, & rurſus in eodem Euangelio infra clamat procuratori ſuo dicens, uoca operarios & redde illis mercedem, eo quod paulo ante dixerat, & quod iuſtum fuerit dabo uobis. *Matth.10.* Matt.20.

Præterea, idem concludens in Euangelio Ioannis Saluator noſter inquit, Procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem uitæ, qui uero mala in reſurrectionem iudicij, ex quibus Chriſti uerbis apertiſſime concluditur opera noſtra bona, non tantum hominem iuſtificare, uerum etiam eſſe æternę glorię meritoria. cum per illa ualeat unuſquiſq; mereri æterna præmia præoptata, quod tandem in extremo iudicio oſtendet idem dominus commemorans opera miſericordiæ, quibus iuſti ſaluabuntur. dicens, eſuriui & dediſtis mihi manducare ſitiui & dediſtis mihi bibere &c. Inde ſubdit, uenite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis paratum eſt ab origine mũdi, Mali autem qui huiuſmodi miſericordiæ opera neglexerunt damnabuntur. *Ioan.c.5.* *Matth.25.*

Proinde Apoſt. Pau. in. 2. epiſtola ad Corinth. illud idem atteſtatur dicens. Vnuſquiſq; mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem, & paulo *2.corint.3.* *2.corin.4.*

poſt, id quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, cui fauet illud quod ad Colo. ait. Quodcũq; facitis, ex animo operamini, ſicut domino & non hominibus, ſcientes quod a domino accipietis retributionem hæreditatis.

Coloſſ. 3.

Amplius ad Phi. Mihi uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrum, Omne.n.lucrum eſt alicuius merit præmium igitur, & infra, cum metu & tremore i ueſtram ſalutem operamini &c. Rurſus autem ad Hæbreos inquit, Non eſt iniuſtus deus ut obliuiſcatur operis ueſtri, & laboris ex charitate ſuſcepti. Item adhuc infra, beneficentiæ, & communionis nolite obliuiſci. Talibus.n.hoſtĳs promeretur deus &c.

Phili. 1. *Phili. 20.* *Hebre. 5.*

Denicq; Ioannes in prima canonica inquit, filioli nemo uos ſeducat, qui.n. facit iuſtitiam iuſtus eſt, ſicut et ille iuſtus eſt, ſi ideo qui facit iuſtitiã eſt iuſtus. ſicut & ille iuſtus eſt, ergo pro iuſtitia a iuſto iudice iuſte præmia adipiſcetur &c. In ſecunda uero canonica iterum ait, uidete uos metipſos, ne perdatis quæ operati eſtis, ſed ut mercedem plenam accipiatis. At dominus tandem in Apoc. tertiam hanc noſtræ concluſionis partem lucidiſſimæ concludit dicens. Ecce uenio cito, & merces mea mecum eſt reddere unicuiq; ſecundum opera ſua.

1. Ioan. 3. *2. Ioan. 1.* *Apoc. 22.*

Si igitur tantum unum, uel duo, aut tria ſcripturarum teſtimonia aduerſus hereticos ſufficerent, quanto magis tot & tantæ diuinarum literarum authoritates, & apertiſſima teſtimonia propoſitum noſtrum concludere ualebunt, Habetis igitur hæretici diſtinctas rationes & authoritates,

Omnium dictorum epilogus.

pro

pro trib.concluſionis noſtræ diſtinctis partibus, aliquib.n.oſtenſum eſt, opera noſtra neceſſaria eſſe ad hominis ſalutem, aliis autem illa hominẽ reddere iuſtum, quibuſdam uero aliis palam demonſtratum eſt, quemlibet uiatorem in gratia exiſtentem, ex operibus bonis, mereri etiam uitæ æternæ mercedem. Modo autem ſupereſt probare ipſum talem æternam mercedem mereri de condigno (ut dicitur) & ex debito iuſtitiæ quod ſic oſtenditur.

Primo enim Salomon loquens de uexatis, & tentatis a Deo inquit. Tentauit eos Deus, & inuenit illos dignos ſe. Itẽ Paul. ad Coloſſ. Dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum, &c. *Sapien. 3.* *Coloſſ. 1.*

Præterea in Euangelio Luc. & ad Timo. ſcribitur. Dignus eſt operarius mercede ſua. *Luc. 10.* *1. Thim. 5.*

Proinde Apoſtolus de ſe loquens ait, bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui, ideo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex, ſi reddet iuſtus iudex, ergo ſecundum debitum iuſtitiæ quod eſt præmia condonare condigne, & ſi repoſita eſt Paulo corona iuſtitiæ, igitur de cõdigno, & ex debito iuſtitiæ præmiabitur, quod erat propoſitum probandum, quare concludendum eſt quod ſi homo ex operibus bonis in gratia operatis, meretur de condigno, & ex debito iuſtitiæ, uitæ æternæ mercedem, quod etiam opera bona ſaluant, & ultra igitur iuſtificant, plus. n. eſt ſaluare quam iuſtificare, teſte apoſtolo. Quos prædeſtinauit, hos uocauit, quos uocauit, hos iuſtificauit, quos uero iuſtificauit, hos & magnificauit, iuſtificatur quippe homo per gratiam, magnificatur autem per gloriam, quare plus eſt ſal- *2. Thim. 4* *Ro. 8.*

eſt nota, cum maiore, teſte Apoſto. qui ait, reddite omnibus debita, & ſequitur, nemini quicquã debeatis Rom. 13. Minor probatur, quia Deus poteſt præmium non reddere, cum ad extra operetur contingenter, non tamen poteſt eſſe iniuſtus cum uoluntas ſua ſit eſſentialiter iuſta, & prima regula totius iuſtitiæ, unde quicquid poteſt, aut uult, iuſte poteſt, & iuſte uult, & ita nullius debitor eſſe poteſt, quare, &c. *Rom. 13.*

Reſponſiones catholicorum.

AD illas authoritates, & ad quaſcunq; alias ad idẽ attinentes dupliciter reſpondendũ eſt.

Primo quod procedunt de noſtris operibus conſideratis in ſe ſecundum intrinſecam, & naturalem eorundem bonitatem quam habẽt ex uoluntate eliciente conformiter rectæ rationi, non ſecundum dignitatẽ, quam habent ex gratia cooperante, & libera Dei acceptatione qua ea, ut digna ordinat, & acceptat ad tale præmium, nã omnes Chriſti fideles ignorare non debent omnia opera noſtra in ſe, & in ordine ad noſtrã uoluntatem conſiderata (quomodo proprie dicuntur opera noſtra. Quia ſic conſiderata ſunt in poteſtate noſtra etiam non excludendo generalem Dei influentiam) ſic itaq; conſiderata pręciſe ſunt indigna tanto præmio, immo imperfecta, & defectibus plena. Secus ſi conſiderantur, ut ſunt a ſpiritu. ſ. mouente, & inhabitante, ac a gratia cooperante, necnon a Dei uoluntate ipſa, ut digna acceptante, ſic enim digna ſunt tali præmio beneficio iuxta illud Heſter. Hoc honore dignus eſt quencunque Rex uoluerit honorare, in præmio nanque eſt conſiderare beatitudinem formalem (ut dicunt) hæretici Dei. ſ. fruitionem, & beatitu- *Reſponſio prima.* *Opa quomodo imperfecta.* *Heſter. 6.*

dinem obiectiuam, quæ eſt trinitas benedicta, ſecundum illud Gen. Noli timere Abrahã ego protector tuus, & merces tua magna nimis. uerba ſunt Dei ad Abraham, et diuina ordinatio, ſeu uoluntas qua uult ſic operantẽ, tali præmio, uel mercede præmiari, iuxta illud Apoc ultimo.

Apoc. 7. *Apoc. ult.*

Merces mea mecum eſt, hoc eſt in mea poteſtate, & uoluntate reddere unicuiq; ſecundũ opera ſua. His etiam inuenitur aliquid proportionale in actu meritorio, nam ibi eſt ſpiritus ſanctus inhabitans per gratiam, tanquam primum mouẽs, qui proportionatur ultimo fini trinitati Deo, quæ eſt beatitudo obiectiua. Ibi etiam reperitur gratia gratum faciens ſupernaturalis a Deo infuſa tanquam ſemen gloriæ, quia quemadmodum ſemen arboris uirtute continet totam arborem, ita & gratia uirtute continet præmia eo modo etiã quo pręmiũ eſt infinitũ, & gratia eſt infinita, nã charitas eſt gratia, quæ ſecũdum Apoſtolum nunq̃ excidit, gloria autem eſt gratia cõſumata.

Et licet per hanc primam reſponſionem efficaciſsime demonſtretur qualiter intelligi debeant pręallegatę authoritates. Nihilominus etiam aliter a nobis reſpondendum eſt. Pro cuius prauæ obiectionis reſponſione notandum eſt, quod meritum condignum alicuius pręmii (quod uere & proprie dicitur meritum) eſt opus a uoluntate elicitum ad pręmium alicui ſecundum debitum iuſtitię retribuendum acceptatum. Conſiſtit autẽ iuſtitia illa in quadam proportione meriti ad pręmium, & æqualitate. Iuſtitia nempe proprie capta, ſicut non reddit minus bonum pro maiori, ita nec maius bonũ pro minori. Requiritur itaq; ad meritum cõdignũ proportio æqualitatis me

Primũ notabile. *Quid ſit meritum cõdignum alicui præmio.*

riti ad præmiũ, Hæc autẽ æqualitas attenditur pe nes duo, uel ex natura & conditione intrinſeca meriti ad præmiũ. Ita quod non ſit maius meritum neq; minus, quã præmium, & cõtra, ſed om nino ſit æqualitas meriti et præmij, uel hæc æqua litas attenditur ex ordinatione, uel pacto, aut cõ uentione, ſeu promiſſione præmiantis, exemplum primi, quando merces commenſuratur utilitati. quæ præmians conſequitur ex actu & operatione merẽtis, ut ſi aliquis laboraret per totã diem uel ebdomadam, aut menſem alicui, & tantum eſſet præmium dantis, ſicut fuit opus & meritũ laborantis, tunc illa iuſtitia appellatur æqualitas meriti ad præmium, ex natura & conditione intrinſeca operis & pmij. Ita quod non dat ei neq; plus, neq; minus, ſed tantum quantum meruit. Exemplum ſecundi. Si .n. aliquis dominus conueniret cũ aliquo, ut fideliter tantummodo per unum diem, aut ebdomadam laboraret in uineã ſuam, & ex liberalitate ſua promitteret ei ducentos aureos, pro huiuſmodi labore, tunc conuentione facta, pacto & inſtrumento, ſi homo ille fideliter laborauit, de condigno ipſe meretur ducentos aureos, non propter æqualitatem operis ad præmium, ex natura & conditione intrinſeca, ipſius meriti & præmij, quia maius eſt præmiũ q̃ opus, meretur autem homo ille ducentos aureos ex conuentione, et promiſſione illius domini pro mittẽtis & liberaliter dantis, ſicut dicitur in euãgelica parabola Matth. quando pater familias ordinauit diſpenſatori ſuo, ut tantum daret nouiſſimis ſicut primis, & quia primi ſe contriſtarunt, eo quod portauerunt pondus diei, & eſtus, & tantum daret eis ſicut nouiſſimis, qui tantum-

Duplex eſt iuſtitia.

Matth. 20.

modo una hora laborauerunt. Reſpondit paterfamilias uni eorum dicens Amice non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt & uade. Hęc autē ſentētia, & æqualitas iuſtitiæ non fundatur ex natura & cōditione intrinſeca operis & præmij, quia abſq; ulla animi ambiguitate maius eſt prēmiū q̃ meritum, at huiuſmodi Chriſti ſententia & iuſtitia ſeruata fundatur in cōuentione uel promiſſione ſeu pacto, et re. Sed adhuc ſciendum eſt, quod ſiue iuſtitia ſeu æqualitas iuſtitiæ attendatur ex natura & conditione intrinſeca operis, ſiue ex ordinatione & cōuentione, aut ꝓmiſſione præmiantis, ut aliquod meritum uel opus dicatur condignum alicui præmio & contra. Tria neceſſario requiruntur. ſ. operans, opus, & præmiās, in operante reqritur, quod ipſe ſit amicus, inimicus. n. nō eſt dignus præmio ſed pæna. Quare peccator nihil meretur apud deum de condigno, quia non eſt amicus ſed inimicus dei, ut ait Salomon. Fructus impiorum inutiles, & infra. Odio ſunt deo impius & impietas eius, quod uidemus in iſtis dominis temporalib. Si. n. eſſet aliquis inimicus alicuius principis, etiā ſi quotidie laboraret ꝓ eo nihil mereretur, immo nec opus eius acceptaretur ab illo, ita eſt de peccatore inimico deo, cuius nullum opus acceptatur ad uitā æternā. In opere autē requiritur, quod illud opus operantis ſit ordinabile ad utilitatē uel honorē prēmiantis, ideo opus exiſtentis in gratia non ordinatum finaliter in deum, non eſt meritorium condigne ſicut ſunt multa opera naturalia, & actus indifferentes, qui non ſunt neq; boni, neq; mali, exemplum primi, ut præuia intellectio, uel ſolem lucere, & ſimilia,

Secundum notabile.

Cōditiōes meriti condigni ſecū dum Theologos.

Sap. 4.

Sap. 14.

exemplũ ſecũdi ut fricatio capitis uel barbæ. Ne
ceſſe eſt.n.ut opus operantis meritoriũ libere &
uoluntariæ ꝓducatur a uoluntate, & dirigatur in
ultimũ finẽ. In præmiante uero requiritur accep-
tatio, ſiue ordinatio operis directi ad tale prẽmiũ
eſt autẽ hẽc acceptatio et ordinatio in propoſito
nihil aliud niſi diuina uolũtas, quæ ab æterno uo
luit opus illud a tali & talib. principijs deriuatũ 1. Correla.
eſſe meritũ condignũ præmio ẽterno. Nã ſi deus
ex ſua infinita bonitate & liberalitate uult aliqđ
bonum noſtræ liberæ uoluntatis opus eſſe æter-
næ uitæ meritorium, cur Lutherani audent huic
diuinæ uoluntati ita nequiter aduerſari? Ex qui-
bus ſequitur quod nõ requiritur ad præmium de
condigno, ꝙ ſemper actus meriti, ſecundum in-
trinſecam ſuam bonitatem ſit cõdignus, ſeu pro
portionatus tali præmio. Alioquin nullum opus
bonũ noſtræ uoluntatis eſſet æterno cõdignum
præmio, quod cõfirmant Lutherani, ſed eius op-
poſitum oſtẽdit Chriſtus in euangelio Matthei,
& in alijs ſupra authoritatibus allegatis. Sed illa
condignitas attenditur in propoſito, ex diuina
acceptatione. Ab æterno .n. uoluit deus opera
illa exiſtentis in gratia, eſſe condigna, æterno prẽ
mio. Vnde ſequitur, quod homo iuſtus non me- 2. correla.
retur illuminationem ſolis, quia æque deus ſo-
lem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, &
pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, Iſtis ergo ſic decla-
ratis, ſequitur ueritas noſtræ concluſionis, uide-
licet, quod quilibet uiator adultus exiſtens in
gratia, per opera bona a uoluntate ſimul, & a
gratia deriuata, de condigno, & ex debito iuſti- *Ex dictis*
tiæ meretur æternæ beatitudinis præmium, di- *infertur pro*
co ex condigno, non ex æqualitate, & natura, ſeu *poſitum.*

conditione intrinſeca operis & præmij, & ex pacto, ordinatione, & conuentione, ſeu promiſſione pręmia largientis. Chriſtus.n. conuenit nobis, fecit pactum, quando.ſ. dedit legem, & promiſit quibuſcunq; obſeruantibus eam ſe daturũ eis pręmiũ uitæ æternæ, & ſic nos obſeruãtes legẽ, meremur de cõdigno uitã ęternã ex ꝓmiſſione, & con-

Matth.20. uentione facta, ut elicitur ex illo euangelio, Exijt primo mane paterfamilias conducere operarios in uineam ſuam, iuſtum autẽ & debitũ eſt ut pacta, ac ꝓmiſſa ſeruentur, ideo &c. & ita omnes autoritates a nobis allegatæ, quibus ſignificatur, quod nos digna meremur, intelliguñt iſto modo ex iſtis etiam dictis ſequitur hæc concluſio cor-

Concluſio correllatiua. relatiua. Nullus uiator etiam exiſtens in gratia, per opera bona meretur uitæ æternæ mercedem de condigno, & ex debito iuſtitiæ Dico de condigno, non ex conuentione, aut promiſſione pręmiantis, ſed ex æqualitate, & natura intrinſeca operis & præmij, ita quod tantum ſit meritum, quantum eſt præmium, nam ſi homo per infinitum tempus uirtuoſe, & religioſe, & in maxima

Euidens ꝓbatio. abſtinentia uiueret, et omnia dei præcepta etiam cum adiutorio diuinæ gratię obſeruaret, nunq̃ tamen meretur uitæ æternæ premium de cõdigno, & ex debito iuſtitiæ iſto modo, ita quod tãtum eſſet præmium uitæ æternæ, ſicut eſſent merita ſua, cum ſua natura ſint parui momenti, & finita, & per conſequens non meritoria illius infini-

Rom 8. ti præmij, & hoc eſt q dicitur. Rom.8. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram

Luc.17. gloriam, Et Luc.17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt uobis &c. Et ſic conſequenter omnes aliæ ſcripturarum autoritates, quibus Luthe

tani contra nos inſtant, ad hunc ſenſum intelli gi uidentur, meremur quippe, per opera bona uitæ æternæ præmium ex cõuentione & promiſſione dei, non meremur uero, quantum ad intrinſecam rationem & qualitatem illius maximi præmij, reſpectu noſtri meriti, de quo præmio Pau. loquitur dicẽs, Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ preparat deus diligentibus ſe &c.

Ad rationem etiam factam de facili reſpõdetur, & conceditur, quod præmium redditur merito condigno, ſecundum debitum iuſtitiæ, & negatur quod deus nullius poteſt eſſe debitor. Nã licet deus nullius debitor eſſe poſſit ex natura rei poteſt tamen ſe ultro facere debitorem noſtrum ex ſua libera uoluntate, nobis promittendo pro talibus operibus tantum præmium, ſicut homo gratis promittens alicui ex ſua libertate donum, ſe debitorem illi conſtituit. Tenetur.n. ſecundum iuſtitiam ſeruare promiſſum. Apoſtolus.n. dicit. Quis prior dedit illi &c. Loquitur de redditu ex natura rei debita.ſ. pro aliquo prius ad ſui utilitatem recepto. Hoc autem locum non habet in deo, qui nullius eget, Et cum iterum arguitur ſylogiſtice, probando deum non poſſe eſſe debitorem. Reſpondetur per diſtinctionem. Quia uel illa determinatio, nõ reddendo, determinat maiorem extremitatem .ſ. debitor, ut maior ualeat iſta, omnis debitor non reddens eſt iniuſtus, ſic male ſubſumitur, & male concluditur, ſed debe-ret ſic ſylogizari, omnis debitor non reddens eſt iniuſtus, deus non eſt iniuſtus, ergo deus non eſt debitor non reddens. Suo modo ſi arguitur cum uerbo poteſt. ſic concluſio eſt uera, quia licet de

Solutio rationis.

Rom. 11.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ius poſſit non reddere præmium, non tamen poteſt eſſe debitor, & nõ reddere, cum quo nõ ſtat non reddere, cum eius uoluntas ſit immutabilis. Si uero hæc particula non reddendo determinat hanc particulam iniuſtus, ſic maior eſt falſa, quia ualet iſta omnis debitor eſt iniuſtus non reddẽs, quæ eſt falſa de deo, & de multis alijs. Si dicis nõ reddendo includit, conditionalem, & ualet omnis debitor ſi non reddit eſt iniuſtus, reſpondetur quod conditionalis non eſt ſylogiſmus cathegoricus, neq; aliqua ſpecies ſylogiſmi hippotetici, ſi uero fuerit de conditionato extremo, reſpondetur ut prius, quare &c.

Concluſio. 4.

LIcet nullus uiator actib. ſeu operib. a uoluntate libere deriuatis mereatur primam gratiam de condigno, poteſt tamen quilibet homo (diuina cooperante gratia) de condigno & ex debito iuſtitiæ mereri eiuſdem gratie augmentũ. Prima pars probatur, quia operibus præcedentibus gratiam, neq; ſequẽtibus. Non primũ, quia opera præcedentia gratiam ſunt opera peccatoris, & ingrati deo, ergo nullum tale opus, eſt præmio dignum ut dictum eſt. Neq; ſecũdum, quia nullum opus poteſt eſſe meritorium gratiæ præexiſtẽtis, Tum qa meritum eſt uia ad præmium, uia autem nõ ſequitur ſuum terminum. Tum qa meritum condigni præſupponit gratiam. Sicut effectus cauſam. Gratia.n. eſt cauſa principalis meriti, ut probabitur, ergo opus non poteſt eſſe meritum primæ gratiæ quam ſupponit, alioquin cauſæ eſſent ſibi inuicem cauſæ in eodem genere cauſæ, q̧ eſt impoſſibile. Meritum autem reducitur ad genus cauſę efficientis, reſpectu præmij,

ideo &c. Et ſi dicas bonus miles meretur equum ſibi a Rege datum,per obſequia ſequentia, ergo a ſimili quis gratiam ſibi datã mereri poteſt per bonum uſum gratiæ receptæ.Hoc eſt per opera ſequentia in gratia operata, Reſpondetur ꝙ hoc eſt manifeſte contra Apoſtolum ad Ro.d.Si autem gratia,iam non ex operibus,alioquin gratia iam non eſſet gratia,ꝙ de prima gratia maxime uerum eſt. Præterea non eſt ſimile de equo militis,& gratia prima,quia Rex non dat equum,niſi intuitu ſeruitij,ꝙ ſperat ſequuturum. Non.n.daret equum, niſi pręſumeret militem donum hoc ſequentibus ſeruitijs compenſaturum. Deus autẽ dans primam gratiam, non dat illam intuitu meritorum ſequentium,alioquin non daret ei,quem ſciret non bene uſurum gratia,ꝙ falſum eſt, quia omni non ponẽti obicem infundit gratiã. Etiam ſi poſtea non bene utatur,ſicut eſt uidere in pueris baptizatis,accedente uſu rationis a deo auerſis: Sed quia huic primę parti concluſionis non minus Lutherani,ꝙ̃ Catholici fauent, ideo alias pręteremitto probationes. Quod.n.fere ab omnibus conceditur,magna non indiget probatione. Ro. 11.

Secunda pars (cui magis aduerſantur hæretici moderni) probatur authoritate beati Auguſtini,ad Bonifacium. Gratia meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici, ſed ſi non admittitur authoritas Auguſti.Probatur rationẽ,quia quilibet habens gratiam, habet unde poteſt proficere in merito pręmij beatifici, ut ſupra probatum eſt, ergo etiam habet unde poteſt proficere in gratiam,tenet conſequentia,quia maior beatitudo retribuenda pręexigit maiorẽ gratiam in pręmiando. Oportet ergo gratiam creſcere propor *Prima rõ ꝓ augmẽto gratiæ.*

tione quadam ad gloriam retribuēdam. Creſcit autem gratia per ſui augmentum.

Secunda ratio.

Item omnes conditiones meriti de cōdigno, meriti abſoluti, idem eſt.n. dicere meritum abſolutum, & meritum condignum, cōueniunt bono operi, ex gratia deducto reſpectu ulterioris gradus gratię, quo augetur, ergo &c. antecedens patet, quia ibi eſt dignitas elicientis, eſt & gratia coperās. pariter & deus acceptans, necnō & proportio ad gradum, quo gratia augetur, unde & ſi tota gratia conſtituta ex gratia pręexiſtente & ſuper addita excedit gratiam pręexiſtentem, tamen gradus ille pręciſę qui ſuperadditur non excedit, & pręciſe reſpectu illius eſt meritum, non reſpectu pręexiſtentis.

Quinta concluſio.

QVilibet homo obice remoto, ac homo bono motu in deum ex arbitriŷ libertate deriuato licet non de condigno, neq; ex debito iuſtitiæ præciſe, tamen congrue ſeu aliquomodo primam gratiam mereri poteſt.

Quid ſit remouere obicem.

Hęc concluſio ſic probatur, quia quemlibet actum, uel omne opus facientis ꝙ in ſe eſt, deus acceptat ad tribuendum gratiam primam nō ex debito iuſtitię ſecundum ex ſua liberalitate, ſed homo remouendo obicem .i. obſtaculum & diuinę gratię impedimentum hoc eſt ceſſando ab actu, & conſenſu peccati, & eliciēdo bonum motum in deum, tanꝗ in ſuum principium & finem facit quod in ſe eſt, ergo huiuſmodi opus, & bonum motum in deum acceptat deus, de ſua liberalitate ad infundendum gratiam. Vltra, ergo remouendo obicem meretur gratiam congrue, ſeu aliquo modo, ultima conſequētia eſt nota, quia

quilibet actus libere elicitus,et acceptatus a deo ad aliquid retribuendum non ex debito iuſtitię, ſed ex ſola dei acceptãtis liberalitate,aliquo mo do dicitur meritorius, qa ſaltem deus facit actũ illum meritorium, acceptando ipſum, quem & nos meritum congruum appellamus, & hoc a nullo debite negari poteſt. Prima etiã conſequẽ tia eſt nota,eo quod eſt ſylogiſtica in tertio mo do primę figuræ. Maior probatur per illud Zacharix. Conuertimini ad me,& ego conuertar ad uos. *Probatio maioris.* *Zacha. 1.*

Item Iacobus Appropinquate deo,& ipſe appropinquabit uobis,& Ioan. in Apoca. Ego ſto ad oſtium & pulſo,ſiquis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo,& ipſe mecum. Cõuerti autem ad deum,et appropinquari deo,ac aperire illi,eſt facere quod in ſe eſt.Conuertitur nempe deus ad hominem,& appropinquat ei, ac intrat habitan do in eo, & cenãdo cum illo per gratiam, quam infundit ille. *Iacobi. 4.* *Apoca. 3.*

Item Auguſtinus ſuper illud Pauli cap.ſecundi ad Thimo.2. Negare ſeipſum nõ poteſt,& cum ſit iuſtus,non poteſt negare ſuam iuſtitiam, ergo cum ſit miſericors non poteſt negare ſuam bonitatem & miſericordiam,quia pronior eſt ad largiendum de ſua miſericordia & bonitate, ꝙ ad puniendum de ſua iuſtitia. Si ergo nõ poteſt ſuã iuſtitiam negare facientibus malum, multo magis non poteſt ſuam bonitatem, & miſericordiã negare illis,qui requirũt eam, ſed qui facit quod in ſe eſt,requirit bonitatem,& miſericordiam ergo dat ei,hoc autẽ eſt infundere gratiã.igitur etc. *2.Thim.2.*

Præterea idem Aug. ſuper illud Ro.5. Iuſtifi- *Ro. 5.*

cati ex fide pacẽ habemus ad deum ait, Deus reſpicit confugientes ad ſe, aliter in eo eſſet iniquitas. Sed impoſſibile eſt, quod in eo ſit iniquitas, ergo impoſſibile eſt, quod non recipiat cõfugientes ad ſe, ſed faciens quod in ſe eſt, confugit ad ipſum, ergo neceſſe eſt quod ipſum recipiat, recipit autem infundendo gratiã. Minor probatur, quia remouendo obicem, qui eſt conſenſus in peccato, & eliciendo motum bonum liberi arbitrij in deum facit quod in ſe eſt. Vltra.n.ex ſe nõ poteſt, ſuppoſita ſemper generali influẽtia dei, ſine qua omnino nihil poteſt.

Correlariũ cõtra Lut. Ex quibus ſequitur, quod iniuſte & male Lutherani derident, & negant huiuſmodi Theologorum diſtinctionem.ſ. de merito condigno, & congruo. Nam quod detur aliquod meritum alicuius præmij condignum ex debito iuſtitiæ, uidelicet ex conuentione, & pacto, ac dei pręmiantis libera acceptatione, pariterq́ detur meritum cõgruum, quod eſt opus a uolũtate libere elicitum ad aliquod bonum retribuendum acceptatum, non ſi quidem ex debito iuſtitiæ, ſed ex ſola acceptantis liberalitate, clare liquet. ex rationibus & autoritatibus ſupradictis. At in hoc differunt, quia meritum condignum pręſupponit gratiam ſimulq; pactum, aut conuentionem, ſeu præmiantis promiſſionem, ut patuit ſupra. Meritum uero congruum, non pręſupponit gratiam. Poteſt.n. præmia largiens aliquid retribuere operanti, intuitu alicuius operis, alias non daturus, non tamen tanq̃ digno in ſe, nec ratione operis condigni, ſed ex ſua liberalitate, etiam ei qui inimicus eſt, ut euidenter conſtat de homine peccatore, contrito tamen & pænitente, cuius contritionem deus acce

Quid ſit meritum cõgruum.

ptat,ad gratiam elargiendam,facitq́;,ex ſua libe ralitate illud pænitentię opus eſſe aliquomodo diuinæ gratiæ meritorium, quoniam cuilibet facienti quod in ſe eſt ſemper deus eſt paratus ſuã tribuere gratiam,ut non minus rationibus ꝙ authoritatibus probatum eſt ſupra, igitur concludendum eſt præuiam contritionem,ſeu interiorẽ pænitentiam eſſe meritum cõgruum,reſpectu diuinę gratię. Quare quilibet peccator faciẽs quod in ſe eſt,ex contritionis uirtute, de cõgruo primã meretur gratiam,qua habita inde ex bonis operibus de condigno,& ex debito iuſtitiæ .ſ. ex pacto,aut cõuentione, ſeu pręmiantis promiſſione meretur uitę æternæ mercedem,ut luce clarius liquet ex ſupra dictis &c. *Correlariũ*

Pulcherrimum quęſitum.

SEd quæret aliquis & non immerito, quid ſit facere ꝙ i ſe eſt,& quomodo infidelis habet ſeu poteſt facere ꝙ in ſe eſt,pariter & fidelis. Reſpõdendum eſt quod in quolibet homine eſt ratio recta,per naturam, qua ꝗlibet poteſt cognoſcere ſuum principium,ſ.deum. Per hoc .n. quod quilibet homo naturaliter ſcit non ſemper fuiſſe, ſcit ſe factum eſſe, & habere principium, & ſcit quod ab illo principio habet quicquid habet boni, a quo debet petere bonũ, & ſuorũ deffectuũ complementum. In cuius ſignum nulla fuit hominum natio,quæ uoluerit eſſe ſine deo, a quo neceſſaria & ſubuentionem peteret,licet multi errãtes,et decepti illos coluerint pro deo. Cum ergo ſcundum illam nationem,per liberum arbitrium operatur homo, recurrendo ad illum, quem ſcit eſſe ſuum principium,et petit ab eo lumen cognitionis fidei,& boni,facit quod in ſe eſt,& hoc na *Quõ infidelis facit quod in ſe eſt.*

tura eſt in quolibet homine. Infideli autem peccatore, qui habet fidem informem. nihilominus fides illa ad duo radiat .ſ. ad diuinam iuſtitiam damnantem reprobos,& ad diuinam miſericordiam ſaluantem electos. Si ergo auertat ſuum arbitrium ab actu peccati, conſiderando diuinam iuſtitiam damnantẽ reprobos, & conuertat ipſũ ad obediendum deo, & diligendum deum conſideratione miſericordiæ,qua ſaluat electos ex primo enim generatur,timor,ex ſecũdo ſpes,& hoc faciendo facit quod in ſe eſt. Sed forte dicet Lutherus,hoc facere quod in ſe eſt, præſupponit liberum arbitrium; Sed hoc non datur,ergo nullus poteſt facere quod in ſe eſt,reſpondeo, quod in concluſionibus ſequentis tractatus Deo optimo auxiliante apertiſſime demonſtrabitur liberum arbitrium de neceſſitate dari &c.

Quid ſit facere ꝙ in ſe eſt apud fidelem.

Obiectio.

Poteſt etiam breuius dici, quod infidelis facit quod in ſe eſt, dum arbitrium ſuum conformat rationi,ac toto corde petit, ac quærit illuminari ad cognoſcendum ueritatem,iuſtitiam,& bonũ. Exemplo Cornelij Centurionis actuum. 10. Fidelis uero facit quod in ſe eſt,ſi ſecundum regulam fidei deteſtatur peccatum.proponẽs in omnibus obedire deo,& eius præcepta ſeruare,peccatum.n.deteſtando remouet obicem,uolẽs autem deo tanq̃ ſummo bono obedire propter ipſum deum,habet bonum motum in deum, & ſic patet minor quod.ſ.remouens obicẽ, & habens bonũ affectũ in deũ,facit qđ in ſe eſt quare &c.

Actuũ. 10.

Facere qđ in ſe eſt quid ſit breuiter.

Aliud perpulchrum quęſitum.

POteſt inſuper aliquis quęrere,an deus neceſſario det gratiam facienti quod in ſe eſt. Reſpõdetur per duplicem diſtinctionem, quoniam neceſſitas

Neceſſitas coactionis Immutabilis

neceſſitas dupliciter ſumitur.ſ.pro neceſſitate co actionis,uel pro neceſſitate immutabilitatis, uel poteſt poni alia diſtinctio.Eſt.n.neceſſitas ſimpliciter dicta, ſeu abſoluta, cuius oppoſitum includit contradictionem, & eſt neceſſitas ex conditione ſeu ſuppoſitione. Tunc dicitur,quod deus dat gratiam facienti quod in ſe eſt,neceſſitate immutabilitatis, & ex ſuppoſitione, quia diſpoſuit deus dare immutabiliter gratiam facienti qđ in ſe eſt,ut ſupra dictum eſt.Illa ergo ordinatione ſtante, & ſuppoſitione, non poteſt non dare gratiam facienti quod in ſe eſt,quia tunc eſſet mutabilis.Sic prædeſtinatus non poteſt non ſaluari in ſenſu compoſito.ſ.ex ſuppoſitione, quia impoſſibile eſt prædeſtinatum non ſaluari, ſtāte ſua prædeſtinatione,licet in ſenſu diuiſo.i.ſimpliciter, & abſolute hæc ſit uera,qui prædeſtinatus eſt, poteſt non ſaluari,quia poteſt non eſſe prædeſtinatus,cum prædeſtinatio cuiuſcunq; ſit cōtingens, ſic omnis ordinatio dei ad extra eſt contingens. Vnde hæc conſequentia eſt neceſſaria. Albertus eſt prædeſtinatus,igitur,Albertus ſaluabitur, Licet tā antecedens q̃ conſequens ſit contingens. Quapropter eodem modo ſequitur, Albertus facit quod in ſe eſt, ergo deus dat ei gratiam, licet ut dictum eſt, tam antecedens q̃ conſequens ſit contingens,ſic ergo neceſſarium eſt ex ſuppoſitione deum dare facienti ꝙ in ſe eſt gratiam, quia hęc conditionalis eſt neceſſaria. Si homo facit ꝙ in ſe eſt, deus dat gratiam. Non autem neceſſario ſimpliciter,neq; coactus,dat gratiam facienti quod in ſe eſt, quia illa neceſſitas non cadit in deum,reſpectu cuiuſcunq; creaturę, Sed obijciunt Lutherani dicentes, impoſſibilę eſt ho-

Neceſſitas abſoluta conditionata.

Obiectio Luther.

minem facere quod in ſe eſt, quia facere quod in ſe eſt, eſt remouere obicem & impedimentum gratiæ. Obex autem gratiæ eſt peccatum mortale, ſed nullus homo poteſt de ſe peccatum ſuum remouere, cum ſolus deus remittat peccata. igitur nullus homo poteſt facere quod in ſe eſt. Reſpondetur, quod obex gratię, quandoq; dicitur peccatum mortale, quantum ad reatum, quandoq; dicitur peccatum mortale quantum ad actum interiorem & exteriorem, qui eſt conſenſus & complacentia peccati.

Reſponſio catholica.

Primum remouere nõ poteſt homo, quia peccatum quo ad reatum non remouetur, niſi per peccati ueniam, quod ſolius dei eſt, qui tamen paratus eſt remittere facienti quod in ſe eſt. Obicem uero ſecundo modo dictum poteſt remouere peccator, quia poteſt ceſſare a conſenſu & actu peccandi, immo odire peccatum, & uelle nõ peccare, & de hoc obice intelligenda ſunt dicta ſuperius, in quintæ concluſinis probatione &c.

Hic clarius loqtur auctor.

Vel ut idem clarius dicam, de eodemq; uos certiores faciam. Duplex eſt obex, uel obſtaculũ ſeu impedimentum gratię gratum faciẽtis, quod idem eſt. ſ. mortale crimen, & actualis conſenſus peccati, ſeu complacentia & perſeuerãtia in illo. Remouere autem primum obicem, aut obſtaculum, ſeu impedimentum, quod in idem reddit, in hominis non eſt poteſtate, quia ſolius dei eſt remittere peccata. Secundum uero obicem & diuinæ gratiæ impedimentum poteſt homo remouere, diſcedendo a perſeuerantia, & complacentia peccandi. Pariterq; ab actu & conſenſu peccati. Quid eſt. n. obicem remouere, niſi peccata deteſtari, ac per ueram cordis contritionem do-

Obicẽ remouere quid ſit.

lere de cõmiſſis cum firmo non amplius peccãdi ꝓpoſito? facere autem quod in ſe eſt, prçter hoc, addit bonũ motum in deum .ſ. uelle in omnibus deo obedire, eiuſque obſeruare mãdata, tunc ſtatim deus, qui nunquam deeſt facienti quod in ſe eſt, ei remittit peccata nouam infundẽdo gratiã, non ſiquidem coactionis, uel abſoluta neceſſitate, ſed cõditionata quippe & immutabilitatis neceſſitate, prout dictum eſt ſupra, quare &c.

Quid facere quod in ſe eſt.

Sexta Concluſio.

Licet nullus uiator poſſit alteri mereri primam gratiam, beatitudinem, ſiue gloriam directe, nec aliquem eius gradum. Poteſt tamen homo ſaltẽ indirecte, uel aliquomodo alteri mereri primam gratiam, & augmentum eius, necnon &c. dona gratiæ gratis datæ.

Prima pars concluſionis probatur, quia beatitudo reſpondet tantum gratiæ et operibus proprijs, ei qui beatificatur, & non gratiæ alterius, nec alienis operibus dempto merito Chriſti, qui omnibus meruit gratiam (& nota ꝙ de beatitudine eſſentiali loquitur cõcluſio) dicit.n. ſcriptura Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſ; propria corporis, prout geſſit ſiue bonum ſiue malum. 2. Corin. 5

Item ad Corinth. ait Pau. Vnuſquiſ; propriã mercedem accipiat ſecundum ſuum laborem. 1. Corin. 3.

Præterea idẽ Apoſtolus ad Ro. inquit. Vnuſquiſ; pro ſe rationem reddet deo. Rom. 14.

Proinde ad Gala. iterum dicit, Quæ ſeminauerit homo hæc & metet, & ibidẽ unuſquiſ; onus ſuum portabit. Gal. 6.

Item ex merito alicuius ſancti non confertur gratia peccatori directe, & ex debito iuſtitiæ, eo

ꝙ nihil deus debet peccatori niſi pœnā, nec illud debet ſancto orāti, quia pollicitus eſt deus exaudire orationes ſanctorum, pro ſe non pro alĳs, poteſt.n multipliciter impediri pro alĳs orans.

Secunda pars concluſionis probatur, per illud
Matth. 9. Matth. Videns Ieſus fidem illorum dixit paralitico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, unde gloſa. Penſate fratres quantū ualet apud deū fides propria, cum tantum ualuit fides aliena, ut hominem ſanaret in anima & corpore. Non autem ſanatur in anima, niſi per gratiā, Sic beatus Pau. creditur conuerſus orationibus ſancti Stephani, & beatus Auguſtinus orationibus matris ſuæ, necnon & populus Iſrael multoties conuerſus ad deum, & a flagellis liberatus orationibus Moſi ſerui dei, et ſic de alĳs, de quibus clare exempla habemus in ſcripturis, & eodem modo poteſt probari, quod unus poteſt alteri mereri augmentum gratiæ, & cætera dona gratiæ gratis datæ, quia ſi poteſt alteri impetrare gratiam quod maius eſt, ergo etiam augmētum gratiæ, &c. dona, quod minus eſt. Sed hæc altera pars concluſionis clarius, & fortius demonſtrabitur, in libro de orationibus ſanctorum, contra impia Lutheranorum dogmata &c.

Compendium reſolutum totius materiæ. De fide & operibus.

TRia Prçcipue ſunt nobis neceſſaria ad ſalutē, ſcilicet gratia quç a ſolo deo eſt, inde opera bona quæ ex libera hominis, uoluntate eliciuntur quorum præſtantiſſimum opus eſt charitas, Deinde fides quç a deo eſt, pariter et ab homine
Rom. 10. Cum.n. dicit Apoſtolus fides ex auditu autem per uerbum dei denotat fidem eſſe ab homine

Cum autem Petrus clamat Domine adauge no- *Luc.17.*
bis fidem innuit augmentum fidei eſſe a deo non
extenſiue ſed intẽſiue quo ad maiorem ipſius fir-
mitatem, & ſi dicis Apoſtolus alibi oſtendit fi- *1.Cor. 12.*
dem eſſe donum dei ergo a ſolo deo eſt, Reſpon-
deo quod ibi nõ loquitur de fide neceſſaria ad cre
dendum, ſed de fide ad miracula faciendum quæ
eſt donum dei ſicut eſt donum ſapientiæ & ſcien
tię, & aliarum gratiarũ quæ gratis dãtur. Quod
autem gratia ſit nobis neceſſaria ad ſalutem, Li-
quet plurimis ſcripturarum teſtimonijs. Ait.n. *Ioan. 15.*
Chriſtus, Sine me.i.ſine gratia mea nihil poteſtis
facere, Et rurſus, Nemo uenit ad me niſi pater me
us gratia ſua traxerit eum, Et Paulus ad Corint. *Io. 6.*
Gratia dei ſum id quod ſum, & alio in loco, Gra- *1. Cor. 15.*
tia dei uita ęterna, De fide etiam liquet quoniam *Rom.6.*
Apoſtolus ait, Sine fide impoſſibile eſt placere *Hebre.11.*
deo &c. Et ibidem, fides eſt ſubſtãtia rerum ſpe- *Rom. 1.*
rãdarum, Rurſus iuſtus ex fide uiuit, Et Chriſtus *Abachu.2.*
in Euangelio, Qui non credit iam iudicatus eſt, *Io.3.*
Itaq; alibi concludit, Qui crediderit & baptizã- *Mar. 16.*
tus fuerit ſaluus erit, De opibus uero bonis qua-
liter illa ſint nobis neceſſaria ad ſalutẽ ſatis abun
de dictum eſt ſupra, Quamobrem Petrus in Epi- *2. Pet.1.*
ſtola canonica ait Satagite, ut ꝑ bona opera ue-
ſtra certam ueſtram uocationem & electionem
faciatis &c. Non ergo fides aut gratia ſola nec
tantum opera bona iuſtificant hominem ſed hęc
omnia ſimul neceſſaria ſunt ad ſalutem. Et ſi di-
cas Apoſtolus ait Gratia dei uita æterna, ſi igitur *Rom. 10.*
ex gratia iam nõ ex operibus alioquin gratia nõ
eſſet gratia, Reſpõdeo q̃ ille idem ait Vnuſquiſq; *1.Cor.3.*
propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum la
borem, Itaq; dicendum eſt q̃ prima cauſa ſalutis

noſtræ eſt gratia,ſed cum homo habet illam non debet ſe ocio tradere, potius in uinea domini bo
Pulchrum exemplū. na operari,Nam ſi princeps quiſpiā diceret pau‑ peri mendico, accipe hos mille aureos, uade ne‑ gociari pro te & me ille autem negociando quā plures alios lucraretur,adeo ut efficeretur diues. Quęnam fuit cauſa illarū diuitiarum? Clare enim conſtat ꝙ radix & fundamentum,ac prima cau‑ ſa illius lucri fuit pecunia a principe data, Tota‑ lis autem cauſa minime dicenda eſt,quoniam ad denda eſt alia ſecunda cauſa,uidelicet negocian‑ tis induſtria qui non abſcondit pecuniam domi‑
Matt. 25. ni ſui,ſed ad inſtar boni ſerui ait, Domine multa talenta tradidiſti mihi, ecce quam plura alia ſu‑ perlucratus ſum &c. Radix igitur & fundamen‑ tum noſtre ſalutis, quo inſuper Iacob omnium electorum figura in illa æternitate prædeſtinatus eſt,fuit diuina gratia, illum autem prædeſtinatio nis finem nūquam aſſequi potuiſſet, ſine fide & operibus bonis,itaq; tria hæc neceſſaria ſunt ad ſalutem, Gratia.n.ſeu fides ſemotis quibuſcunq; operibus bonis eſt unum extremum Lutherano‑
Duo extrema uitioſe. rum,opera uero ſine gratia & fide,eſt aliud extre mum pellagianorum,& phariſeorum, ſed omne extremum eſt uitioſum, ſumendum eſt igitur me dium in quo omnis uirtus adeſt, quod eſt gratia fidei una cum operibus bonis, quibus homo fa‑
Aliud exēplum. cilius ſuum finē conſequi ualet, Quod autem ope ra non ualeant ſine gratia exemplo patet,Nam ſi pater quiſpiam haberet duos filios & iuniori par uulo præciperet,ut ferat ſarcinam,ille autem non ualens,clamet non poſſum,At pater iratus dicat uolo omnino ut feras ſarcinam ſine mora, Quid ageret paruulus ille? profecto plorās ſtaret, quia

tale pondus ferre non poteſt ſed frater maior ui dens impotentiam iunioris fratris porrigit brachium, & adiuuat, fertq; ei auxilium (quo dato) paruulus Igtus fert ſarcinam, Ita deus pater præcipit nobis ut bona operemur, obediamus ei, Diligamus deum & proximum, eius præcepta cuſtodiamus, Homo autem ſuis uiribus, talia efficere non ualet, deus uero uult, ſed homo clamat, Emitte manum tuam de alto, At Chriſtus qui eſt frater noſter maior, & primo genitus in multis fratribus adiuuat nos porrigens dextram gratiæ ſuæ. Quamobrē opera bona ſine gratia a nobis exequi minime poſſunt ideo &c. Ro. 8.

De libero arbitrio ſecunda acutiſſima Diſputatio, Concluſio. Prima.

LIberum arbitrium neceſſario dari tam ad bonum quam ad malum, eſſeq; cuilibet homini connaturale omnino aſſerimus, quare falſa ſunt illa Stoicorū dicta, omnia de neceſſitate eueniūt, certaque ſtant omnia lege, quę Lutherani eſſe uera impie fatentur.

Demonſtratio euidentiſſimis rationibus libero arbitrio, tota hæc concluſio redditur uera, idcirco pro eius declaratione, ac concluſionis probatione, primo ſciendum eſt, quod aliter de libero arbitrio locuti ſunt philoſophi, & naturales, et aliter locuti ſunt Theologi, & ſancti, nam philoſophi loquuntur de libero arbitrio, prout diſtinguitur contra principium naturale, quia tripliciter eſt agere ſecundum philoſophos, ſcilicet agere libere, quæ eſt actio uoluntatis, agere naturaliter, quæ eſt actio ignis calefacientis, & agere uiolenter, quæ eſt actio lapidis proiecti ſurſum, ut habet philoſophus. 2. phiſicorū, ubi diſtinguit

principium actiuum in naturam & intellectum, per intellectum intelligit uoluntatem ſiue liberũ arbitrium. hoc eſt animam intellectiuam, reſpectu illius actus, quem habet in ſua poteſtate, & ibidem, cum diuidit agens ſecundum propoſitũ, & non ſecundum propoſitum, per agens ſecundum propoſitum intelligit, agens liberum, ſeu uoluntatem, per agens non ſecundum propoſitum intelligit naturam, ſeu potentiam irrationalem. Vnde potentia libera, ut diſtinguitur contra naturalem, ſecundum philoſophos eſt potentia indifferens ad oppoſita. i. quæ ad productionem alicuius effectus, omnibus poſitis, & eodem modo ſe habẽtibus, nullo uariato ex parte ſui uel alterius habet in poteſtate ſua, ita non producere ſicut producere, ita ꝙ natura ſua ad neutrum determinatur, & talis potentia, dicitur contingenter & libere productiua. Potentia uero naturalis oppoſito modo deſcribitur, eſt potentia ad unum oppoſitorum determinata, quæ non habet in poteſtate ſua utrunq; oppoſitorum, & talis agit neceſſario. i. poſitis omnibus requiſitis ad productionem effectus, non poteſt non producere. Ex quo ſequitur, ꝙ nulla cauſa reſpectu eiuſdem effectus eſt libera. & naturalis, quia implicat, Secundo ſequitur, ꝙ cauſa reſpectu unius effectus, poteſt eſſe libera, & eadem reſpectu alterius erit naturalis, patet de anima rationali, quæ reſpectu actus uolendi eſt libera, & eadem reſpectu intellectus eſt naturalis, ex quo tertio ſequitur, quod ſola humana uoluntas eſt libera.

Quid potentia naturalis.

Correla. 1.

Corre. 2.

Corre. 3.

Theologi uero, & ſancti ſcriptores loquũtur de libertate, quandoq; .n. accipiunt libertatem, prout diſtinguitur contra coactionem, ita quod

potentia dicitur producere libere, quando non producit coacte: quia ꝓducere ui uel coacte eſt producere cõtra ſuum uelle, ſicut dicimus, quod mercatores quãdo proiiciunt merces in mari, nõ proiiciunt eas ui. hoc eſt contra eorum uelle, immo proiiciunt libere, prout libertas diſtinguitur contra uim, & talis libertas, non diſtinguitur cõtra principium neceſſarium, quia ſtat, quod aliquod agens agat neceſſario, & etiam agat libere iſto modo capiendo libertatem, quia deus uult ſeipſum eſſe libere: & etiam neceſſario, non neceſſitate coacta, quia a nullo cogi poteſt, ſed neceſſitate immutabilitatis, quia ſic deus immutabiliter ab æterno ordinauit. Eodem etiam modo dicitur quod pater in diuinis generat filium libere & neceſſario. Neceſſitas autem coacta ſemper repugnat libertati arbitrij, non autem neceſſitas immutabilitatis, unde liberũ, idem eſt quod uoluntarium, & iſto modo libere producitur, quicquid producitur a uoluntate, quare ſi uoluntas produceret aliquem actum etiam neceſſario, uoluntarie & libere produceret, non autem contingenter, & hæc libertas a coactione cõuenit deo, angelis, & hominibus ſicut uoluntas conuenit illis uniuoce. Alio modo accipitur libertas prout opponitur ſeruituti, per quam qs alteri ſubiicitur, de qua Pau. ad Cor. 7. ait Seruus uocatus es, non ſit tibi curæ, ſed & ſi poteſt fieri liber magis ute re. & ſic ſecundum multiplicem ſeruitutem, poteſt poni multiplex oppoſita libertas, & quia duplex eſt ſeruitus ſecundum Theologos. ſ. ſeruitus culpæ, & ſeruitus miſeriæ, ita duplex erit oppoſita libertas. ſ. libertas a culpa, & a miſeria, ſeu a pœna: & hæc libertas conuenit tantummodo deo, Corrint. 7.

& beatis, de qua libertate loquitur Aug. prout recitat Magiſter.2.ſent. Multo liberius erit arbitrium, quod omnino non poteſt ſeruire peccato. uiatores uero tãto ſunt liberiores, quanto magis

Ro 6. culpæ, & penæ ſunt immunes, ut patet Ro. 6. Liberati a peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Damnati uero carent utraq; libertate, unde diuiditur libertas in libertatem naturę, & libertatem gratię, & gloriæ, libertas namq; naturæ eſt libertas a coactione, libertas gratiæ eſt libertas a culpa, libertas gloriæ eſt libertas a miſeria. Prima conuenit deo, & cuilibet creaturæ habenti uoluntatem liberam altera conuenit omnibus exiſtentibus in gratia tertia conuenit tantummodo beatis. ſed de iſtis tribus modis libertatis, non ſumus dicturi in pręſenti tractatu: ideo tantum dicta ſufficiãt.

De libertate in propoſito capta. Alia ſiquidem eſt libertas, quæ opponitur neceſſitati non tantum coactionis, ſed etiam immutabilitatis, & hæc dicitur libertas contradictionis, ſeu contingentiæ, & hæc eſt principium meriti, demeriti, quia per hanc libertatem poſſumus peccare & non peccare, uelle & non uelle, tam bonum, q̃ malum, & per conſequens mereri & demereri. Mereri tamen mediante diuina gratia, & hæc libertas conuenit tantummodo uiatoribus, qui ſunt in ſtatu peccandi, & non peccandi, merendi & demerendi, et ſecundum hæc ſignificata libertatis, uariæ aſſignantur libero arbitrio diffinitiones, uarieq; allegantur ſanctorum authoritates. At quia de illa libertate, quæ conuenit uiatoribus ſumus tantum dicturi in præſentiarum,

Liberum arbitrium quid ſit. ideo dimiſſis alijs diffinitionibus ſanctorum ponitur diffinitio Diui Auguſtini quã Magiſter recitat. 2. ſen. Diſ. 25. quæ talis eſt. Liberum arbi-

trium. eſt facultas rationis, et uoluntatis, qua bonum eligitur gratia aſſiſtente, uel malum ea deſiſtente, quæ ſecundum Magiſtrum datur de libero arbitrio uiatorum tantum, & dicitur liberum quantum ad uoluntatem quę poteſt in oppoſita & dicitur arbitrium, quantum ad rationem diſcernentem bonum & malum, ex qua diffinitione elicitur quod liberum arbitrium non eſt aliud quam intellectus & uoluntas ſimul, ut patet etiã ex ui uocabuli. Nam dicitur liber arbitrio ut per arbitriũ intelligatur intellectus rationalis, tanquã iudex dictãs uoluntati aliquod eſſe faciendũ uel nõ faciendum, & per liberũ intelligatur uolũtas, quę eſt libera ad illud uolendum uel nõ uolendũ, & ſic liber arbitrio poteſt etiam aliter diffiniri. ſ. liber arbitrio eſt intellectus & uoluntas, quæ eſt eadem anima dictans aliquod eſſe faciẽdum, uel non faciendum, & illud poſſe facere & poſſe nõ facere, quia intellectus practicus multotiens, & fere ſemper (ut diximus) dictat uoluntati multa bona facienda, puta hodie eſſe ieiunandum, uel audiendam miſſam, uel obſeruanda pręcepta de in poteſtate autem uoluntatis eſt uelle hodie ieiunare, uel nõ ieiunare, & ſic uelle audire miſſam, uel non audire, pariterq; in poteſtate uoluntatis eſt imperare corpori, & partibus eius, ut moueãtur ad ſua perficienda mandata, niſi aliunde impediantur, uelle autem & nomine eius nunquã poſſunt impediri. Et hoc ſiquidem liberum arbitriũ, in cuius poteſtate eſt elicere bonum, uel malum et utrumlibet ſecundum electionem facere uel dimittere, ac inſuper in ſua eſt libertate apetituq; moueri ad ea, quæ bona uel mala indicat ratio, talisq; libertas non conuenit deo, neq; damnatis

Aliter diſfinitur.

neq; beatis,ſed tantummodo uiatoribus. His er go ſic declaratis,probatur concluſio.ſ.quod neceſſario datur liberum arbitrium, tam ad bonũ, q̃ ad malum.

Primo rationibus.deinde ſacrarum ſcripturam teſtimonĳs.

Prima pro libero arbi.ratio demonſtratiua.

Prima rõ. Mirabile & fortiſſimũ primæ rõis ,undamentum.

SEd pro fundamẽto huius primæ rationis,ſupponatur unum,quod eſt ueriſſimum in natura.ſ.quod omnes rerum ſubſtantiæ quandam naturalem proprietatem habent a deo,urnaturale ab illo,cuius eſt proprium,nulla ui, etiam diuina ſeiungi poſſet,niſi illud idem perimatur, & licet rei ſubſtantiá intelligi poſſit nõ intellecto,quod ſibi proprium eſt. Nulla tamen uirtus,excogitare poteſt rem actu eſſe abſq; eo quod ſibi ꝓpriũ eſt,congenitum,& connaturale, Exempli cauſa, ſol lucem habet,quæ ſibi congenita eſt, uel concreata,& cõnaturalis,& uſq; adeo eſt eadem ſibi:quod deus non poſſet a ſole lumen ſeiungere, niſi ſolem deſtrueret.Pariter plumbum grauitatẽ habet ſibi connaturalem & congenitam, quod licet poſſit intellectus plumbi naturam intelligere,non cogitando de eius grauitate. Nullus tamẽ ſanus intellectus intelligere poteſt,plumbum exiſtere denudatum a ſua congenita grauitate, & quod dictum eſt de ſole & plumbo, ita dici poteſt de una quaq; rei ſubſtantia,& eius proprio, ſicut de igne, a quo connaturalis eius caliditas per nullam potentiam ſeparari poteſt, niſi ignis corrumpatur. Impoſſibile eſt.ſ.ignem eſſe,et nõ habere caliditatem,et aquam exiſtere ſine humiditate,quemadmodum hominem eſſe,& non eſſe riſibilem,non eſt poſſibile, eo quod riſibilitas

cum ſit propria paſſio hominis, ab ipſo ſeparari nequit, & ſi hoc accidit in una quaq; ſubſtantia corporea, uerius id exiſtimandum eſt de re perfectiori.ſ.de rationali anima, quæ tota perfectione præferenda eſt cunctis corporeis rebus, pariter & de mentibus angelicis: quæ omnia uolens deus creare, licet potuerit non creare. tamen nõ potuit ea producere, ſine ſuis proprijs congenitis & connaturalibus proprietatibus. Et ſi non potuit aliquam naturam facere ſine ſua naturali ꝓprietate. Minus potuit eã formare ſine partibus ſuis eſſentialibus ex quibus conſtat talis natura. Quis.n.recte diceret, quod deus poſſet facere hominem eſſe hominem, & non habere animam rationalem? aut unam animam rationalem creare ſine intellectu, memoria, & uoluntate? & ſi hoc deus nequit facere, non propter ſuam impotentiam, ſed quia repugnat creaturæ ſic produci, ac etiam taliter eſſe, contradictionem quoq; implicat hominem eſſe, & non eſſe animal rationale. Vires nempe eſſentiales animę rationalis tres ſũt intellectus ſ.memoria, & uoluntas. Harum autẽ trium animæ uirium, quælibet ſuam habet congenitam proprietatem. Si ergo non potuit deus animam rationalem creare, abſq; intellectu, memoria, & uoluntate, neq; iſtas animæ uires facere potuit, ut ocioſe eſſent ſine ſuis congenitis proprietatibus. Multæ autem ſunt intellectus proprietates.ſ.res ſimplices appræhẽdere, iudicare, credere, opinari, ſcire, diuidere, componere, ratiocinari, & alia id genus, ſine quibus intellectus eſſe non poteſt. Quis n.imaginari poſſet unum intellectum eſſe intellectũ, ſine huiuſmodi proprietatibus.

Proprietates intellectus inſeparabiles. Primo igitur poteſt intellectus ex ſui natura deprahendere ſimplicia, hoc eſt ſimplices terminos uniuſcuiuſq; diſcipline, cum autem intellectus terminos deprahendit, ſimul et eorum ſignificata intelligit. Dummodo intelligibilia ſint, etiam denudatus a ſenſibus corporeis, quod ſenſus nequit facere abſque corporeis cōditionibus. Poteſt etiam intellectus ex dictionibus ſimplicibus iam cognitis conſtituere orationem, Exempli cauſa, deus eſt infinitus, ualet etiã intellectus diuidere, itidem & comparare rem cognitam, ad alteram rem cognitam. Poteſt denique diſcurrere, ab uno ad reliquum, & per huiuſmodi diſcurſum, illud diſtincte ſcire poteſt, quod ante diſcurſum ignorabat. Interdum autem, ratiocinatur a ſenſibilibus ad ſenſibilia, nonnunq̃ uero a ſenſibilibus, ad intelligibilia ſeu incorporea. Vnde ex naturali quadam ſua ratiocinatione, poteſt attingere notitiam multarum rerum, & ſuo proprio diſcurſu, & deum, & quamplures eius proprietates poteſt perfecte agnoſcere, ut infra clarius patebit, in ſecundæ concluſionis probatione.

De memoria et eius ꝓprietate. Sed quod dictum eſt de intellectu, & eius inſeparabilibus proprietatibus, pariter dicendum eſt de memoria cuius proprium eſt reminiſcẽtia, ſeu recordatio, reminiſcentia nempe eſt cognitio, uel cogitatio ipſius reminiſcentis, de aliquo actu præterito, ſeu de aliqua re uiſa & cognita. Exempli cauſa: Quis.n. ſemel cognouit Carolum Imperatorem, ex cuius uiſione, & cognitione, cauſata eſt quędam naturalis ſimilitudo, et imago ipſius Imperatoris, quæ quidẽ ſimilitudo derelicta eſt per actum cognoſcendi rem illam, in uirtute memoratiua. Virtus autem recordatiua recipit in ſe,

& conſeruat Imperatoris imaginem, quæ etiam illius ſpecies uel ſimilitudo dici poteſt. Cum autem ſit recordatio, memoria reſpicit illum actum uel ſpeciem, ſeu naturalem ſimilitudinem, uel imaginem. Quæ etiam notitia abſtractiua appellatur cauſata a notitia intuitiua Imperatoris, & licet Imperator ſit mortuus uel abſens, preſens eſt tamen ille memoriæ ſecundum ſuam ſimilitudinem, ſpeciē, ſeu imaginem, quæ illū repræſentat.

Sed eſt notandum quod duplex eſt memoria ſenſitiua. ſ. & intellectiua, ſenſitiua eſt in brutis, & etiam in hominibus dum per notitiam ſenſitiuam recordantur, intellectiua autem eſt tantum in hominibus, intellectus. n. recordari poteſt omnium intellectionum, & uolitionum ſuarum, quæ non cadunt ſub ſenſu. Licet igitur corrumpatur memoria ſenſitiua, quando anima a corpore ſeparatur, non tamen corrumpitur uirtus intellectiua, quia immortalis eſt, & ſuapte natura poteſt recordari, de omnibus quæ uel mediantibus ſenſibus, uel ſua uirtute cognouit, quæ etiam a corpore ſoluta, poteſt cognoſcere actus ſuos præteritos, & omnium rerum ſpecies prius cognitarū, tam ſenſibilium, quam inſenſibilium, & quod uerum ſit per clarum teſtimoniū habemus Lucas. 16 de anima Abrahæ, quæ intellexit petitionem diuitis epulonis, & dixit ei, recordare fili &c. & ibi commemorat legem Moyſi, & Prophetarum, de quibus non potuiſſet mentionem facere, niſi habuiſſet memoriam eorum. Similiter epulo memoriam habuit omnium operum ſuorum, qui fuerunt ſub ſenſibus, unde nouit, quod eius fratres in mūdo exiſtentes ipſius exempla ſequerentur, & pariter damnarētur. Ex iſtis igitur om

Memoria ſenſitiua & intellectiua.

Luc. 16.

quodcunq;.n. ſubſtantiale, et proprium eſt alicui ſubſtantiæ, non poteſt ab illa ſeparari, abſq; corruptione ſuæ naturæ, ſed intellectus, memoria, et uoluntas, ſunt uires eſſentiales, & potentiæ propriæ animæ rationalis, ergo non poſſunt ab illa ſeparari, abſq; corruptione ſuæ naturæ. Veritas maioris, & minoris euidenditiſſime patet ex ſupradictis, forma argumenti eſt in tertio modo primę figuræ, ideo contra Lutherũ ratio cõcludit, &c. *Augu. pro uoluntatis libertate in forma.*

Item a ſimili, omne quod eſt eſſentiale, & proprium intellectui, ſeu potentiæ intellectiuæ, nequit ſeparari ab illo ſemota corruptione ſuæ naturæ, ſed poſſe ſimplicia appræhendere, ex quibus componere, uel diuidere poteſt orationem, itidem, & res ſibi notas comparare, paritercq; ab una ad aliam diſcurrere, & per diſcurſum cognoſcere deum, & ipſum eſſe infiniti uigoris, ac multa alia, ut infra declarabitur, eſt eſſentiale, & proprium intellectus, ergo ab ipſo non poteſt ſeparari, abſq; corruptione ſuæ naturæ, conſequentia patet, ueritas maioris, & minoris liquet recte intelligenti quæ ſupra dicta ſunt, ideo &c. *2. argu. de intellectu et eius proprietatib. in forma.*

Præterea etiam a ſimili arguo, quicquid eſt eſſentiale & proprium memoriæ, non poteſt ab ipſa ſeparari &c. Sed reminiſci ſeu recordari, uel memorari per ſenſum, uel intellectum, de rebus præteritis ſenſibilibus, uel intelligibilibus, eſt proprium & eſſentiale ipſi memoriæ, ergo ab ipſa nullatenus ſeiungi poteſt &c. Amplius per eandem rationem & magis in propoſito pro uoluntate ſic inſto, Quicquid eſt proprium & eſſentiale uoluntati rationali, per nullam potentiam poteſt ab illa ſeparari, abſq; corruptione ſuæ naturæ, ut dictum eſt. Sed habere libertatem ad oppo *Tertiũ argumentũ pro memoria et eius ꝓprietate.* *De uoluntate cõcluditur propoſitum.*

ſitos actus .ſ. uelle & nolle. Idem & ad oppoſita obiecta, & demum ad producendum oppoſitos effectus, eſt quoddam proprium, & eſſentiale ipſi uolũtati, ergo talis libertas per nullam potentiam poteſt ſeparari ab ipſa uoluntate, ſine deſtructione ſuæ naturæ, & ſic euidenter patet (his rationibus) de facto, immo neceſſario dari liberũ
Corelariũ. arbitrium cuius oppoſitum tenet Lutheranorũ ſchola, Et ex his liquet, qđ aĩa quãdiu eſt ſemper habet has ꝓprietates, aliter .n. corrũperetur ipſius animæ natura, ubicunq; ſit, ergo anima, ſiue corpori alligata, ſiue a corporeis uinculis abſoluta fuerit; quæ ſibi peculiaria, & propria ſunt, ſemper habet ſecum, interq; potiſſimum eſt libertas, quare &c.

Obijciunt hæretici.

SEd forte dicent Lutherani, ergo damnati poſſunt uelle bonum, & beati poſſunt uelle malum; & ſi omnium recordantur, poſſunt triſtari de peccatis commiſſis, ſed quid abſurdius? igitur nec beati malum, nec damnati bonum uelle poſſunt, quomodo ergo habent liberum arbitrium?

Reſponſio catholica.

PRo reſponſione iſtius obiectionis ſciendum eſt, quod triplex eſt bonum .ſ. meritoriũ, morale, & ex genere.

Bonum meritorium (loquendo de merito uitę æternæ) eſt opus a uoluntate libere elicitũ. & a deo ad pręmium beatificum acceptatum, & hoc bonum prærequirit gratiam gratum facientem, tanq̃ ſui principale principium.

Opus uero moraliter bonum, eſt opus a uoluntate libere elicitum, ſecundum dictamen rectæ rationis, & iſtud opus eſt uirtuoſum, ſecun-

dum quod philoſopus diffinit uirtutem.2.ethicorum. Elicitur.n. opus uirtutis, ſecundum quod ratio recte dictat, & ſecundum omnes circunſtantias requiſitas, ad tale opus, ſi.n. opus uel actus aliquis eliceretur conformiter dictamini rectę rationis, quantum ad omnes circunſtantias, non tamen, quia ratio ſic dictaſſet. Sed a caſu, uel propter delectationem, uel quia ſibi placuiſſet, illud non eſſet bonum morale, ſed tantum ex genere, & ſic patet triplex bonum. Bonum.ſ.meritoriū, quod elicitur mediante gratia gratum faciente, & bonum morale, quod ſecundum dictamen rectæ rationis elicitur, bonum quoq; ex genere, qđ cadit ſuper debitam materiam, ſeu quod elicitur ſecundum aliquas circunſtantias loci, uel temporis, aut ſorte dicitur abſolute, ſine omni circunſtātia, ſiue ſit conforme dictamini rectæ rationis ſiue non. Exemplum primi, ut elemoſyna facta ꝑpter deum, ab aliquo exiſtente in gratia. Exemplum ſecundi ut eleemoſyna facta pauperi indigenti, non propter deum, ſed quia recta ratio dictat, quod ſubueniēdum eſt miſeris. Exemplum tertij: ut eleemoſyna facta pauperi, non ſimpliciter propter deum, nec propter hoc, quod recta ratio dictet, ſed propter aliquod bonum utile, uel delectabile, ſeu propter incommodum aut periculum euitādum. Primum ergo eſt meritorium, ſecundum morale, tertium tantum eſt bonum ex genere, quia cadit ſuper materiam debitam, & hoc ſufficit. At quoniam ſeptentrionales, hæretici frigidi corpore, & frigidiores corde, abhorrent, ac deſpiciunt, derident, negantq; huiuſmodi diſtinctionem, de bono meritorio, morali, & ex genere, ideo hinc oſtendo eos confite-

Bonū meritorium morale ex genere.

Exempla bonorum operum.

ri oportere bonum morale, & ex conſequenti bo
Act. 10. num ex genere, per ea quæ habentur in Act. de Corne, centurione, qui licet ea fide, & charitate careret, de qua Chriſtiani Theologi agunt, nihilominus erat uir religioſus ac timens deum, cum omni domo ſua. faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans deum ſemper. Huius ergo bona operatio non poterat dici bonum meritorium, cum careret fide, et erat quippe gẽtilis, paritercꝫ carebat charebat charitate, erga Chriſtum quẽ nondum nouerat, ergo illius operatio bona, dicẽda erat bonum morale, quod bonum ex genere includit, patet etiam ex eo quod dixit ei angelus. Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderũt in memoriam in conſpectu dei, & paulo poſt Pet. loquens ait, In ueritate comperi, quia nõ eſt perſonarum acceptor deus, ſed in omni gente, qui timet eum. & operatur iuſtitiam acceptus eſt illi, igitur Cornelius timebat deum, & operabatur iuſtitiam, et ex conſequenti operabatur bonum nõ meritorie, quia fide & gratia carebat, ergo moraliter quare &c. Itẽ peccator poteſt facere, quod in ſe eſt, & ſe diſponere ad gratiæ ſuſceptionem ut in præcedenti tractatu probatum eſt, & infra efficatius probabitur, igitur operari bonum moraliter poteſt.

Alia obiectio.

SEd iterum obijciunt moderni hæretici in hoc ſequentes Gregorij Ariminenſis opinionem dicentes, ad quodlibet opus moraliter bonum, prẹter circunſtantias requiritur circuſtantia debiti finis ultimi, quę eſt principaliſſima, ſed quodlibet opus gentilium, & fidelium caret circunſtantia principaliſſima. ſ. ultimi finis, quia non fit præ-

Diſtinctione. 26. & 27. 2. ſententia.

cipue propter deũ neq; dirigitur ad ipſum, tanq̃ ultimum finem, ergo nullum tale eſt opus moraliter bonum.

Reſpondetur, q; non omnis defectus circunſtãtię, facit actum non bonũ moraliter. ſed effectus circunſtantiæ, neceſſario requiſitæ ad bonitatem moralem, nunc autem circunſtantia ultimi finis, in actu non requiritur, ad bonitatem moralem, hoc eſt non requiritur, q; actus bonus moraliter ſemper referatur actualiter in deum, qui eſt finis ultimus, quia aliquid citra deum eſt diligibile ꝓpter ſe, ut uirtus, ſanitas, & illud poteſt bene, & moraliter diligi, & propter ipſum aliquis actus elici, & non actualiter propter alium finem. Exẽpli gratia, aliquod bonum honeſtum puta uirtus poteſt amari nõ cogitato ultimo fine, & ita amari, & apeti propter ſe, poteſt inſuper. homo ſecũdum ſuum dictamen rectæ rationis honorare parentes, ſubuenire indigentibus & non finaliter ꝓpter deum, ut fecerunt multi Græci, & Romani, de quibus multa ſcribuntur a Tito Liuio, et a Valerio Plutar. & alijs, quę fuere de genere bonorũ, ſicut prædicamus Bruti fidelitatẽ, Marci Reguli conſtantiam, Mucij, & Pitagoræ paupertatem, Valerij publicolæ continentiam, Euripidis abſtinentiam, Tulij caſtitatem, Thaletis mileſii cõtemplationem, Socra. patientiam, Plato. ſapientiam, Oratij religionem, & aliorum philoſophorum, quamplurimos morales actus legimus feciſſe, & docuiſſe, de quibus licet opus nunc non ſit eorum recenſere geſta, tamen de illis multa legimus in hiſtorijs laudabilia atq; digna memoratu, operati ſunt ergo illi multa opera de bonorũ genere, circunſtantionata, ſecundum omnes cir-

nere. De bonitate uero morali dicendum eſt, q̄d licet damnati ex ſua natura poſſent habere actū uoluntatis moraliter bonum, illud.n.non eſt eis repugnans. Loquendo tamen de facto, fatēdum eſt eos nunq̄ habere actum uoluntatis moraliter bonum. Sed quod poſſint habere, ſic oſtenditur. Habent.n.damnati naturalia integra, & ex conſequenti naturaliter inclinātur ad bonum, omnia enim in ſe conſiderata, efficere poſſunt actum naturæ ſuæ conformē. Sed in malis angelis, & damnatis eſt uoluntas, quam concomitatur natiua quædam ad bonum inclinatio, ergo elicere poſſunt actum uoluntatis bonum, huic etiam fauet illud Eſaiæ, quod uermis eorum nunq̄ morietur. *Eſaie. 66.* Habere autem uermem, non eſt aliud in propoſito, quam triſtari de peccatis cōmiſſis, igitur damnati triſtantur de eorum peccatis commiſſis. Triſtari autem de peccato commiſſo, eſt actus aliquomodo in ſe bonus: & ibi ſiſtendo nulla eſt circunſtātia mala. Poſſunt etiam huiuſmodi actum elicere cum aliqua circunſtātia morali, & ita habere aliquam bonitatem moralem, ſi in bona circunſtantia manerent. Cum igitur habeant libertatem ſiſtēdi in actu aliquo bono, ſequitur quod damnati, quantum eſt ex ſe, poſſunt bene uelle, & non eſt neceſſe, quod ſemper habeant malam uolitionem (ut forte aliqui ſine ratione putant.) Probabile tamē uidetur (quod & ego ęquidem fateor) actus damnatorum eſſe ſemper moraliter malos, quia ſequuntur ſuam maliciam, & in ſuis actibus includunt odium dei, quare eorum actus ſunt ſemper moraliter mali, Illud autem non eſt propter penuriam libertatis. Sed quia maliciam malunt ſequi, quam natiua inclinationem, quia

elicere poſſunt actus bonos, & licet uoluntas libera ſit, & ad bonum ex ſua natura inclinetur, poteſt tamen ita ſe ad maliciam flectere, ut ſemper exeat in actum maliciæ, de bono uero meritorio, claret quod nulli damnatorum poſſunt elicere actus meritorios ex ſui arbitrij libertate, cũ in perpetuum careant dei gratia, quam etiam nec deus dare poteſt de lege ſua ordinata, ſecus eſt de lege abſoluta, damnati igitur non poſſunt habere gratiam, non quod gratia ipſis repugnet ex natura eorũ, ſuapte.n.natura capaces ſunt gratiæ. Sed ea de re non poſſunt habere eam, quia deus (ſtante ſuo ordine) non poteſt ſuam gratiam conferre damnatis. Licet eam abſolute poſſit illis dare, at deus ſuum ordinem non trãſgreditur. Dei autem

Eſaiæ. 66. ordinem de damnatis expreſſit Eſaias.d. Ignis eorum non extinguetur, & uermis eorum nunquã

Matth. 23. morietur, & Matth. Ibunt ij in ſupplicium æternum, iuſti autem in uitam æternam. Ex quibus conſtat nunq̃ deum daturum eſſe gratiam damnatis, uel pœnam beatis, & ideo damnati efficere nequæunt bonum meritorium.

correlariũ. Ex his igitur omnibus ſupradictis tandem cõcludimus, damnatos non ſemper cogi ad male uolendum. ſed habent libertatem habendi: & frequenter habent actum ex genere, necnon poſſent etiam bene agere moraliter; ſi uelent agere ſimpliciter, inſequẽtes inclinationem naturalem, deponentes malitiam, cui fixi ſunt, & iniiciũtur ſemper, & ſi damnati poſſunt non agere malum, & ſæpe agere bonum, ſaltem ex genere. Multo magis homo in uita mortali poteſt non agere malũ, immo operari bonum, cui deus nunq̃ deeſt.

Beati ſunt Beati pariter habent libertatem naturalem, ſi

igitur in ea relicti eſſent profecto poſſent pecca- *liberi.* re,re tamen nunquam peccant, quoniam eorum uo‑luntas, uſque adeo determinata eſt, ut non niſi ea quę deo placita ſunt appetant. ergo ab hoc eorū decreto beati nunquam auertuntur, deus prętere a cō ſeruat eos, ita ſuæ uoluntati alligatos, atque illorū fælicitatem diuturnam ac perpetuam reddit, & ea lege peccare non poſſunt, itidem dico, quod beati memoriam habent ſuorum peccatorum (ſi ali‑quando peccauerūt) & de illis triſtitiam habe‑rent, ſi in ſua naturali libertate relinquerētur. Sed idcirco nō triſtantur, quia deus perpetuam facit eorum beatitudinem, quæ aliquam triſtitiam nō admittit, & ſic euidenter conſtat ex hac noſtra prima ratione quemlibet hominem naturaliter habere liberum arbitrium.

Pro eodem libero arbitrio: ſecunda princi‑palis ratio demonſtratiua.

QVicquid poteſt intellectus ſuapte natura, cir ca quodlibet obiectum intelligibile, poteſt & uoluntas circa quodlibet obiectum ſuum ap‑petibile, ſeu diligibile, uel deteſtabile. Sed intelle‑ctus humanus poteſt quodlibet obiectū intelligibi le, naturaliter intelligere, ergo uolūtas poteſt cir ca quodlibet obiectū ſuū uelle & nolle, et ultra, ergo quodlibet tam bonū quam malum poteſt uelle & nolle, & per conſequens, habet liberta‑tem ad oppoſitos actus. ſ. uelle & nolle, & pari‑ter ad oppoſita obiecta, & demum ad producē‑dum oppoſitos effectus. Maior patet de ſe, quia ſicut ſe habet una potētia ad ſuum obiectum, ut puta potentia uiſiua, ad omnes colores, ita ſe ha‑bet alia potentia ad ſuum proprium obiectum, utputa potentia auditiua, ad omnes ſonos, & gu

ſtus ad omnes ſapores, ita in propoſito, ſicut ſe habet intellectus ad ſuum obiectum intelligibile ſic pari ratione uoluntas ſe debet habere ad ſuum obiectũ bonũ uel malũ, diligibile uel deteſtabile

Minor etiam probatur longo ſed delectabili diſcurſu, Nam intellectus humanus, ex naturali quadam ratiocinatione poteſt cognoſcere deũ eſſe, ſic diſcurrendo, aliqua res eſt cauſata uel facta, aut ergo eſt facta a nullo, uel a ſeipſa, uel ab alio. Non a nullo, quia nihil nullius eſt cauſa, neque a ſe, quia nihil facit ſeipſum, ergo facta eſt ab alio, de quo ulterius quæro, uel illud aliud eſt factum, uel non factum, ſi non eſt factum, ergo dare oportet cauſam non cauſatam, uel factam. Si autem illud factum eſt, quæro ut prius, aut factũ & cauſatum eſt a nullo, uel a ſeipſo, uel ab alio, non a nullo, neq; ſeipſo, ergo ab alio.

Primus naturalis diſcurſus de deo uirtute intellectus.

Item adhuc quæro de illo alio, uel eſt cauſatũ & factum. uel non eſt factum. Cum autem in cauſis eſſentialiter ſubordinatis non ſit procedendũ in infinitum, deueniendum erit tandem ad unum primum efficiens, quod non erit cauſatum, uel factum ab alio, ergo habet eſſe a ſe. Sed tunc ulterius diſcurrendo ſequitur, quod illud primum efficiens non cauſatum, non etiam habet cauſam finalem extra ſe, ad quam ordinetur (quod ſic oſtẽditur.) Nam ſi alicuius rei datur finis: hoc ſolum fit, ut moueatur agens, ſeu efficiens illius rei. Cum ergo non datur cauſa agens primi efficientis, neque etiam danda eſt cauſa finalis ipſius ad quam habeat ordinem. Præterea adhuc diſcurrendo ſequitur, nullum primum efficiens incauſabile, habet materiam & formam, ut patet. 8. phiſicorũ, ſed deus eſt primum efficiens incauſabile, ergo

deus caret materia & forma, & ultra ſic per diſcurſum proceditur, quod eſt omnino incauſabile, non poteſt componi ex actu, & potentia, ſic quod prius fuerit in potentia, quàm eſſet in actu, ſed primum efficiens eſt omnino incauſabile, q̃a non habet cauſam efficientem, a qua fiat, cum ſit primum, nec finalem, nec materialem, nec formalem, ergo, neque eſt etiam compoſitum ex actu, & potentia, & ſic æternum non compoſitum, neque aptum componi cum alio &c. Omnes quidem diſcurſus prædicti ſunt naturales, ergo ex ꝓprietate naturali intellectus coniunctus corpori mortali cognoſcere ualet, quod datur prima cauſa non cauſabilis a ſe, ſpiritualis, ſimpliciſſima, puriſſima, a nullo dependens, quàm quidem primam cauſam deum uocamus, ergo uirtute naturali, poteſt homo mortalis cognoſcere iſtam ueritatem, deus eſt, & ſi igitur poteſt cognoſcere, hoc intelligibile, quod eſt maximæ difficultatis, tanto magis poterit cognoſcere ſuapte natura, quodlibet aliud, quod eſt minoris difficultatis, et ſic ex iſto principali diſcurſu, patet ueritas minoris &c.

Sed ut iterum ſciamus quãta ſit uis intellectus humani. Dico ſecundo quod lumine naturali adiuti etiam cognoſcere poſſumus, tantũ eſſe unũ deum, & unum primum motorem. Nam claret & liquide conſtat, octauo phyſicorum, primo & ſecundo cæli, immo ratio demonſtratiua docet, tantum eſſe unum primum mobile, ingenerabile, & incorruptibile, naturaliter, non augumentabile, non diminuibile, & inalterabile, quod neq; a medio, neq; ad medium, ſed circa medium mouetur, & hoc primum cælum cum ſit regio æthera *Alius naturalis diſcurſus per intellectũ.*

lucida, a uariatione omni ſua immutabili eſſentia immunis exiſtens, uno tantum motu cõtinuo circulariter incedit, ab Oriente. ſ. in Occidentem, ad cuius motus unitatem, ſequitur unitas primi motoris, &c.

Tantum unus deus eſt. Item, hoc idem etiam alio naturali diſcurſu, ſic oſtenditur, quia uel tantum eſt unus motor, aut ſunt plures motores, ſi tantum unus motor habetur propoſitum: ſi uero plures, aut quilibet eſt cauſa ſufficiens, & totalis ipſius motus cæli, aut non, ſi non, ergo nullus illorum erit prima cauſa, neq; primus motor, quod eſt contra ſuperius dicta: ſi ſic. ſ. quod quilibet ſit cauſa ſufficiens, ergo alij motores erunt fruſtra, quia etiam impoſſibile eſt naturaliter unum & eundem effectum poſſe produci a diuerſis cauſis, ſufficientibus & totalibus. Cum igitur tãtum ſit unus primus motus circularis cæli, cauſa omnium motuum iſtorum inferiorum, tantum erit unus primus motor cauſa omnium effectuum.

Deus eſt infiniti uigoris. Tertio dico, quod intellectus noſter ſuapte natura non tantum cognoſcere ualet, deum eſſe, & tantum unum deum: & unum primum motorem eſſe, uerum etiam ſuo lumine naturali cognoſcere poteſt, deum eſſe infinitum in uirtute, ſeu infiniti uigoris, pro quo ſit iſte diſcurſus. Quod habet eſſe a ſe, accipit omnia, quæ ſibi conuenire poſſunt, ſed deus, cum ſit incauſabilis, & indepẽdens habet eſſe a ſe, ergo habet & accipit omnia quæ ſibi conuenire poſſunt, ſed deo conuenit infinita uirtus, igitur eſt infinitæ uirtutis & uigoris, et hoc idem atteſtatur philoſophus. 8. phyſicorũ qui mere naturaliter locutus eſt concludendo ex infinita uirtute primum mouens mouere tempo-

re infinito. Hæc autem infinita uirtus, rebus cauſatis attribui non poteſt, quare conſequens eſt il lam attribuendam eſſe tantum rei incauſatę ſ. ipſi deo. Quid eſt igitur dicere primum efficiens omnino incauſabile, habens infinitam uirtutem quo nihil eſt præſtantius, cui nihil eſt æquale, niſi deũ exprimere? Similes autem diſcurſus ſunt naturales, ergo ex puris naturalibus abſq; diuina mentium illuſtratione poteſt humanus intellectus, & ſcire deum eſſe, & tantum unũ deum eſſe, & deũ eſſe infiniti uigoris, & ſic nihil eſſe maius deo uel æquale illi, necnon & cognoſcere ſummam ſimplicitatem, æternitatem, & bonitatem dei, & per conſequens quodlibet aliud intelligibile, quod minus eſt, cognoſcere ualet, & de hoc quippe nullus mirari debet, Ait. n. Apoſtolus. Inuiſibilia dei a creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. ſempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas &c. Quare ex hac demonſtratiua, & euidentiſſima ratione concludendum eſt, uoluntatem circa quodlibet ſuum obiectum poſſe operari, & eſſe liberam. Poteſt nempe uelle & nolle bonum, uelle & nolle malum, & poſt uelle, nolle, & econuerſo, & ſic libera eſt ad oppoſitos actus, & ad oppoſita obiecta, non minus ꝙ ad oppoſitos effectus. Ignorantia nempe rerũ naturalium, necnon & circa ſcripturarum diuinarum intelligentiam, facit non tantum Lutheranos, ſed & ꝙplurimos eorum ſequaces ualde nequiter ergo errare, ex dictis ergo patet euidẽtiſſime, quod ſi intellectus poteſt operari circa quod libet ſuum intelligibile, ita pari ratione uoluntas, circa quodlibet ſuum obiectum tam bonum ꝙ malum libera erit ad operandum &c.

Tertia demonſtratiua ratio.

TErtio principaliter inſto, per teſtimonia ueteris teſtamenti, ex quibus formatur ratio ad demonſtrãdum, dari liberum arbitrium, tam ad bonum, ꝙ ad malum, ſigillatim, & ad bonũ, & ad malum ſimul.

Gen. 4. Primo ait dominus ad Chaim. Nonne ſi bene egeris recipies? ſi autem male ſtatim in foribus peccatum tuum aderit, ſed ſub te erit appetitus eius.ſ.peccati & tu dominaberis illius. Ecce qualiter deus a principio dedit homini libertatẽ ad bene, & ad male operandum, & ſubiecit appetitum peccati dominio uoluntatis.

Eccle. 15. Secundo hoc idem confirmat ſapiens.d. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui, adiecit mandata & præcepta. Si uolueris mandata conſeruare, mandata conſeruabunt te. Appoſuit tibi aquam, & ignem, ad quodcunque uolueris porrige manum tuam ante hominem uita & mors, bonum & malum, qđ placuerit ei, dabitur &c. Certe expreſſius de libero arbitrio loqui non poterat ſapiens &c.

Deut. 30. Præterea ait dominus in Deuter. Mandatum quod ego præcipio tibi hodie non eſt ſupra te, ſed iuxta te eſt ſermo ualde in corde tuo, ut facias illum. Conſidera, quod hodie propoſuerim in conſpectu tuo uitam & bonum, & cõtra mortem, & malum, infra, teſtes inuoco hodie cælum terram, quod propoſuerim uobis uitam & bonum, benedictionem, & maledictionem, elige ergo uitam, ut tu uiuas & ſemẽ tuum, ex hac quippe authoritate contra falſam Lutheranorum opinionem tria manifeſtiſſime concluduntur.

Fortiſſ. rõ Primum quod in poteſtate hominis eſt obſer-

uare diuina præcepta, cuius oppoſitum ipſi dia- *In Lutho.*
bolice aſſerunt. Secundum quod proponitur homini uita & bonum, ac benedictio, quæ ad gratiam gratum facientem pertinet, mors et malum ac maledictio, quæ peccatum animæ & ſeparationem a diuina gratia important. Tertiũ quod in libertate hominis eſt eligere illorũ unumquodque oppoſitorum, prout ſibi placet, electio.n.includit libertatem arbitrij ideo &c.

Item dominus per Eſaiæ ait. Si uolueritis et au- *Eſaia.1.*
dieritis me, bona terræ comedetis, quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos, ecce qualiter ex his uerbis claret, quod in libertate hominis eſt, uelle audire, & nolle audire deum.

Præterea hoc idem confirmat Hiere. dicens. *Hiere. 11.*
Hæc dicit dominus. Ecce ego dedi ante faciem ueſtram uiam uitæ, & uiam mortis, hoc eſt oſtẽdi uobis uiam, per quã poteſtis ire ad uiã & aliã uiam. per quam poteſtis currere ad mortem.

Sexto ille idem ſupra dixerat, & eligent magis *Hiere. 8.*
mortem quam uitam, omnes qui reſidui fuerint de hac cognatione peſſima, electio (ut dixi) innuit libe. arbir. igitur.

Amplius ſaluabitur innocens, ſaluabitur autẽ *Iob. 22.*
immundicia manuum ſuarũ.i. operationũ ſuarũ.

Item optio data eſt Iudeis, an deum ſequi uelint Ioſuæ paritercp dabit eligendi plagam, ex *2.Reg.24*
tribus. Necnon & optio data eſt uiro, in uoto *Num. 30.*
uxoris, ut in numeri libro habetur, modo optio, ſeu electio, nulla eſt, necp eſſe poteſt, niſi adſit liberum arbitrium igitur &c.

Proinde ait ſapiens. Beatus uir, qui inuentus *Eccle. 31.*
eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, nec

ſperauit in pecuniæ theſauris, quis eſt hic & laudabimus eum?fecit.n.mirabilia in uita ſua &c. et infra,qui potuit trāſgredi,et non eſt tranſgreſſus; facere mala & non fecit, ecce quomodo homo habet libertatem bene faciendi,nec non poteſtatem tranſgrediendi & non tranſgrediendi, facere mala & non facere ergo &c.

Eſaiæ. 56. Item Eſaias uolens oſtendere libertatem hominis ad malum ait. Feciſtis mala quoniam po-
Prouer. 1. tuiſtis,& in prouer. Vocaui & renuiſtis, extendi
Pſal. 50. manum, & non fuit qui aſpiceret. Dauid autem uolens oppoſitam oſtendere libertatem.ſ.ad bonum dixit.uoluntarie ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine quoniā bonum eſt, &c.

Pſal. 107. Et rurſus. Paratum cor meum deus paratum cor meum. Nō.n.diceret propheta paratum cor meum, niſi prius habuiſſet libertatem parandi,
Pſal. 10.18. quapropter & paulopoſt. Subinfert. Anima mea in manibus meis ſemper i.uires operationes animæ ſemper ſunt in poteſtate mea, Poſſent et aliq ꝗplures adduci authoritates ueteris teſtamenti, idem probantes.ſed iſtæ ſufficiant. Non.n.numerus diuinarum ſcripturarum authoritatum in rebus credibilibus maiorem cauſat,uel exhibet fidē, ꝗ una ſola authoritas ueteris,uel nouæ legis, rectæ adducta,& ſane intellecta ſit ſufficientiſſima ad probandum catholicam quamlibet concluſionem, adducuntur tamen in propoſito multa ſcripturarum teſtimonia,ad maiorem modernorum hæreticorum confutationem,ut non tantum uno,ſed & ꝗplurimis deis & prophetarum dictis refellantur.

Quarta per teſtimonia noui teſtamenti ratio.

Quarto

QVarto principaliter argumentor, nouæ legis authoritatibus quæ plurimum nobis patrocinantur, primo ait Chriſtus in Euangelio Matthæi. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata,cum multis ſimilibus,ergo ſeruare mandata eſt in poteſtate noſtra. Aliter quilibet poſſet dicere. Domine non eſt in poteſtate mea ſeruare mandata tua. Quomodo ergo dixiſti,ſi uis ad uitā ingredi,ſerua mādata?igitur etc. Matt. 19.

Secundo ille idem ſubdit. Ieruſalem quoties uolui congregare filios tuos,quemadmodū gallina congregat pullos ſuos ſub alas,& noluiſti,ergo deus uult,& homo non uult,ſicut ſupra cap. 22.dixerat, Multi ſunt uocati pauci uero electi, uocati ſiquidem ad gratiam, & ad paradiſi gloriam,ſed pauci electi,non ex defectu dei, qui uult omnes homines ſaluos fieri. ergo ex defectu hominis,qui ponit obicem uoluntati diuinę,hoc eſt ꝑ lib.arb. reſiſtit eius uocationi,& exhortationi. Matth.23. Matth.22.

Prǽterea etiā ſeruus ille, qui acceperat quinq; talenta,prout ſcribitur Matth.25.Dixit domino ſuo.Domine quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum.Lucrari quippe nō potuit, niſi ex libero arbitrio agendo concurreret, alioquin diceret ſe decem talenta accepiſſe tantum,cui concordat Paulus ad Corinthios.di. Abundantius omnibus laboraui.non ego.ſ.tantum, ſed gratia dei mecum ſimul, ergo operatur liberum arbit.& dei gratia. Matth.25.

Item in euangelio Ioan.ſcribitur, quod Chriſtus dedit poteſtatem filios dei fieri, ĳs qui credunt in nomine eius &c. ſit autem quiſq; dei filius per actū credendi, & per adoptionis gratiā. Poteſtatem igitur habemus agendi aliquod bo- Ioānis 1.

num.ſ.credendo, per quod perueniamus ad Dei gratiam, quid eſt.n. habere poteſtatem filios dei fieri? niſi habere libertatem credendi in nomine
Luc. 17. eius? & hoc idem confirmat dominus.d. Regnũ Dei intra uos eſt.i. Chriſtum uel eius gratiam habetis in poteſtate ueſtra, ſi uultis credere. Amplius Chriſtus dixit paralitico exiſtẽti ad piſcinã. 38. annos habens in infirmitate ſua, uis ſanus fie-
Ioannis.5. ri, ut habetur Ioan.5. Ipſe enim quos ſanabat corpore, ſanabat etiam mente. Sanitas autem mentis, fit per remiſſionem peccatorum, & donum gratiæ, nec ignorabat Chriſtus deſiderium ſanitatis, quod habebat ægrotus ille. Sed quærit de uoluntate eius, ut oſtenderet, quod Deus ſecundum legem ordinatam, non poteſt conferre peccatori, adulto gratiam, niſi per aliquem actum in mente præcedentem, qui producitur a libera uoluntate, & talis actus eſt bona quædam hominis diſpoſitio ad gratiam. Latro Inſuper in cruce cui dictum eſt, hodie mecum eris in paradiſo, ſuorum peccatorum pænitudinem habuit et deteſtationem, quæ ſunt actus liberæ uoluntatis. Acceptauit etiam ſuſpendium, & mortem illam, tanquam ſuis peccatis conuenientem, quapropter alteri latroni dixit. Neq; tu times deum, qui in eadem damnatione es? & propter tales actus, cum dixit. Memento mei domine dum ueneris in regnum tuum. Reſpondit Chriſtus. Hodie mecum eris in paradiſo &c.

1. Cor. 14. Proinde Apoſtolus Paulus ad Corinthios, inquit, Spiritus prophetarum prophetis ſubiectus
1. Cor. 17. eſt, & infra capit.17. ait. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem. Poteſtatem autem habens ſuę uoluntatis, Ecce Luther inſanus

nobis imponit neceſſitatem, Paulus uero negat, Luther negat uoluntatis libertatem, Paulus autem aſſerit, cui ergo credere debemus? uide inſuper illud quod .2. ad Corinthios .9 habetur, unuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate &c. *2. Cor. 9.*

Sed quid amplius loquar? profecto ſi libero caremus arbitrio, & omnia abſoluta neceſſitate eueniunt, ad quid orare igitur debemus: & precibus implorare Dei auxilium? Quid proſunt conſilia? admonitiones, perſuaſiones, illuminationeſ/ ue: &c. Pereunt nempe leges, iura, ſtatuta, prçcepta, nam hac omnia libertatem exigunt. Nulla ſiquidem debentur præmia uirtutibus. Nullæ pçnç uitijs, quid abſurdius? in ſumma omnia hæc ſunt flagitia, & ſcelera, impietates, ac blaſfemias inferre in deum. *Concluditur propoſitum contra Luth.*

Sed ſi dicat hæreticus. Iudas ineuitabili neceſſitate proditionem commiſit, pariter & Petrus, non per ſuam libertatem ſed neceſſitate coactus negauit Chriſtum, propterea quia dixerat ei dominus, antequã gallus cãtet, ter me negabis &c. *Obiectio Lutheranorum.*

Reſpondendum eſt, quod neq; diuina ſcriptura, neque Chriſti uerba, ſeu Dei cognitio, & uiſio neceſſitatem aliquam arguunt in rebus a extra, neq; libertatẽ auferunt ab hominibus, quin poſſit bene uel male operari, prout clarius uidebitur in tractatu de prædeſtinatione, ſtat quippe præſcientia dei cum contingentia iſtorum inferiorũ, Quapropter licet dixerit Chriſtus Petro, anteq; gallus cantat ter me negabis, eo quod ab ęterno agnouerat eius negationem, non tamen ſequitur, ergo de neceſſitate negabit, immo libere & contingenter, & licet iſta cõſequentia ſit bona Chri *Reſponſio.*

ſtus dixit Pet. tu me negabis. ergo Pet. negabit ipſum. tamen iſte duę ſtant ſimul Petrus negabit Chriſtum, & Pet. poteſt non negare Chriſtum, quia una eſt neceſſaria, & alia contingens, quæ non repugnant adinuicem, & ſi iterum dicas, omne poſſibile poteſt poni in eſſe, ſi ergo iſta eſt poſſibilis, Petrus poteſt non negare Chriſtũ, poſtq̃ Chriſtus protulit uerba ponatur in eſſe .ſ. quod non neget Chriſtum. ergo Chriſtus dixit falſum, dico ad maiorẽ quod omne poſſibile poteſt poni in eſſe, dummodo non repugnet poſito, modo iſta .ſ. Petrus poteſt non negare Chriſtum, licet ſit poſſibilis, & per conſequens, uera, & neceſſaria, non tamen poteſt poni in eſſe, ut uidelicet Petrus non neget Chriſtum, quia repugnat uerbis Chriſti, & eodemmodo dicendum eſt de proditione Iudæ &c. Quemadmodũm.n. Chriſtus nõ neceſſario ſed contingenter dixit Pet. anteq̃ gallus cantet, ter me negabis, ita Petrus libere & cõtingenter negauit illum &c.

Iere. 2. Confirmatur inſuper reſponſio, per illud Iere. Arguet te malitia tua, et auerſio tua ĩcrepauit te.

Oſea. 13. Præterea ait dominus per Oſeam prophetam. Perditio tua Iſrael tantummodo in me auxilium tuum, ergo malitia, ac auerſio, pariter, & perditio nõ ex neceſſitate, ſed ex libertate uenit uolũtatis.

2. Thim. 3. Item Pau. ad Thim. ait. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguẽdum, ad corripiendum, ad erudiẽdum in iuſtitia, ut perfectus ſit homo dei, ad omne opus bonum inſtructus &c. ſi omnia neceſſario fiunt. quid ꝓdeſt docere, arguere, corripere, erudire &c. ergo hæc omnia liberum arbit. præſupponunt: quare &c. & iſta pro quarto argumento ſufficiant.

Demonſtratiua quinta principalis ratio.

EX ſuperioribus dictis manifeſtiſſime oſtenſum eſt, hominem habere liberum arbit. tam ad bonum, ꝗ ad malum. Nunc uero magis ad intentionem oſtendendum eſt, dari liberum arbitrium principaliter ad bonum, ſeu ad bene operandum pro quo ſic arguo. Quilibet homo adultus, aut eſt in gratia, aut in peccato mortali, quo niam gratia & peccatum, ita immediate opponuntur, quod non eſt dare medium. Si. n. eſt in gratia, claret quod ipſe poteſt peccare, ut patet de Petro, & multis aliĳs, ergo habet liberum arbitrium ad peccandum. Si autem eſt in peccato mortali, ipſe ex ſuo libero arbit. (ſtante ſemper generali influentia dei, qua uocat omnes homines ad pœnitētiam, & uult eos ſaluos fieri) poteſt facere quod in ſe eſt, pœnitentiam agere, & ſe diſponere ad gratiam ſuſcipiendam, igitur quilibet homo tam in gratia, ꝗ extra gratiam habet libe. arbit. tam ad bonum ꝗ ad malum, conſequentia eſt clara. Prima pars antecedentis de ſe eſt nota, quia aliter homo exiſtens in gratia ſecūdum ſuā naturam, eſſet impeccabilis, quod eſt manifeſte falſum. Sed ſecunda pars antecedentis probatur multis ſcripturarum teſtimonĳs. *Optima rō pro lib. ar.*

Primo ait dominus, per Ezechielem. Si impius egerit pœnitētiam de peccatis ſuis, quę operatus eſt, feceritq; iuſtitiam, & iudicium, uita uiuet & nō morietur &c. Claret quippe ex authoritate illa, quod deus loquitur de impio exiſtente in peccato mortali, & ex conſequenti, priuato gratia gratum faciente ergo talis poteſt agere pœnitentiam, quod uero poſſit facere quod in ſe eſt: patet per illud quod immediate ſequitur. Eſe *Ezech. 18.*

ceritq; iudicium & iuſtitiam, & nam facere iudicium, eſt ſeipſum accuſare: ſeq́ue iudicare reum: necnon a peccatis ceſſare. Facere autem iuſtitiã eſt deum iuſtum appellare, iuſtèue iudicare, ac opera iuſtitiæ operari &c. Quod autem poſſit ſe diſponere ad gratiam ſuſcipiendam, liquet nimirum, per uerba quæ circa finem capituli ſubdit dominus. d. Proijcite a uobis omnes iniquitates ueſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite uobis cor nouum, & ſpiritum nouum, Et quare moriemini domus Iſrael? quia nolo mortem morientis dicit dominus deus. Reuertimini igitur, & uiuete. Quid n. uoluit dominus per huiuſmodi uerba dicere? niſi illud idẽ quod ait Paulus ad Ephe-
Epheſi. 4. ſios, Renouamini ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecũdum deum creatus
Rom. 13. eſt, in iuſtitia, & ſanctitate ueritatis, & Rom. 13. Abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur
Ezech. 18. arma lucis, ſicut in die honeſte ambulemus. Qđ etiam iuſtus exiſtens in gratia poſſit ex ſuo libero arbitrio, operari malum, & peccare, euidenter patet, per illud, quod ibidem habetur. ſ. ſi autem auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius, nunquid uiuet? quaſi dicat non. Ergo ex dictis luce clarius cõſtat, quod quilibet homo conſtitutus in gratia, ex ſuo libero arbit. poteſt mortaliter peccare, & operari malum, nec non & omnis talis exiſtens extra gratiam poteſt pænitentia duci, ſtante ſola generali influẽtia dei, facere quod in ſe eſt, operari moraliter bonum, & ſe diſponere ad gratiam ſuſcipiendam, quod erat antecedens probandum, igitur cõtra impios hæreticos concluditur, neceſſario dari liberum

arbitrium tam ad bonum quam ad malum &c.

Præterea etiam dominus per Iere.ait. Conuer timini filii reuertentes. & ſanabo contritiones ue ſtras, & ille idem. Reuertatur iam unuſquiſq; a uia ſua mala, & meliora facite ſtudia ueſtra. Et in fra. Hæc dicit dominus. Ecce ego dedi ante faciẽ ueſtram uiam uitæ, & uiam mortis &c. Iere. 3. Iere. 18. Idem. 21.

Amplius idem dominus, etiam per Iere. inqt. Si pænitentiam egerit gens illa a malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pænitẽ tiam ſuper malo, quod cogitaui ut facerem ei, ad huc & infra cap. 25. Reuertimini unuſquiſq; a uia ſua mala, & a peſſimis cogitationibus ueſtris, et habitabitis in terra, quam dedit dominus uobis patribus ueſtris a ſeculo, et uſq; in ſeculum etc. Iere. 18. Idem. 25.

Item Nolo mortem impij, ſed ut conuertatur impius a uia et uiuat. conuertimini igitur a uiis ue ſtris peſſimis Ezechielis. 33. Et inſuper dominus per eundem prophetam alibi ait. Et ſi dixero im pio morte morieris, et ipſe egerit pænitẽtiam de peccatis ſuis, uita uiuet et non morietur. Ezech. 33.

Proinde Sapiens ait. Ne tardes conuerti ad dominum, et ne differas de die in diem. Subito. n. ueniet ira illius, et in tempore uindictæ diſperdet te, et infra capite. 17. Conuertere ad dominum, et relinque peccata tua. Precare ante faciem domi ni, et minue offẽdicula, Reuertere ad dominum, et auertere ab iniuſtitia tua etc. Eccle. 5. Idem. 17.

Rurſus Thobias loquens ad peccatores cla mat. Conuertimini itaq; peccatores, et facite iu ſtitiam coram domino, credẽtes quod faciat uo biſcum miſericordiam ſuam etc. Tobie. 13.

Item Ionas prædicans pænitentiam, et ſubuer ſionem Niniuæ ciuitatis ait una cum principibus Ione. 3.

ſuis Rex. Conuertatur uir a uia ſua mala, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eorum, Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat deus, & reuertatur a furore iræ ſuæ & non peribimus &c.

2. Paral. 7. Præterea ait dominus. ut in Paralipomenõ ſcribitur. Si clauſero cęlum, & pluuia non fluxerit, & mandauero, & præcepero locuſtæ ut deuorent terram, & miſero peſtilentiam in populum meũ, conuerſus autem populus meus, ſuper quos inuocatum eſt nomen meum, deprœcatus me fuerit, & exquiſierit faciem meam, & egerit pœnitentiam a uijs ſuis peſſimis, ego exaudiã de cęlo etc.

Zacha. 1. Inſuper idem dominus per Zachariã clamat: Conuertimini ad me: & ego conuertar ad uos: conuertimini inquit: o iudei, o infideles: qui nunquam habuiſtis gratiam: conuertimini etiam: & uos Lutherani et peccatores remouendo obicẽ: hoc eſt ceſſando ab actu: & conſenſu peccati, & eliciendo bonum motum in me: & ego conuertar ad uos: dando uobis gratiam: ex mera liberalitate mea.

Iacobi. 4. Item Iacobus hoc idem confirmat dicens. Appropinquate deo: et ipſe appropinquabit uobis: emundate manus peccatores & purificate corda duplices animo.

Apoc. 3. Proinde etiam Chriſtus in Apoc. dicit. Ego ſto ad oſtium & pulſo .i. ad cor peccatorum induratum: & pulſo per bonas reuelationes: & inſpirationes: ſi quis autem audierit uocem meam: & aperuerit mihi ianuam cordis ſui: intrabo ad illum per gratiam meam, & cęnabo cum illo & ipſe mecum in uitam æternam, ut alibi repetitum

Matth. 3. Luc. 3. eſt: & ille idem. Pęnitentiam agite: Appropinquabit .n. regnum cęlorum: &c. Niſi .n. haberet

peccator libertatem agendi pœnitentiam: & bene operandi: ſuperflue proculdubio uiderentur, & ocioſe eſſent omnes id genus perſuaſiones: uana eſſent conſilia: fruſtraq; ponerentur uirtutes: quæ ad bonum inducunt: & tandem abſq; ulla utilitate tot Prophetæ, tot ſcripturarum teſtimonia: tot Dei & Chriſti Ieſu oracula: nos inducerent ad pœnitentiam: & ad bene agendum &c.

Sed quamplurimum nobis fauet illud Pau. 2. Epiſtolæ ad Thimo. dicẽtis. In magna aũt domo ſũt uaſa aurea: et argẽtea: et lignea: et fictilia: quę dã i honorẽ ad cõtumeliã, Si qs ergo mũdauerit ſe ab iſtis: erit uas in honorem ſanctificatum &c. In his quippe uerbis comparat Paul. hæreticos uaſis contumelioſis, propter errores a quibus erroribus: ſi quis emundauerit ſe, erit gratus deo: ecce quid Apoſtolus .d. Si quis mundauerit ſe, non dicit mundatus, erit ab alio: ſed a ſe. Vnde apparet: & euidenter claret: q; quilibet peccator etiam hæreticus habet libertatem diſcedendi a malo: ut conuertatur ad bonum. Diſcedere autẽ a malo bonum eſt: iuxta illud: qui potuit tranſgredi: & non eſt tranſgreſſus: facere malum & non fecit &c. Similiter conuertere ſe ad bonum eſt actus bonus: qui poteſt ad gratiam diſponere. Quando. n. ſunt duo oppoſita: ſi unum eſt malum aliud erit bonum, ſed conuertere ſe ad peccatum malum eſt: ergo auertere ſe a peccato eſt bonum: & quemadmodum auertere ſe a bono, eſt malũ: ita ad bonũ ſe cõuertere ꝑpulchrũ eſt. 2. Thim. 2.

Ex omnibus ergo dictis dari liberum arbitriũ, euidentiſſime conſtat: pro quo argumento ſingulariſſimo ponitur hæc ſecunda concluſio, quodãmodo ex dictis deriuata.

Concluſio Secunda.

Contra Gregoriũ Ariminenſem. Q Vilibet homo adultus per ſuum liberum arbitrium in puris naturalibus exiſtens: ſine gratia gratum faciente, operari poteſt opera moraliter bona, & ſe diſponere ad Dei gratiam ſuſcipiendam.

Sed primo declaranda eſt concluſio, ante eius probationem, tum maxime circa illud, quod dicitur in puris naturalibus. Pro quo eſt ſciendum, quod cum hic loquimur de puris naturalibus, nõ excluditur generalis Dei influentia, quæ ut cauſa prima concurrit cum agente creato, ad omnem actum poſitiuum. Si quidem nullus actus poſitiuus (immo nec peccatum, quantum ad id, quod in eo poſitiuum eſt, puta actum uoluntatis, licet difformem rectæ rationis) perfici poteſt, deo tan quam cauſa prima non coagente. Plus.n.influit cauſa prima in effectum, quam ſecunda, ut inquit author de cauſis, eo quod ipſa prima cauſa prior eſt ad producendum effectum, ſine qua ſecunda cauſa illum producere nequit, licet econtra, nec non, & illa conſeruat effectum in eſſe &c. Sed per pura naturalia intelligitur natura, ſeu animæ ſubſtantia, cum qualitatibus, & actionibus conſequẽtibus hominis naturam, excluſis habitibus

Quid ſit pura naturalia. ac donis ſupernaturaliter a ſolo Deo infuſis. Vnde ſi Deus infunderet donum aliquod in anima etiam naturaliter acquiſibile, utputa ſciẽtiam alicuius rei, iam illa anima ſic dotata nõ eſſet in puris naturalibus, haberet enim ſcientiam ſupernaturaliter infuſam, licet eadem potuerit naturaliter acquiri, iſto notato ſic probatur concluſio.

Primũ argumentũ. Quilibet intellectus hominis adulti ex ſuis naturalibus poteſt cognoſcere, & iudicare bonum

iuſtum, & honeſtum eſſe faciendum, ac malum fugiendum propter finem naturalem .ſ. uirtutis amorem & honeſtatis, huic autem iudicio poteſt ſe uoluntas conformare, eliciendo actum bonū propter naturalem honeſtatem, aut iuſtitiam, & huiuſmodi actus ſi elicitus eſt bonus moraliter, ut ſupra ſatis oſtenſum eſt, ergo concluſio uera, conſequentia eſt nota, Maior patet quia principia practica, ita naturaliter inſerta ſunt intellectui, ſicut ſpeculatiua, ergo utriſq; naturaliter intellectus aſſentit, tanq̃ per ſe notis, & euidentibus. Sed iuſtum & honeſtum eſſe faciendum, & oppoſitum fugiendum, propter finem naturalē, ſunt principia practica, igitur eis intellectus ſuis naturalibus poteſt aſſentire. Minor etiam probatur, quia uoluntas ex ſua libertate poteſt ſe cō formare dictamini rectæ rationis, Et elicere actū conformiter illi, igitur opus moraliter bonū operari poteſt, quod erat propoſitum.

Præterea uoluntas ex ſuis naturalibus poteſt ſe diſponere, faciendo quod in ſe eſt, ad gratiam ſuſcipiendam, quare opus moraliter bonum elicere poteſt, conſequentia eſt nota, antecedens probatur. Exemplo Cornelij Centurionis actuū. 10. Qui uidit angelum uenientem ad ſe ac dicentem ſibi, Corneli, at ille intuens eum timore correptus dixit. Quis es domine. Dixit autem ei angelus. Eleemoſynæ, & orationes tuæ aſcenderūt in conſpectu dei. Mitte ad Simonem Petrum in Ioppem et dicet tibi, quid te oporteat facere, & fecit Corne. ſicut præceperat ei angelus. Vnde Pet. prius habita uiſione, & diuinitus inſpiratus, acceſſit ad ipſum, & aperiens os ſuum dixit Corne. coram omnibus alijs. In ueritate comperi, quia

Secūdum argumētū *Act. 10.*

non eſt perſonarum acceptor deus, ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. quo patet hominem extra fidem exiſtentem, & ex conſequenti in peccato, habere libertatem faciendi bonum morale, quod ſufficiens eſt eum diſponere, ad dei gratiam, in fide & ſacramentis percipiendam, & quod de uno dicitur, de omnibus pari poteſt ratione dici &c.

Tertia Concluſio.

Contra. S. Thom. QVilibet homo adultus per liberum arbitriũ ex ſuis naturalibus ſine dono gratiæ poteſt quodlibet peccatum mortale nouũ cauere, necnon nulla alia noua adueniente gratia tentationibus, reſiſtere, quinimmo eas uincere etiã per longum tempus ſtante ſola generali influentia dei.

Prima rõ. Probatur concluſio, ut prius, nam intellectus, ex ſuis naturalibus poteſt recte, circa agẽda deliberare, rectitudine morali, & uoluntas ſua libertate poteſt ſe illi conformare, conformando autẽ ſe dictamini rectæ rationis, non peccat de nouo, & ſic per multum tempus ualet perſeuerare, perſeuerando uero in tali conformitate reſiſtit tentationibus, & uincit, ideo &c.

Secũda rõ Item, circa quodlibet agendum, uoluntas aut eſt libera, aut non, Si primũ liquet, quod poteſt in utrunque oppoſitorum, et ita agere, uel non agere, & per conſequens illud oppoſitorum, quod peccatum eſt, cauere poteſt. Si non eſt libera, ergo iam peccare non poteſt, eo quod nõ eſt in ſua poteſtate ſecundum beatum Augu. 3. de libero *Auguſti.* arbitrio, dicentem, quod peccatum eſt ita uolun- *Hierony.* tarium, quod ſi non eſſet uoluntarium, non eſſet peccatum. Et beatus Hiero. in expoſitione fidei, qui dicit deum præcepiſſe impoſſibilia anathe-

ma ſit, eodē modo poteſt dici de peccato omiſſionis.

Quarta Concluſio.

QVilibet homo adultus per liberum arbitriū ex ſuis naturalibus, ſemota gratia gratum faciente, poteſt diuina præcepta adimplere, quātum ad ſubſtantiam præceptorum ſed non ad intentionē præcipiētis, quę eſt cauſa ſalutis ęternæ.

Prima pars patet, quia poteſt adorare deum, non blaſphemare, honorare parentes, non occidere, non męchari, & huiuſmodi, dare eleemoſynam, in articulo neceſſitatis, ex quadam naturali honeſtate, ſeu pietate, non ordinando in deum, tanꝙ in ultimum finem, & ſic faciendo, quacūqꝫ etiam intentione faciat, implet præceptum, quātum ad actum, & præcepti ſubſtantiam. Si quidem claret, quod ipſe obſeruat præceptum dei, quantum ad opera tantum, ſed non ea intentione qua deus illud præcepit. Secunda pars eſt eui dens de ſe, quoniam ad finem, ſeu intentionem præcipientis, nullus agere poteſt ſine gratia, nemo quippe ualet obſeruare diuina pręcepta, quā tum ad intentionem præcipientis ſemota gratia gratum faciente, cum nullus poſſit acquirere uitā æternam, ſaltem adultus, niſi per opera meritoria quæ præſupponunt gratiam, nimirum ad intentionem acquirendi uitam æternam, dantur diuina præcepta igitur &c.

Obijciunt Lutherani.

SEd contra primam concluſionem, quæ de libero arbitrio principaliter loquitur, & ex cō ſequenti contra alias tres, ualde inſtant moderni hæretici qui nituntur probare, ex ſcripturarum teſtimonijs, falſe tamen ab eis adductis, nullate-

nus dari liberum arbitrium.

Primo quidem ait Ioannes. Nõ poteſt homo accipere quicquã, niſi fuerit datũ ei de cęlo &c.

Ioan. 1. Secundo ille idem cap. 1. ait. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.

Ioan. 6. Tertio etiam idem Ioan. 6. Nemo uenit ad me niſi pater meus qui miſit me, traxerit eum.

Ioan. 15. Quarto Iterum infra cap. 15. Chriſtus ait, Sine me nihil poteſtis facere.

Iacobi. 1. Quinto Iacobus. c. 1. inquit. Omne datum optimum, & omne donũ perfectum de ſurſum eſt, deſcendens a patre luminum.

Matth. 10 Sexto Chriſtus loquens ad diſcipulos ait, in Euangelio Matth. Cum autem tradent uos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini, & Paulopoſt. Nonne duo paſſeres aſſe ueneunt, & unus ex illis nõ cadet ſup terrã ſine patre ueſtro.

1. Corin. 4. Septimo Apoſto. ad Cor. Quid habens quod non accepiſti? ſi autem accepiſti quid gloriaris quaſi non acceperis, & in alia Epiſtola. Omnis ſufficientia ex deo eſt.

2. Corin. 3. Rom. 11. Octauo Ille idem Apoſtolus. ad Ro. ait. Si reliquiæ ſecundum electionem gratię Dei ſaluæ factæ ſunt, ſi autem gratia iam non ex operibus alioquin gratia iam non eſt gratia &c.

Nono Inſuper eccleſia orat. d. Deus cuius eſt totum, quod eſt optimum.

Eſaie. 64. Decimo Eſaias quoqꝫ ait. Quare errare nos feciſti domine de uijs tuis, induraſti cor noſtrum ne timeremus te.

Iere. 10. Vndecimo Iere. inſuper inquit. Non eſt hominis uia eius, nec uiri ut ambulet & dirigat greſſus ſuos, &c.

Duodecimo Ille idem infra clamans ad dominum dixit, Conuerte me domine, & conuertar, quia tu domine deus meus poſtquam me conuertiſti egi pænitentiam. *Iere. 31.*

Aliæ etiam quāplures poſſent adduci authoritates in eorum fauorem, ſed ſufficiant iſtæ, quoniam reſponſiones iſtarum, erunt reſponſiones ad quaſcunque alias conſimiles, idem ſonantes. Verba autem illa Pauli quæ habentur Rom. 9. quæ maximopere uidentur fauere eorum falſæ opinioni, in proximo tractatu de prædeſtinatione declarabuntur, &c.

Tertiodecimo Ioannes demum ait, qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, ſi filius uos liberauerit uere liberi eſtis, unde inferunt, ex quo eſt ſeruus peccati, quod agit, ſecundum Imperium peccati, ſemper agit, & ſic ſemper malum agit &c. *Ioan. 8.*

Reſpondent Catholici.

PRo reſponſione harum obiectionum, primo ſciendum eſt quod Deus glorioſus eſt prima immo principaliſſima cauſa efficiens omnium rerum, omnium operationum, omnium actuum & effectuum, qui fiunt in mundo, ſub hac uniuerſali mundi machina, quęlibet autem alia cauſa creata dicitur ſecunda cauſa, uel potius cauſa inſtrumentalis, reſpectu primæ cauſæ. Item prima cauſa plus influit in effectum, quam ſecunda cauſa, ut ſupra declaratum eſt, & ideo effectus magis producitur a prima cauſa, quam a ſecunda. Et ſic ipſa prima cauſa magis dicitur cauſa, quam ſecūda reſpectu eiuſdem effectus. Item quicquid producit prima cauſa ſecunda, poteſt producere ſe ſola, & non contra, quapropter nulla ſecūda cauſa poteſt cauſare, uel producere aliquem effectū, *Primum pulchrum notabile.*

rias ad operandum,& ſicut a cauſis naturalibus, mouendo eas,non aufert, quin actus earum ſint naturales, ita mouendo cauſas uolontarias non aufert, quin actiones earum ſint uolontariæ, ſed potius hoc in eis facit. Operatur.n.in unoquoq; ſecundum eius proprietatem cuncta ſuauiter diſponens. Nam ſi operatur in corporibus cęleſtibus,ſeu in elementis,operatur ſecũdum proprietates cęlorum & elementorum. Ergo ſi operatur in uoluntate uel cum uoluntate noſtra, operatur ſecundum proprietatem uoluntatis, quæ eſt libere uelle & nolle.

His dictis reſpondeo ad multas authoritates cõtra liberum arbitrium adductas.ſ.uerum eſſe; quod dicit Ioã. non poteſt homo accipere quicquam,niſi fuerit ei datum de cęlo,nemo uenit ad me niſi pater meus traxerit eum, & infra, ſine me nihil poteſtis facere, & omne datum optimum & perfectum donum deſurſum eſt, ut inquit Iacobus, & alię ſequentes. Tales nempe authoritates nihil aliud afferunt,niſi quod Deus eſt cauſa principaliſſima omnium, non tamen propter hoc ſequitur,quin etiam effectiuę concurrat liberum arbit.ad quodlibet opus uoluntatis noſtrę. Fatemur quippe bonum non eſſe niſi a Deo datore, fatemur inſuper merita noſtra eſſe dona Dei,& data a Deo, præueniente,cooperante, & ſubſequente. Sed non negatur per hoc liberum arbit. concurrere ad merita, nam Deus ex miſericordiam præuenit liberum arbitrium mouendo & miſericorditer cooperatur adiuuãdo.Nempe Deus ad omnem effectum naturalem influit generaliter, ſed ad operationes bonas rationalis

Reſponſio ad authoritates.

creaturę,mirumimmodum concurrit, etiam ſpeciali influxu, & ſic patet reſponſio ad omnes authoritates ſuperius ab hęreticis adductas, uſque ad nonam incluſiue.

Errare facere contingit dupliciter.

Ad.10.dico,quod facere aliquem errare,pariter & indurare, contingit dupliciter, uno modo cauſatiue.i.cauſando errorem, uel indurationem uel pertinatiam ſeu effectiue cōducendo per uiā erroris. Alio modo permiſſiue, & ſic intelligitur, illud dictum Eſaię.ſ. quare errare nos feciſti domine.i.permiſiſti, & eodem modo induraſti cor noſtrum, ideſt indurari permiſiſti, Deus nempe permittit nos errare, & cor noſtrum indurari ſubtrahendo gratiam ſuam, hoc autem per malum uſum liberi arbit. Cum.n.homo non facit, quod in ſe eſt, potius uero reſiſtit illuminationi diuinę, & ſuo male utitur libe. arbit. Tunc Deus ſubtrahit gratiam ſuam,quia facienti quod in ſe eſt,tantum eam liberaliter donat, ſed cum ſubtrahitur gratia Dei ab homine, ipſe nimirum errat & induratur per obſtinationem, & perſeuerantiam in peccatis, & hoc ſiquidem modo errauit Pharao,induratumque eſt cor eius, & ſic patet,quod populus peccans,nō facit Deum authorem peccati & erroris. Nam teſte Auguſtino, Deo authore nemo fit deterior, & ideo cū dicitur, Deus indurauit cor Pharaonis, non debet intelligi poſitiue,ſed priuatiue,quia priuauit ipſum gratia ſua eo quod reſiſtebat eius uoluntati,non dimittendo populum, & male utebatur ſuo libero arbit. quemadmodum enim quilibet faciens quod in ſe eſt, ſe pręparat ad gratiam, ergo oppoſitum faciens ſe pręparat ad continuam eius priuatio-

nem, & tunc dominatur ei diabolus, & ruit de peccato in peccatum, talis autem defectus non eſt ex parte Dei, ſed ex parte hominis ꝓpter eius liberum arbitrium, quo bene & male ualet operari &c.

Ad undecimam dico, quod hic plura occurrunt conſideranda, De operibus enim loqui poſſumus dupliciter, uel quo ad electionem operis, uel quo ad executionem illius. *Prima diuiſio.* *2 diuiſio*

Item duplex eſt influxus ſuper creaturas. Vnus eſt generalis, quo generaliter influit in omnes creaturas. Alter ſpecialis quo peculiariter agit cum aliquibus particularibus perſonis circa aliquos peculiares effectus. Præterea ſciendum eſt, quod Deus erga creaturas libere agit, & contingenter, nulla quidem neceſſitate ductus, quamobrem omnia, quæ agit in creaturis potuiſſet non agere, & poſſet omnes actiones ſuas ſuſpendere, & impedire erga illas, ſi uellet, atque ab uniuerſo opere deſiſtere, & ita ceſſare poſſet Deus ab influxu ſuo, ſuper creaturas, tam generali, quam ſpeciali. Poſſet & unius influxum ſuſpendere, & non alterius, quo agendo, ſcilicet uni & non alteri creaturę. Nam ut ait Paulus Apoſtolus ad Romanos, Quis.n. cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit, aut quis prior dedit ei, ut retribuetur ei? quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Poteſt etiam coagere alicui in principio operis, & cohibere poſtmodum, ne opus illud compleatur. Cum autem nihil fieri poſſit abſq; deo cooperante ſecundum aliquem influxum, conſequens eſt creaturas poſſe a quouis opere impediri ne operentur. Hoc autem di-

ctum eſt de re poſſibili, ideſt ſecundum potẽtiam dei abſolutam.

De generali influxu Dei qui nõ ſuſpenditur unquam. Reuera autem, & ſecundũm ordinem diuinę uoluntatis; generalis influxus dei qui ut prima cauſa concurrit cum agente ſecundo ad omnem actum poſitiuum (ut dictum eſt ſupra) nunq̃ ſuſpenditur ſeu impeditur a Deo uniuerſaliter, quia tunc nihil fieret in uniuerſo. Neq; ſuſpenditur reſpectu perſonę particularis; quantum ad operis electionem, ſic quod homo non poſſit bonum eligere, neq; etiam quantum ad executionem boni, niſi forte propter aliquod ingens peccatum. Cuius ratione perſona illa pertinax demereretur a Deo ut in pęnam, in ipſa ſuſpenderetur, ille influxus, ut liquet de Pharaone, Iuda & alijs. Ordinarie tamen ſemper Deus influit, & quoadiuuat, ut creatura rationalis poſſit bonum eligere, & durãte influxu poteſt ſuccedere operis boni executio, boni.ſ.ex genere, & moraliter, ut dictum eſt. Sed ad opus meritorium nõ poteſt quiſpiam peruenire ſolo generali influxu adſiſtente, quin potius neceſſarius eſt influxus ſpecialis, ſeu ſpeciale Dei donum. Videlicet gratia Dei, quę uocatur cauſa neceſſaria partialis, & principalis ut

Ad opus meritoriũ neceſſaria diuina gratia. perficiatur opus meritorium; Hic autem diuina gratia influxus, nunq̃ denegatur debite petenti, Ideo quilibet eligere poteſt bonum meritorium. Sed iſtud equidem non poteſt aſſequi ſine Dei gratia, & illa inſuper electio non eſt etiam meritoria, niſi facta ſit in gratia.

Sententia etiã Ecchij & oriani. At his uel alijs uerbis, hoc idem aſſerunt Auguſtinus, Hierony. & alij eccleſię doctores, quibus concordãt Ioan. ecchius, & Ludouicus orianus,

ualidiſſimi Lutheranorum hoſtes, ſed modo ad propoſitum redeamus.

Cum.n.inquit Iere. Non eſt hominis uia eius ut ambulet, & dirigat greſſus ſuos, tangit duo. Nam ambulare importat executionem operis, greſſus uero dirigi, dicit directionem ad meritum Vnde ambulare idem eſt quod operari greſſus autem & opera idem ſunt, Et ita reſpōdeo, quod in poteſtate hominis non eſt executio operis, ſic quod non poſſit impediri, immo interdum impeditur, ſępe.n.experimur quod homo deliberat aliquid agere quod efficere non poteſt.

Neq; in libertate hominis eſt, quod opus eius ſit meritorium, quia non eſt ſuę libertatis imperare gratię, ut ueniat ſi non adeſt, & ſic tandem concluditur quod electiones operum ſunt in poteſtate noſtra, nō autem ſemper executiones eorundem, quia nonnunquam poſſunt impediri, liberum igitur arbitrium in electione conſiſtit, nō in executione, & merito operis, & hoc idem confirmat Augu. dicens. Liberum arbitrium eſt facultas rationis, & uoluntatis, qua bonum.ſ.meritorium eligitur gratia aſſiſtente, & malum ea deſiſtente, ut in ſuperioribus habitum eſt, ergo liberum arbitrium eſt circa electionem operum, & non in executione illorum, ad quem ſenſum tendunt uerba Ieremię prophetę &c. Igitur non aduerſantur nobis.

Ad duodecimam dupliciter reſpondetur, quēadmodum duplex eſt conuerſio, actiua.ſ. & formalis, Actiua adhuc duplex ſcilicet principalis, quę Deus eſt, & minus principalis, ſeu inſtrumentalis, quę eſt uoluntas rationalis, quę etiam libe- *Prima reſponſio.*

re & actiue ad hominis conuerſionem cõcurrit.

Et de illa conuerſione actiua & principali loquitur Iere. Dicens. Conuerte me domine, & cõuertar, claret quippe, quod Deus tãquam prima cauſa, ſua generali influentia mouet hominem ad bene operandum, ut conuertatur, nam ut ante diximus, nulla ſecunda cauſa poteſt cauſare uel quicquam producere, prima cauſa non cauſante, uel producente, igitur uoluntas libera non poteſt actiue concurrere ad hominis conuerſionem niſi prius diuina uoluntas, tanquam prima cauſa actiue concurrat, & ſic nihil aliud uoluit dicere propheta, niſi quod Deus eſt principaliſſima cauſa noſtrę conuerſionis. Ideo ſubditque, quia tu domine Deus meus poſtquam me conuertiſti, tuis bonis inſpirationibus mouendo uoluntatem meam tunc per liberum arbitrium egi pęnitentiam peccata dimittẽdo, & conformãdo me uoluntati tuę &c.

2. Reſponſio. Secundo & forte melius de conuerſione formali poteſt reſpõderi, quę eſt fides Chriſti, prout eſt formalis terminus conuerſionis noſtræ; quia quemadmodum forma ſubſtantialis, eſt terminus generationis, quę acquiſita cõpletur generatio, ſic quippe acquiſita fides Chriſti formata, in fidelis quinimmo quilibet peccator dicitur uere conuerſus. *Fides inſuſa acquiſita.* Duplex autem eſt fides. ſ. acquiſita, quę acquiritur ex ueritate alicuius, qui poteſt fallere, & falli, qui tamen non fallit ſed in omnibus uerax eſt, & ideo creditur illi, utpote propheta. Hęc igitur acquiſita fides, cum ſolum reſpiciat, qui fallere poteſt & falli, non reſpicit Deum, fides autem infuſa eſt quoddam lumen ſupernaturale a Deo datum inclinans, & promptum fa-

ciens intellectum, ut firmiter aſſentiat omnibus ueritatibus: quę de Deo exprimuntur in articulis fidei, & hęc fides circa Deum uerſatur, eumq́ reſpicit ut obiectum primum, ſine quo lumine intellectus humanus non aſſentiret pleriſq; ſententijs de Deo in ſacra ſcriptura contentis, uidelicet quod tantum ſit unus Deus, & quod ipſe ſit trinus, & unus, & quod filius ſit a patre genitus, ſpiritus ſanctus uero a patre, & a filio procedens & huiuſmodi, quas lumine naturali ſolo cognoſcere non ualemus, ſed ut talibus aſſentiat intellectus neceſſaria eſt fides infuſa, & hanc fidem uice populi orando petit Ieremias, dicens. Conuerte me domine & conuertar, quaſi dicat da mihi lumen fidei infuſę quo poſſim firmiter aſſentire articulis fidei Chriſti uenturi, & ego conuertar. ſ. firmiter credendo in filium tuum Meſſiam uenturum, quoniam omnes prophetæ, & ſancti ueteris teſtamenti ſalui facti ſunt in Chriſti fide uenturi, ſic etiam orauit Dauit in Pſalmis, dicens, Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. Hæc autem fidęs augeri poteſt, uel quo ad extenſionē, quando ſcilicet plura credenda cognoſcuntur, ita explicite & diſtincte, ut fideles doctores & in ſacris literis inſtituti depręhendunt. Ea enim rudes & ſimplices, uel indocti Chriſtiani, implicite tenentur credere, quicquid ſit quod Eccleſia catholica tenet, uel fides poteſt augeri quo ad intenſionem, quando credenda clarius cognoſcuntur, ac etiam firmius feruentiuſq́ tenentur, & huiuſmodi augmentum requiritur in eccleſia paſtoribus, & pręlatis. Quamobrem Apoſtoli, qui primi Antiſtites in eccleſia Dei poſt Chriſtum fuerunt,

Dupliciter augeri poteſt fides.

Luc. 17.

Hic boſtē.

ditur libe rũ arbit. petierunt utrunq; fidei augmentum, dicentes. Domine adauge nobis fidem, quiſquis itaq; orat pro aliqua re habenda, ſe illam deſiderio proſequi oſtendit. Deſiderium autem ſequitur electio nem, ergo qui orat prius elegit, & deſiderauit rẽ, pro qua facit orationem, ſed ſic eſt, quod liberũ arbitrium oſtenditur in electionem, ut Paulo ante diximus, igitur Ieremias orando pro infuſione fidei, ut poſſet conuerti ad fidem Chriſti, prius ex ſuo libero arbitrio, elegit illud bonum.ſ. oratio nem habere, pro tali fide petenda, & per conſequens non excludit, immo potius probat liberũ arbitrium dari. ſed quoniam fides infuſa nulli negatur, immo prumptus eſt ſemper deus cuilibet prębere debite petenti, hinc infideles non excuſantur, & cum poſtea ſubdit, poſtq; me conuertiſti egi pęnitentiam. loquitur ibi de pęnitentia fructuoſa, quæ fit per gratiam & liberum arbitrium Quare &c.

Duplex ſeruitus. *Duplex homo.* Ad. 13. & ultimam dicitur, quod duplex. eſt ſeruitus.ſ. ſeruitus culpę, & ſeruitus pęnę, inſuper duplex eſt homo.ſ. animalis qui dicitur homo uetus, et rationalis qui nouus homo appellatur. Homo .n. habet in ſe rationem & concupiſcentiam *Rom. 7.* carnis, quæ ſepius aduerſantur rationi, ut inquit Paulus, uideo alteram legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Moueri autem a ratione eſt agere ſecundum rationem, & ſecundum proprium hominis motum. Homo, quippe ſola ratione differt a brutis, moueri autem a carnis cõcupiſcentia, eſt ſecundum eam agere, quod certe non homines decet, ſed bruta potius. Et quemadmodum ille ſe liberum eſſe oſtendit, qui

proprio motu agit, ita per oppoſitum ille habet ſe ad modum ſerui, qui operatur ad nutum, & imperium alterius, homo igitur, quando agit, ſecundum carnalem concupiſcentiam, agit nutu alterius, neglecto naturali rationis uſu ad motum, & ita uidetur ſeruire concupiſcentię, quæ ſæpe in ſacra ſcriptura uocatur peccatum, quoniam inclinat ad peccandum, & ita dum homo agit ad nutum cōcupiſcentiæ quando ſic agit uocatur peccati ſeruus, ſed non ſequitur, iſte nunc agit ſecundum concupiſcentiam, quia complacet ei, ergo ſemper aget ſecundum illam, quia licet nunc ſequatur concupiſcentiam, non tamen ligatur, ut ſemper eam ſequatur, uel ſequi teneatur. Exempli cauſa, quemadmodum aliquis inimicus interdum complacet alteri inimico, ſed non ſemper, quia nōnunquam inſequitur eum. Sic etiam amicus agit interdū, quod eſt placitum amico. Sed non propterea obligatur, ut ſemper ſibi complaceat. immo aliquando increpat eum, ita in propoſito, quotieſcunq; homo neglecto naturali rationis uſu ac motu, ſequitur motum ſenſualitatis, & agit ſecundum concupiſcentiam carnis, tunc uere dici poteſt ſeruus peccati, id eſt concupiſcentiæ, & ad hunc ſenſum forte loquitur Chriſtus. Dicens. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, pro tunc ſcilicet quando agit ſecundum cōcupiſcentiam, & ſequitur motum ſenſualitatis. Sed non propter hoc ligatur, ut ſemper agat, ſecundum carnis concupiſcentiam, & inſequatur ſenſualitatis motum, quia poterit alias repugnare, & operari ſecundum rationem, & cum ſubditur, ſi filius uos liberauerit, uere liberi eſtis, dico

Quō homo efficitur ſeruus peccati.

Pulchrum exemplū.

quod nō loquitur de ſeruitute culpæ, quia peccator poteſt ſeipſum ab hac ſeruitute liberum facere, ceſſando ab actibus imperatis a concupiſcentia. Quia non habet uoluntatem determinatam in malitia, quod etiam ſic ratione probatur.

Pulchra ratio qua homo poteſt ex ſeruo peccati ſe facere liberum. Nulla creatura poteſt ſimul, & ſemel in eodem inſtanti habere plures actus diſtinctos (quia hoc ſolum poteſt, uirtus infinita,) ſed bene ſucceſſiue. Sit ergo exempli cauſa, aliquis homo, qui cuncta letalia peccata cōmiſerit frequenter, Claret qppe quod ipſe non poterit pluribus actibus conſimilibus in eodem inſtanti inſiſtere. Sed dum unū aſſequitur, alterum amittit, ut ſi gulam proſequatur, auaritiam dimittit, & loquor in uno, & eodem inſtanti. Ergo dum intentus eſt gulæ, poteſt ſe continere ab auaritia, uel ab alio crimine, & contra. Et ſic modo ab uno actu, modo ab alio ſe continet, & ſicut ille homo habet libertatem ſe continendi, nunc ab actu gulæ uel per unum diem, ita per multos dies & tempora eandem habebit libertatem quia nō eſt maior ratio, de uno quam de alio, & idem dicendum eſt, de alĳs inclinationibus ad peccata. Et quemadmodum peccator habet libertatem continendi ſe a ſingulis inclinationibus ad peccandum ſeparatim, ita erit in libertate ſua continendi ſe ab illis coniunctim. Voluntas enim poteſt ſuſpendere omnes animæ uires inferiores, ab actibus ſuis, ergo poterit ſeſe ſuſpendere a malo &c.

Ecce qualis & quāta eſt libertas uolūtatis quā impĳ Lutherani impie negant, cum igitur Chri-

Luc. 8. ſtus dicit, qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, & ſi filius uos liberauerit uere liberi eritis, claret.

quod ibi Chriſtus non loquitur de ſeruitute culpę, quam oſtendit ſe habere peccator, dum agit ad nutum concupiſcentię, ſed loquitur de ſeruitute pęnę, id eſt de obligatione ad pęnam, trāſacto, enim actu peccati nihil manet ex peccato in anima, neq; aliquid in peccatore, a quo formaliter dicatur peccator. Quicquid enim eſt in peccatore tranſeunte actu peccati, poteſt manere ipſo iuſtificato, remanet tamen quędam inclinatio & facilior promptitudo ad ſic iterum peccandum, ſed talis inclinatio deleri poteſt per actus oppoſitos. Manet inſuper (quod peius eſt) etiam poſt peccatum in anima, obligatio ad ęternam pęnā, a qua nosmetipſos non poſſumus liberare. Sed Chriſtus filius dei, habuit a patre ęterno poteſtatem nos liberandi per gratiam, dum autem homo obligatus eſt ad ęternas pænas, non poteſt habere actum meritorium, ad quem ſimul cum libertate uoluntatis neceſſaria eſt gratia, quæ quidem gratia, non ſtat cum obligatione ad pęnas ęternas, ſed bene homo poteſt efficere opus bonum moraliter. Quod autem Chriſtus loquatur de liberatione a ſeruitute pænæ patet per uerba, quę Pauloante dixerat, ſcilicet ſeruus autem, uidelicet peccati non manet in domo in æternum, quia licet nunc peccatores cum bonis maneant in domo, id eſt in eccleſia. Non tamen hoc ſeruabitur in ęternum, ut patebit in die iudicij, ubi filius Dei ſeparabit bonos a malis, ſicut paſtor ſeparat oues ab hedis. Et quos liberabit Chriſtus liberi erunt, & quos condemnabit, condemnati erunt, quia poteſtatem habent &c. & ſic patet ſolutio ad ultimam authoritatem adductā, qua- *Matth. 25*

re ſolutæ ſunt omnes &c.

Iterum obijciunt Lutherani.

Pro. 16. PRimo.n.ait Salomon in prouerbijs. Vniuerſa propter ſemetipſum, operatus eſt dominus ergo de ſe nihil boni operatur homo.

Ephe. 1. Secundo Paulus ad Epheſios. Deus operatur oĩa ſecundũ propoſitũ uoluntatis ſuę igitur &c.

Rom. 6. Tertio ille idem ad Roma. Liberati a peccato: facti eſtis ſerui iuſtitiæ, & infra. Scimus quo-
Rom. 7. niam lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum,
Ibidem. uenundatus ſub peccato.

Quarto etiam ille idem Apoſtolus ibidem ait. Nõ.n.quod uolo bonum: hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio &c.

Reſponſiones Catholicę.

AD primam dicendum eſt, quod ſapiens non tollit liberum arbitrium ad bonum: quoniã ut ſupra dictum eſt, deus eſt cauſa prima non cauſata ab alio, & cuius non eſt cauſa efficiens, illius non eſt etiam cauſa finalis. Deus ergo ſicut non habet cauſam efficientem, a quo factus ſit, ita nõ habet ſuperiorem finem ad quẽ ordinetur, ideo eſt omnium rerum principium & finis: quare recte dicit Sapiens: uniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus, & non propter hoc tollit liberum arbitrium ad bonum, immo ipſum dari aſſerit per illud, quod Pauloãte dixerat, hominis eſt animum præparare, & domini gubernare linguam, Quomodo autem animum pręparabit homo ad aliquid peragendum, niſi illius præcedat electio? in electione uere oſtenditur uolontatis libertas. Cũ ergo Salomon dicit, hominis eſt præparare animum, ſupponit cogitationem & ele-

Præparare animum p̃ſupponit lib. arbit.

ctionem boni operis quæ non poſſunt eſſe abſq; libero arbitrio, deinde hoc de ſe clarum eſt, quid eſt.n.animum præparare, niſi ceſſare a peccato & ſe diſponere ad gratiam? quod uero ſequitur, & domini eſt gubernare linguam. ibi loquitur de executione operis quoniam licet (ut ſupra diximus) Electio boni operis ſit in libertate noſtra non ſemper tamen executio illius boni operis, in noſtra ponitur poteſtate &c.

Ad Secundam dicitur, quod ibi Apoſto. Paulus loquitur de prędeſtinatione, & uocatione, ad apoſtolatum, quæ prædeſtinatio & uocatio eſt a Deo præſciente & uolente, uel ſi etiam loquitur de generali prædeſtinatione omnium bonorum, dicēdum eſt quod prędeſtinauit nos Deus, in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum ſecundum propoſitum uoluntatis ſuę, ideſt ſecūdum, quod diſpoſuit in uoluntate ſua, de qua prædeſtinatione in ſequenti tractatu dicetur. Vnde eſt ſciendum, ꝙ quædam caſu eueniunt illa.ſ. quæ ſine præuia conſideratione ſuccedunt, ut ſi quis non præcedente aliqua conſideratione theſaurum inuenerit. Quædam uero eueniunt a conſilio quæ.ſ.præcedente conſilio & conſideratione ſuccedūt. Pręterea aliud eſt agere ex neceſſitate, qui.n.ſic agit, non poteſt non agere, Aliud eſt libere & uolontarie agere, qui autem ſic agit, poteſt etiam non agere, Deus uero nihil a caſu agit; ſed omnia conſilio p̄cedente operatur, nec quicquam agit in creaturis neceſſitate ductus, ſed omnis Dei operatio, circa creaturas libera eſt & contingens, & ita prædeſtinatio, & uocatio, uoluntaria eſt & ſecundum conſilium, ſeu propoſitū uo-

Euenire a caſu conſilio differunt.

Agere neceſſario libere differunt.

lūtatis Dei, & ſic nihil aliud uoluit dicere Paulus, Deus omnia operatūr ſecundum conſilium uolūtatis ſuę.i.nihil operatur Deus a caſu, neq; coacte ſed omnia, prout diſpoſuit in uoluntate ſua, neq; autem ex hoc ſequitur, quod non habeamus liberum arbitrium ut eligamus bonum.

Ad tertiam dicendum eſt, q̄ ibi Apoſtolus loquitur de liberatione a peccato .i. ab æterna pęna. Quid eſt.n. liberari a peccato? niſi liberari ab obligatione ad pęnam æternam, & qui a tali pęna liberatur tenetur poſtea (ne uideatur ingratus) agere ſecundum uoluntatem liberantis Dei, quę uoluntas iuſta eſt.

Ro. 6. Et qui ſponte ſe exhibet ad obediendum alteri, dum obedit, poteſt dici ſeruus illius, ut docet ipſe Paulus ibidem dicens. An neſcitis, quoniam cui exhibuiſtis uos ſeruos ad obediendum ſerui eſtis eius, cui obediſtis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam? Si ergo qui ſponte ſe exhibet ad obediendum alteri, dum obedit, dicitur ſeruus illius, multo magis ille qui ex debito obedit, poteſt dici ſeruus illius, cui tenetur obedire, & quando ex beneficio accepto contrahitur obligatio ad obediendum, tunc dicitur ex obligatione factus ſeruus. Cum ergo peccatū.i.obligatio ad pęnam æternam remittitur alicui, tunc ille ultra debitum naturæ, quo tenetur bene operari; ſpeciali debito obligatur ad iuſte operandū, ne ingratus uideatur Deo, qui peccatum remiſit, Sed ad iuſte operandum ſufficit libertas arbitrij (aſſiſtente ſemper tamen generali influentia Dei) quod etiam ibidem patet. ait.n. idem Apoſtolus, Sicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immun-

ditię.i.peccatis carnalibus & iniquitati.i. peccatis ſpiritualibus(ad iniquitatem hoc eſt ad ueſtrā damnationem ita etiā exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ, Quaſi dicat ita leue eſt, & ita eſt in ueſtra poteſtate,& nō plus laboris requiritur in ſeruitute Dei quæ ducit ad gloriam,quā in ſeruitute diaboli, quæ ducit ad condemnationem, quibus uerbis clariſſime patet.i.quod ſicut per liberum arbitrium poſſumus peccare,Ita per liberum arbitrium ceſſare poſſumus a peccato,& bene ac iuſte operari &c.

Ad aliam immediate ſequentem dicitur,quod illa non probat hominem libero carere arbit. ad bene operandum ſed tantum probat quod ſuaſio & inductio ad peccandum non prouenit a lege,ſed a carne,in qua propter peccatum Adę cōtracta eſt rebellio & pugna aduerſus ſpiritum,in homine quippe eſt ratio & ſenſualitas.Ratio autem in ſcripturis ſanctis interdum uocatur homo interior,aliquando ſpiritus.Senſualitas uero alibi caro,alibi homo exterior dici ſolet,& ille ſiquidē homo qui conformis eſt rationi,quę ſpiritus eſt, ſpiritualis dicitur.eo quia ſecundum rationem uiuit,ille autem qui ſenſualitati conformatur, carnalis uel animalis homo appellatur,cum ergo dicit Paulus,lex ſpiritualis eſt,uult dicere,quod lex eſt rationi conformis,quæ dicitur ſpiritus, & ita non modo prohibet mala opera exteriora, uerū etiam malas concupiſcentias, & ſic intendit probare, quod lex antiqua non erat cauſa inductiua ad concupiſcentias & peccata,ſed potius abhorrebat malas concupiſcentias,quaſi uelit argumētari Paulus, illa lex bona eſt, quæ prohibet con-

cupiſcentias malas, quia in hoc conſona eſt legi naturali & rationi, lex autem Moiſi prohibet cõcupiſcentias malas, quare dixit, non cõcupiſces. ergo eſt bona, & hoc argumentũ his paucis clauditur uerbis, itaq; lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum, & ſic patet quod lex neq; Moyſi, neq; Chriſti, poteſt dici cauſa inducens ad peccãdum, cum autem ſubdit, ego autem carnalis ſum, manifeſtat cauſam quæ inducit ad peccatum, & loquitur uice cuiuſcũq; hominis. tam eorum qui in hac uita ſunt in gratia quam illorum, qui ſunt in peccato, & uult dicere, quod cauſa inductiua ad peccandum non eſt lex Moyſi, neq; Chriſti lex, neq; ratio, ſed concupi-

Ad Gal. 5. ſcentia carnis, quæ repugnat rationi ut ad Gala. ait. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum .i. rationẽ, & ſpiritus aduerſus carnem, et licet quilibet à ſua concupiſcentia tenetur ac conſuetudine & aſſuefactione efficiatur ad uitia procliuior adeo ut cũ difficultate reſiſtat: non tamen cogitur ad peccãdum, ſed per ſuum liberum arbit. poteſt ſuę concupiſcentiæ reſiſtere. Niſi.n. poſſet peccator concupiſcentiæ reſiſtere, cum ſemper caro concupiſcat aduerſus ſpiritum ſemper ſecundum carnis deſiderium operaretur, cuius tamen oppoſitum experimur.

Hic oſtenditur manifeſta hominis libertas. Plerũq;.n. caro ſomnum cõcupiſcit, ubi homo uigiliam eligit, carne inſuper deſiderante dulcia, ſepe ſumimus amara. Nonnunquã etiam caro appetit cibum, nos tamen abſtinentiam eligimus. Et talia id genus experiuntur homines: niſi quippe poſſet peccator concupiſcentię reſiſtere, quomodo Magdalena, q̃ erat in ciuitate peccatrix:

carni

carni frena impoſuiſſet, quæ tamen ſpiritu, & ratione ducta, nouit peccati turpitudinem, decreuitq; nullo modo deinceps carnis concupiſcentiam ſequi. Item niſi liberum arbitrium haberemus, quo reſiſtendi concupiſcentiæ nobis adeſſet facultas. Ad quid Chriſtus dixiſſet adulteræ. Noli amplius peccare. Non ergo cogitur ratio a carnis concupiſcentia. Sed quoniam repugnantia carnis aduerſus ſpiritum: ortum habuit a peccato actuali, ſeu originali Adę, Ideo Paulus ſubdit, uenũdatus ſub peccato .i. cauſa quare caro præliatur aduerſus ſpiritum fuit peccatum primi hominis. Adam.n. libero arbitrio dotatus, potuiſſet ſenſualem cõcupiſcentiam rationi uſq; adeo ſubijcere, ut eam ſemper uincere poſſet, et ita potuiſſet nunq̃ peccare, & ſenſualitate q̃tumlibet, contra nitente ſemper ratio fuiſſet uictrix; fuit etiam Adam dotatus quodam incredibili, & ſupernaturali dono, quod iuſtitia originalis uocabatur, cuius beneficio ſenſualitas radicitus a murmure illo ſuſurrationeue deſiſteret; & omnes inferiores potentiæ rationi obedirẽt, & neq; inuiſum ſenſualitati foret, rationi ſubijci & parere. Adam uero quando illud accepit donum, ſeſe obligauit, & ſucceſſores ſuos oẽs in oĩbus obedire Deo, & ita omnes tale donum aſſecuti fuiſſent .ſ. iuſtitiam originalem ſi ipſe nõ peccaſſet, ſed modo Adam in primo bello turpiſſime uictus eſt, comedens cõtra ſtatutum domini de pomo uetito, & ita ſalutare illud donum in ſuam ſuorumq; ſucceſſorum perniciem deperdidit, quo deperdito ſenſualitas ipſa longe ualẽtior aduerſus rationem inſurrexit, & propter naturalem connexionem cum corpore difficillimum eſt, animam nõ condelectari car

Efficax ratio pro li. arbit. in Luthera.

ni, in concupiſcentijs carnalibus, & licet ſit difficultas ex una parte, eſt etiam facilitas ex alia parte, ut infra uidebimus & ſit tandem patet quod ratio non poteſt cogi a ſenſualitate, immo ſæpe ipſa per liberum arbit. dominatur ei. quare &c.

Ad quartam & ultimam dicendum eſt, quod ibi apoſtolus Paulus oſtendit, inconſtantiam & mutabilitatem uoluntatis noſtræ, unde ratio non poteſt uſque adeo impugnari, uel impelli a ſenſualitate, ut deperdat illud quoddam ſibi connaturale. Connaturale autem & congenitum, ac proprium eſt rationi perſuadere, & inducere ad bonum, et deteſtari malum, ſenſualitas autem flectit ad oppoſitum. inde Apoſtolus. uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę, ſcilicet rationis, uoluntas autem quę libera eſt, poteſt reſpicere rationem & poteſt etiam reſpicere ſenſualitatem: quãdo autem reſpicit rationem deteſtatur malum, & uult bonum, ſi uero reſpicit ſenſualitatem tunc aut eſt conſtans cum ratione, aut mutat propoſitum. Si, eſt conſtans, tunc quod uoluit bonum operabitur, ſed ſi non eſt conſtans cum ratione, tunc uoluntas ſequitur impulſum ſenſualitatis, & mutat primum propoſitum & ita quod prius ſequendo rationem uoluit bonum, non operabitur ſequendo ſenſualitatem, & malum quod prius ſequendo rationem noluit, poſtea ſequẽdo ſenſualitatem operabitur illud, ergo non proueniet ex neceſſitate, ſed ex inconſtãtia, & mutabilitate liberæ uoluntatis, quæ quidem mutabilitas arguit ipſius uoluntatis libertatẽ, tam ad bonũ, ꝗ̃ ad malũ & ſic intelligũtur uerba Apoſtoli (quod uolo bonum). ſ. ſecundum rationem non operor, quia ſequor ſenſua-

Rom. 7.

Reflectit Paulus in Lutheros.

litatem(Et quod nolo malum) per uoluntatem, & rectam rationem, illud facio per ſenſualitatis impulſum,et ſic patet ſolutio ad omnes authoritates. Sed quid modo dicent Lutherani, ac eorũ fautores, nũquid de libero arbitrio ulterius contendere uolent? Nunquid & contra ipſum tam nequiter ſcribere audebunt? certe & his rationibus ac ſcripturarum teſtimonijs ſe uictos eſſe, & ſi non uerbis, ſaltem corde & animis fateri cogẽtur, ſed ut uerum fatear, ego equidem arbitror, quod Deus hunc modernorum hęreticorum errorem alias in concilijs ſanctis damnatum, contra quem etiam luculenter, & doctiſſime ſcripſit diuus Auguſt. non ſine rationabili cauſa, nuper in eccleſia tandiu durare permiſerit, Et hoc malum ſemen in campo regni ſui fore ſeminatum. Tum ob fidelium probationem. Tum ob fidei firmitatem, tum deniq; ob maiorem ſcripturarum elucidationem. Scit nempe Deus interdum, ex malo etiam elicere bonum. Nonne quippe Lutheranorum cauſa, ſcripturæ apertæ ſunt? quæ prius una cum clariſſimis earũ expoſitoribus, utpote Aug. Hiero. Greg. Ambro. Griſoſt. & alijs, clauſę erãt, necnon in bibliothecis coopertę pulueribus morabantur. Siquidem animi, ora, & doctorum labores, ac ipſorum ingenia, circa Ariſtotelẽ, Auerrois, Bachonem, Thomam. Scotum, Ochan, & eorundem queſtiones tantũ intenta erant, Nõne inſuper nuperrime conciones erga animarum ſalutẽ, ualidiores, ac fructuoſiores fiunt? Agamus igitur gratias Deo, pro tali munere, quem etiam rogare tenemur, pro Lutheranorum ſalute, ut & ipſi ueritatem agnoſcant, & conuertantur. Nos quippe cauſa extirpandi eorum errores, Bibliam

Pulchra authoris digreſsio.

amplexi ſumus, ſacras literas prædicamus, quibus etiam omnes Chriſticolæ operam nauare nituntur, & de illis libentiſſime diſputãt, & loquũtur. Epiſtolas Pauli Apoſtoli ſecum ferunt, iugiter Bibliam legunt, necnon diuinarum ſcripturarũ cõcionatores aſſidui audiunt. Ecce igitur qualiter diuina uoluitur ſcriptura? Ecce quot ſcripturarum authoritates, quæ obſcuræ erant, elucidantur? Ecce tandem quomodo ſenſus diuinarũ literarum aperiuntur? Quibus nihil dulcius, nihilue iucundius haberi poteſt &c.

Concluſio Quinta.

Licet homo ſuis naturalibus per liberum arbitrium poſſit opera moraliter bona efficere, peccatum mortale nouum cauere, tentationibus reſiſtere, & facere quod in ſe eſt, ſeq; diſponere ad Dei uocantis gratiam capeſſendam, ex ſola tamen libertate arbitrij, ſtante etiam generali influentia Dei, ſine gratiã gratum faciente nequit homo a peccato reſurgere, bonum meritorium operari, diuinaq; ſeruare mandata, ſecundum magni legislatoris Dei intentionem, minusue æternam mereri mercedem &c.

Prima pars cõcluſionis, quæ Manicheis ſimul & Lutheranis opponitur, patet ex dictis in primo tractatu, Secundam partem (quę pellagianis aduerſatur) omnes tam Catholici quam recentiores hæretici concedunt, Ideo non opus eſt eam probare.

Catholicorum obiectio.

SI homo ſuo libero arbitrio, ſtante ſola generali influentia Dei poſſet moraliter bene agere. peccata fugere, tentationibus reſiſtere, & præcepta perficere, facere quod in ſe eſt, & tandem ad gratiam ſe diſponere, fruſtra & inanes eſſent prę

ces Eccleſiæ, quibus oratur pro uictoria in tentationibus, pro fugiendis uitijs, pro continẽtia, pro temperantia, pro cæteris uirtutibus, pro præceptorum obedientia, pro periculis uitandis, & ſimilibus, fruſtra etiam docuiſſet nos Chriſtus orare, cum dixit, ſic orabitis, Pater noſter qui es &c. *Matth. 6.*
Inanes inſuper fuiſſent orationes Prophetarum & Apoſtolorum, Dauid nempe orabat. d. Auerte oculos meos ne uideãt uanitatem, Item deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, & alibi, Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam, ut alia quam plura miſſa faciam, Pręterea Chriſtus pro ſuis diſcipulis orabat. d. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, ut ſint unum ſicut & nos unum ſumus, Si ergo diſcipuli per eorum liberum arbitrium ſeruare ſe poterant, ſtante ſola generali influentia Dei, quę eſt prima gratia gratis data, ſpeciali modo homini aſſiſtens, cur Chriſtus pro illis orabat? cur & ipſi orabant? cur & nos oramus? cur etiam pro nobis quotidie fiunt orationes ab Eccleſia? *Pſal. 118.* *Ioan. 17.*

Nã Auguſtinus de natura & gratia ait, Quid ſtultius quam orare ut facias quod in poteſtate tua habes? & in Epiſtola centeſima ſeptima contra Vitalem hęreticum, Prorſus inquit non oramus Deum ſed orare fingimus ſi nos ipſos non illum facere quod oramus credimus, Et ille idem alibi ait, Nulla fit oratio ubi noſtra uoluntas ſufficit agere igitur &c. *Auguſtin. de natura & gratia c. 18.*

Reſponſio prima.

AD hæc omnia poteſt plane reſponderi, quod pro his omnibus quæ dicta ſunt orat Eccleſia, orant & prophetę fideles, non ut illa dentur ſimpliciter, Sed ut eo modo

dentur,quo nobis proficiant ad uitam æternam, Sic.n.ea habere non poſſumus uiribus noſtris, ſine gratia gratum faciente, ſine qua mereri uitam æternam minime poſſumus, Nec pro aliĳs orare licet,ut ſcilicet obediant Deo, ſeruent præcepta, niſi ut illis ſeruatis mereantur uitam ęternam, Sic ergo oramus Deum pro uictoria in temptationibus,pro uitandis uitĳs,pro continentia,pro temperantia, & cæteris uirtutibus, non ſimpliciter, ſed pro ultimo fine acquirendo qui Deus eſt, & hoc quidem modo nihil habere poſſumus niſi a ſolo Deo, diuina ſua anteueniente gratia gratificante & cętera.

Alia reſponſio.

Prima cōſideratio. POſſumus etiam alio modo reſpondere, ſed prius aduertendum eſt quod multa operatur Deus ſupernaturaliter, quæ limites naturæ non excedunt,nam Apoſtolis ſcientia multarum rerum naturalium quam naturaliter acquirere po-

Matth. 8. tuiſſent infudit, Non nullos ab infirmitatibus liberauit a quibus etiam natura liberari potuiſſent,

Ioan. 6. ut ſocrum Simonis a febre,ita ſatiauit quinq̧ millia hominum paucis panibus, qui naturaliter cibo ſumpto ſaciari potuiſſent, & ſic de aliĳs ſimilibus.

2.conſideratio. Secundo conſiderandum eſt, quod licet uoluntas noſtra ſit libera, & cogi non poſſit, ut in præcedenti libro ſatis abunde oſtenſum eſt, pōt tamē uariĳs modis ad uaria uolenda uel nolenda incitari,trahi,& perſuaderi, Quibus & ſi non cogatur, aut neceſſitatudinem patiatur, non nunq̄ tamen niſi cum magna difficultate non reſiſtit, Licet enim ſuapte natura inclinetur ad bonum tamen interdum ſeducitur, alias errore intelle-

ctus,operãte malorum ſatore diabolo, alias ille cebras ſenſus cui coniuncta naturaliter eſt, alias terrore aut blandimentis huiuſce ſeculi circunſtã tibus,quæ omnia ad malum trahunt. Quis enim fraudes & fallacias ſpiritualium nequitiarum diaboli, eiuſq; tentationes occultiſſimas deprehendere ualet? Quis ſe de pugna ſenſus continua ſuſtinere, & ad carnis inclinationem ſemper auertere? Quis tot mundi laqueos euadere poteſt? & hoc accidit quoniam peccato originali uulnerata eſt uoluntas in ſua naturali potentia, & licet ſimpliciter ſit libera tamen prona eſt ad malum ab adoleſcentia,propter ſenſus rebellionem, & rationis errorem, Senſus nempe aduerſatur rationi, Apoſtolo teſte qui ait Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę & captiuantẽ me in lege peccati, Et idem ad Galath. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum ſpiritus aduerſus carnem, Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, ut non quæcunque uultis illa faciatis, Propter hæc uoluntas mutabilis eſt & inſtabilis, & ex peccati fomite infirma, ac uulnerata, prona ad malum, Difficilis ad bonum. Quamobrem Beatus Bernardus Sermone ſeptimo de aduentu domini, Triplici (inquit) incommodo miſerabiliter laboramus, nam faciles ſumus ad ſeducendum, debiles ad operandum, & fragiles ad reſiſtendum, ſi diſcernere uolumus inter bonum & malum, decipimur, ſi tentamus facere bonum deficimus, ſi conamur reſiſtere malo tunc deijcimur & ſuperamur, hæc ille, Ideo in adiutorium uoluntatis, ut delectabiliter, & expedienter, ac facile uelit, cooperantur habitus infuſi,

Margin notes: Gen. 8. — Rom. 7. — Gala. 5. — Bernar.

& acquiſiti, Vnde ob id ordinauit Deus angelorum cuſtodiam contra tot laqueos, & fraudes, ac inſidias diaboli, Nec præterea ſuam deponit Deus ſuper nos curam, quæ ipſi eſt de nobis, ut
1. Pet. 5. Petrus ait. in Epiſtola canonica, Paulus quoq; ad
1. Cor. 10. Corinthios inquit fidelis autem Deus eſt qui nõ patietur nos tentari ſupra id ꝙ poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut poſitis ſuſtinere, Orandus igitur eſt Deus, in omnibus operibus noſtris, ut rationem illuminet ne erret, uoluntatem refrenet, ne a ratione diſſentiat. Vires animæ roboret, ut imperata, opere perficiat, Inimicorum fraudes ſubmoueat, ne nos capiant, feritatem cohibeat, ne præualeat, Mala cuncta remoueat, Cunctaq; tribuat bona, Nemo quippe ſua induſtria tot corporis pericula euaderet, multo minus animæ, Ideoq; orationi uacandum eſt ac gratiarum actionibus pro continuis beneficijs Dei, quibus miſericorditer nos reſpicit, fouet & cuſtodit, Quare ad rationes dicitur quod preces caſſæ non ſunt, Quoniam & ſi multa poteſt liberum arbitrium ſine gratia gratum faciente, raro tamen uel nunquam operatur ſecundum omnes ſuas uires, propter difficultates & impedimenta prædicta, Quamobrem indiget ſpeciali auxilio diuinę gratię gratificantis ideo &c.

Author cõcludit propoſitum,

COMPENDIVM RESOLVTVM totius materiæ. De libero arbitrio.

TRiplex eſt nobis à deo collata libertas.ſ.naturæ gratiæ,& gloriæ,Libertas naturę eſt libertas a neceſſitate & coactione, qua uoluntas eſt ſemper libera,neq; eam amittere poteſt,quia a nullo unquam cogitur, Libertas gratiæ eſt libertas a peccato quæ nobis data eſt per Chriſtū in ſuo primo aduentu,ibi Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi. Libertas glorię eſt libertas ab omni, tam corporis quam animæ miſeria, quam in ſecundo Chriſti aduentu conſequuturi ſunt illi, qui uocem illam merebuntur audire, Venite benedicti patris mei poſſidete uobis paratum regnum &c. De quibus Ioannes in Apoc. ait Abſterget Deus omnem lachrimam ab oculis ſanctorum &c. Neceſſe eſt igitur dari liberum arbitrium quo ad naturam, quo ad gratiam, quo ad gloriam, Quo ad naturam iam ſufficientiſſime oſtenſum eſt ſupra quoniam liberum arbitrium eſt liberum uelle uel liberum iudicium, Tale autem eſt homini connaturale, Præterea ubi homo ibi cognitio ubi cognitio ibi memoria, ubi memoria ibi uoluntas, ubi uoluntas ibi electio ubi electio ibi conſilium, quoniam electio eſt pręconſiliata uoluntas, ubi conſilium ibi prudentia, Ad ubi prudentia quæ eſt recta ratio rerum agibiliū ut operans, ſuum conſequatur finem per intelligere uelle & operari, ibi coactio adeſſe non pōt, ſed naturalis libertas, Igitur & cęt. Libertas quo ad gratiam claruit in primo homine, Adam .n.

Triplex libertas.
Ioan. 1.
Matth. 25.
Apoc. 21.
Validū argumentū.

Quinque hanc libertates. ante peccatum in ſtatu innocentiæ, quinq; habuit libertates, Erat.n. liber, a morte. Peccato, diabolo, Inferno, & ab omnibus corporis miſeriјs, & calamitatibus, ſed poſt cõmiſſum peccatum, prima innocentia deperdita, una cum cæteris deſcendẽtibus eius, has libertates amiſit adeo ut per inobedientiam ſeruus efficeretur, primo mortis cui dixerat dominus Terra eſt et in terrã Gen.3. reuerteris, Secundo peccati iuxta illud, Qui facit Ioan.8. peccatum ſeruus eſt peccati, Tertio diaboli, iure proprio cui ſe ſponte in ſeruitutem dedit, obediendo ei magis quam Deo, Quarto inferni in quo omnes patres ueteris teſtamenti ueluti ſerui paterna hæreditate priuati, in ſpe morabantur, Quinto ſubijci meruit omnibus infirmitatibus corporis, At Chriſtus in ſuo primo aduentu reſurgens a mortuis, has deperditas libertates recuperauit liberans nos primo a perpetua morte, Oſeæ.13. occidens eam, iuxta illud Oſeæ, Ero mors tua o 1.Cor.15. mors, & Apoſtolus Vbi eſt mors uictoria tua? ubi eſt mors ſtimulus tuus? Ideo Chriſtus cum Matth.9. de morte temporali loqueretur dicebat. Non eſt Ioan.11. mortua puella ſed dormit, Item Lazarus ami- Theſſa.4. cus noſter dormit, Idcirco Apoſtolus mortuos, dormientes appellat, Dicens Nolo uos ignorare de dormientibus, &c. propter eorum futuram reſurrectionem. Secundo liberauit nos a poteſtate diaboli, ibi nunc iudicium eſt mundi, nunc Ioan.12. princeps huius mundi eijcietur foras, Rurſus cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum &c. Luc.11. Tertio ab inferno, ibi, Ero morſus tuus o in- Apoc.21. ferne & ideo in Apocalip. Vidi inquit angelum deſcendentem de cęlo habentẽ clauem abyſſi & cathenam magnam in manu ſua & appręhendit

draconem ſerpentem antiquum, qui eſt Diabolus & ſathanas, & ligauit eum per annos mille, Quarto liberauit nos a peccato ibi, qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, Sed ſi filius uos liberauerit uere liberi eritis, Iuxta illud Ioannes in Apocalypſi Christus dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris i ſanguine ſuo, cui fauet illud ꝙ Apoſtolus ait, Per peccatum damnauit peccatum, ideſt per pęnam peccati quam tulit in corpore ſuo damnauit culpam peccati, quę in nobis erat. Præterea Adam ante peccatum erat amicus Dei filius & heres, ſed per inobedientię crimen, effectus eſt inimicus, ſeruus, exul, æterna hereditate priuatus, Chriſtus autem per baptiſmatis ſacramentum & fidem, facit ut ſimus filij Dei, denuo renati, amici, & hęredes, ideo hanc amicitiam, & hæreditatem, ac filiationis deperditam libertatem recuperauit, hijs igitur omnibus libertatibus, per Chriſti gratiam homo gaudere meretur ſine quibus nullum opus meritorium efficere poteſt, Quare libertas quoad gratiam neceſſaria eſt, Non ſumus ergo filij ancillæ, ut inquit Apoſtolus ſed liberæ, qua libertate liberauit nos Chriſtus, In ſecundo uero aduentu Chriſtus liberabit nos ab omni miſeria, calamitate, ac corporis pęna, ut Ioan. ſupra teſtatus eſt .d. Non eſurient neq; ſitient amplius, Neq; cadit ſuper illos ſol, neque ullus ęſtus, quoniam priora tranſierunt, & hæc eſt libertas ad gloriam, ex his igitur clare conſtat, dari liber arbit. quo ad naturam, ante Chriſti aduentum, & uſq; in finem, quo ad gratiam in primo ipſius aduentu, In ſecundo uero quo ad gloriam. ſeu gloriæ plenitudinem &c.

Ioan. 8.
Apoc. 1.
Rom. 8.
Gala. 4.

Sed his non obſtantibus hanc triplicatam li-
Primum exemplū. bertatem etiam multis exemplis demōſtrare co
nabimur, Infirmus.n.cupit ſanari ſed non poteſt
a ſe ipſo, indiget ergo medico, pariter & medici-
nis, Sic qui ſpiritualiter egrotat.d. Ego uellem
bona operari, diligere inimicos, Dei pcepta ſerua
re, ſed non poſſum, Cum enim dicit uellem exire a
peccato, bene agere, ſuam naturalem libertatem
ingenue fatetur, Cum uero dicit non poſſum ſuæ
indigentiæ, ac libertatis infirmę, fidem facit, ſuper
ueniente autem diuina gratia, ſtatim liberatur,
non ſolum a peccato uerumetiam a uoluptate,
complacentia, ſimulq; ab inclinatione peccandi,
ut patet de apoſtolo Paulo, qui ante conuerſio-
nem blaſphemus erat & fidei perſecutor., At in
1. Cor. 15. eo diuina clareſcente gratia, clamat, Gratia Dei
Rom. 7. ſum id q̄ ſum. Et ſi dicas, Adhuc Paulus poſt ſu-
ſceptam gratiam dolet dicens, Video aliam legē
in membris meis repugnantem legi mentis meæ,
& alibi, Quod uolo bonum non ago, Sed q̄ no-
2. Exēplū. lo malum hoc facio, Dico quod ſi quiſpiam eſſet
capite infirmus, Simulq; uulnera in pedibus ha-
beret, nonne medicus uellet prius capiti mederi
quam pedibus, ita Chriſtus uidens totum homi-
nem infirmum quod ad corpus, & animam, de-
cuit primo ſanare animam quam corpus, a pec-
cato, & uoluptate peccandi, ac mala uoluptatis
intentione, in hoc primo ſuo aduentu per gratiā,
In ſecundo uero aduentu ſanabit corpus ab om-
ni miſeria ut ſupra habitum eſt, per quatuor ſpe-
ciales dotes, ibi, Seminatur corpus animale reſur
get ſpirituale, Seminatur in ignobilitate reſurget
in gloria, Seminatur in infirmitate ſurget in uirtu-
te, Seminatur in corruptione ſurget in incorru-

ptione, ut ſit totus homo ſanus & glorioſus in æterna fęlicitate, libertas igitur naturæ gratiæ & gloriæ eſt nobis ualde neceſſaria.

Libertas naturæ gratiæ & gloriæ ne. neceſſaria

3. Exẽplũ.

Pręterea ſi quis tirannum in domum ſuam haberet q toti domui dominaretur, & rogaret principem ut liberaret eum a tiranno, Dicat autem ei princeps, nollo ut tirannus amplius dominetur tibi, uolo tamen ut remaneat in domo tua, Sic ad dei nutum remanſit tirannus carnis noſtræ ad exercitium, ut homo abundantius mereretur, ſed dominari non poteſt, niſi conſentiente uoluntate, quemadmodum remanſerunt Iebuſei & philiſtæi in confinibus regni iudęorum, ad eorum exercitium ne ſuperbirent, non tamen dominabãtur eis, Voluntas.n.ſemper eſt libera, quia non cogitur nec neceſſitudinem quãpiam patitur, licet nõ ſemper utatur ſua libertate, quoniam nõ ſemper proprio motu.ſ. intellectus mouetur, Sed crebro ad nutum alterius uidelicet ſenſus operatur, nũquam tamen uoluntas ſuam deperdit libertatem quam habet ad bonum licet ad id interdum inclinationem amittat, exemplo de febricitãte qui ob nimium febrium æſtum inclinatur ad bibendum aquam, uel uinum quod ei contrariatur, non tamen neceſſitatudinem patitur nec cogitur, Sanitate autem recuperata, non amplius regnat in eo huiuſmodi inclinatio, Sic homo peccator, dum eſt peccatorum ſordibus inuolutus inclinatur ad malum, conſuetudinemq; ad bonum amittit, factus autem per Dei gratiam ſpiritualiter ſanus, uoluntas efficitur libera, ut ſalubres operationes liberius efficere ualeat, ut alio exẽplo clarius oſtenditur, Si.n. quiſpiam per aliquam corporis infirmitatem uſum uiſus, uel guſtus, ſeu

4. Exẽplũ.

5. Exẽplũ.

auditus perdiderit, non tamen ob id proprium ſenſum uel organum amittit, Ita homo peccato mortali obnoxius per huiuſmodi peccatũ, eiuſdemq; conſuetudinem ad bene operandum inclinationem amittit, non tamen libertatem ad illud, & queadmodum medicina, ſanat a mala corporis diſpoſitione, ita diuina gratia, a praua uoluntatis inclinatione, Gratia igitur plurimum fauet libero arbitrio, Et ſi dicas inclinatio ad bonũ cum ſit finita poterit per habitum malum tota auferri, concedo, terminatiue non autem radicaliter ſeu fundamentaliter, Sunt igitur duo nobis neceſſaria. ſ. doceri & adiuuari, Lex uetus docebat malum eſſe fugiendum, quoniam per legem
Rom. 3. (teſte Apoſtolo) cognitio peccati dicendo. Non mechaberis, Non furtum facies, Vide maculam quam habes in facie ideſt peccatum in conſcientia exiſtentem, ſed non lauabat, Proinde per le-
Rom. 5. gem augebatur malum, ut ille idem Paulo poſt ſubdit, Lex ſubintrauit ut abundaret delictũ quoniam lex prohibendo mala oſtendebat peccata, oſtendendo peccata, irritabat concupiſcentiam, nec conferebat gratiã, & ideo ex lege ſecuta eſt peccatorũ multiplicatio, Cum. n. medicus uetat uinum augetur deſiderium bibẽdi in infirmo, ſic ſpiritualiter, cum prohibetur malũ concupiſcentia ad id maior efficitur iuxta illud, Nitimur in uetitum ſemper cupimuſq; negata.

Præterea propter primum inobedientiæ crimen homo erat ſub diaboli tirannide & merito quia reliquerat uerum dominum, Lex autem Moyſi non poterat eum liberare remanſerat tamen ſemper libertas naturæ, Sed quemadmodum non ſufficit medicum dicere infirmo, Noli

bibere uinum quia contrariatur tibi, ſed oportet ut præbeat medicinam ad malam corporis diſpoſitionem expellendam, Sic non ſufficiebat ut lex Moyſi clamaret caue a peccato, At neceſſario fuit ut ueniret lex Chriſti, qui in ſuo primo ad uentu ſanaret hominem quo ad animam, in ſecundo uero aduentu quo ad animam pariter & corpus quoniam lex per Moyſem data eſt, gratia autem & ueritas per Ieſum Chriſtum.

DE PRÆDESTINATIONE, tertia literaria pugna. Concluſio Prima.

DEVM ESSE Omnimodam cauſam uniuerſalis prædeſtinationis noſtræ, ſemota quacunq; alia creata cauſa, tũ rationibus, tum ſcripturarũ teſtimonijs negare cõpellimur, licet diuina uoluntas ſit principalior cauſa tam pręg pdeſtinationis, q̃ ut quilibet adultus uitam conſequatur æter nam cum qua etiam libera hominis uoluntas uelut cauſa inſtrumentalis effectiue concurrit.

Pro declaratione, ac maiori huius concluſionis probatione, notandum eſt primo, quod pro- ut ſcripturarum ueritas atteſtatur, Deus cognoſcit omnia, præſentialiter, ſimul, perfecte, & immutabiliter. hæc enim quinq; particulæ ſunt a nobis ſigillatim declarandæ. *Primũ pulcherrimũ notabile.*

Primo, Deus cognoſcit omnia, quod liquet teſtimonijs, tam ueteris quam noue legis, Salomon enim ait. Opera omnis carnis ſunt coram illo, & non eſt quicquam abſconditum ab *Eccle. 39.*

oculis eius. Et ibidem nunquid uir habitauit in
abſcondito & ego non uidebo eum? &c.

Pſal. 43. Pręterea nonne Deus requiret iſta? inquit pro
Pſal. 39. pheta ipſæ enim nouit abſcondita cordis, & ille
idem, intelligite inſipientes in populo, & ſtulti
aliquando ſapite, Qui plantauit aurem non
audiet? aut qui finxit oculum non conſiderat?
& alibi ſi aſcendero in cęlum tu illic es, ſi deſcen-
dero in infernũ ades, & ſi ſumpſero pēnas meas
Pſal. 139. diluculo et habitauero in extremis maris, etenim
illuc manus tua deducet me, & tenebit me dex-
tera tua &c.

Eſaie. 29. Rurſus Eſaias ait, Vę q̃ prudentes eſtis in ocu-
lis ueſtris, ut a domino abſcondatis conſilium.

Iere. 23. Proinde dominus per Ieremiam hoc idem te-
Iere. 66. ſtatur dicens Cęlum & terram ego impleo, ſci-
licet per eſſentiam præſentiam & potentiam, &
infra Cęlum mihi ſedes eſt & terra ſcabellum pe
dum meorum.

Matth. 6. Denuo dominus in euangelio Matthe. uolens
Luc. 8. & oſtendere Deum omnia uidere & cognoſcere in-
11. quit, Pater tuus qui eſt in abſcondito, uidet te, &
reddet tibi, & alibi nihil abſconditum quod non
reueletur: & cætera.

1. Cor. 4. Inſuper Apoſtolus ad Corinth. ne ante tem-
pus iudicetis, donec uenerit dominus, qui illuſtra
turus eſt occulta tenebrarum, & patefaciet con-
Rom. 4. ſilia cordium, & ille idem ad Ro. uocat ea quæ
non ſunt, tanq̃ ea quæ ſunt, & rurſus ad hębre. ait
omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.

Salomon quoq; hoc idẽ concludit dicens, Scit
omnia, & intelligit ea: igitur Deus cognoſcit oĩa,
quod etiã ratione ꝓbatur. Nã ex generali oĩum
conſenſu conceditur, Deũ eſſe ubiq; per eſſentiã,
quoniam

quoniam eſſe ſuũ dat eſſe omnibus rebus oĩaq́ ſuſtentat per potentiam, quia ubiq́ eſt & operatur, per p̃ſentiã quia oĩa uidet, ergo Deus q̃cũq́ fuerunt apud nos, ſunt, & erunt, cognoſcit. *Sap.9.*

Secundo dico, Deum omnia cognoſcere præſentialiter, quoniam apud Deum nullum eſt tempus preteritũ, nullumq́ futurum, ſed omne tempus eſt ſibi præſens, ut patet per illud Apoſtoli ſuperius allegatum. ſ. omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, item Ioannes quod factum eſt in ipſo uita erat, ergo omnia anteq̃ fierent per ſimilitudinem idealem erant in mente diuina, ita q́d Deus ab æterno clare uidebat ac præſentialiter cognoſcebat quæcunq́ nunc uidet & cognoſcit, nec plura nec pauciora, & ſic omnia quæ ſunt nobis præterita, pręſentia & futura (etiam ante mũdi conſtitutionem) erant clara in uiſione Dei quæ omnia præſentialiter uidebat, & cognoſcebat, ſicut & nunc, & ex cõſequenti clare liquet quod apud Deum nullum eſt pręteritum nullum ue futurum. Sed omnia ſibi pręſentia ſunt, quod etiam per clariſſimum exemplum poteſt oſtendi. Ponamus igitur gratia intelligendi hanc difficultatem, quod omnia quę dicuntur nobis futura, ſint inter Bononiam & Ferrariam, illa autem omnia quæ præſentialiter ſunt, claudantur inter limites & muros ciuitatis Ferrarię tantum, illa uero omnia quæ præterita ſunt ſint inter Ferrariam & ciuitatem Venetiarum. Hoc ſtante patet quod oẽs habitatores ciuitatis Ferrariæ tantum uident ea quæ p̃ſentia ſunt, quoniam extra limites & muros illius ciuitatis nequeunt uidere. At ſi eſſet unus oculus eleuatus in aere, qui poſſet clare uidere totum ſpatium a ciuitate Bononiæ uſq́ ad

Quõ deus ẽ ubique.

Ioan. I.

Nota pulchrũ exẽplum.

ciuitatem Venetiarum incluſiue, tunc abſq; ulla animi ambiguitate clariſſime conſtat, quod oculus ille clare, ac præſentialiter intueretur omnia, quæ ſunt nobis præterita & futura, ſic in propoſito nos uidemus tantum ea quæ ſunt in his inferioribus, & quæ claudũtur ſub noſtro hemiſphærio uelut res præſentialiter ſe habẽtes coram oculis noſtris. Illa autem quæ ſunt futura, quæ nondum peruenerunt ad noſtrum orizonta, ſeu hemiſpherium. Pariter & ea quę pręterita ſunt, quę iam tranſierunt uiam uniuerſæ carnis compleuerũtq; curſum ſuum uidere nequimus, quoniam illa præterita, iſta nobis futura ſunt.

Deus uero qui habitat ſuper omnes cęlos, & ubiq; eſt, omnia illa quę ſunt nobis futura, præſentia, & præterita, clare & præſentialiter intuetur, & ſic euidenter liquet, apud Deum nullũ eſſe tempus præteritum, neq; futurum, cum ipſæ omnia præſentialiter uideat, & cognoſcat.

Tertio dico Deum non tantum cognoſcere omnia præſentialiter ſed etiam ſimul, hoc eſt in eodem inſtanti, & in hoc differt intellectus diuinus ab intellectu angelico & humano, quoniam intellectus angelicus non poteſt omnia intelligibilia ſimul capere & intelligere cũ ſit finitæ uirtutis, licet bene ſucceſſiue. Minus autem intellectus humanus, qui non tantum eſt finitæ capacitatis quin immo non poteſt niſi diſcurrendo, & mediantibus fantaſmatibus aliquid intelligere, nec plura ſimul ſeu in eodem inſtanti intelligere ualet, licet ſucceſſiue unam rem poſt aliam. Intellectus aũt diuinus nõ intelligit diſcurrẽdo, nec ſucceſſiue. Sed cũ ſit infinitus, ſimul et in eodem inſtanti omnia quæ ſunt nobis futura, præſentia,

Hic oſtenditur Deũ cognoſcere oĩa præſentialiter & ſimul.

& præterita ſimul appræhendit & cognoſcit, Sunt nempe omnia opera noſtra quæ fiunt tam bona quam mala, & quæ præterita ſunt, necnon & quæ futura erunt. Pariter & quæ poſſibilia ſunt fieri, ſimul ante dei cognitionem, quę omnia præſentialiter, ſimul uidet & agnoſcit.

Quarto dicitur perfecte, quoniam Dei cognitio eſt ipſemet Deus, qui cum ſit perfectiſſimum ens neceſſe eſt eius cognitionem perfectiſſimam eſſe, igitur Deus omnia præſentialiter, ſimul, & perfecte cognoſcit.

Quinto dicitur immutabiliter, quoniã Deus immutabilis eſt (ipſo atteſtante) qui ait. Ego ſum Deus, & non mutor. Cum autem cognitio Dei (ut diximus) ſit ipſemet Deus: ſequitur eius cognitionem immutabilem eſſe, quare &c.

Secundum notabile.

SEcundo notandum eſt quod ex dictis ſequitur hæc ſecunda concluſio, liberum arbitrium ſeu libera hominis uoluntas pariter & contingentia operum noſtrorum ſtat cum immutabili, ac inueuitabili necnon & infallibili Dei cognitione, quare (ut alibi repetitum eſt) impie aſſerunt Lutherani certa ſtare omnia lege, omniaqꝫ de neceſſitate euenire..

Hæc concluſio ſic oſtenditur, quia quod de uno ſingulari dicitur, de quolibet dici & uerificari poteſt, ſtat .n. Deum infallibiliter ac immutabiliter cognoſcere Petrum eſſe peccaturum, & tamen Petrum contingenter & libere peccare, quemadmodum .n. Chriſtus re uera cognouit & dixit Petro antequam gallus cantet, ter me negabis, quibus dictis potuit etiam Petrus nõ negare Chriſtum, cognitio quippe Dei nõ ponit neceſ- Matth.26.

ſitatem in rebus, nec propter hoc ꝙ Chriſtus cognouit, dixit Petrum ſe negaturum eſſe, Petrus neceſſario negauit Chriſtum, immo libere et cõtingenter, quoniam contingentia in operibus noſtris prouenit ex noſtro libe. arbit. Nam ſtante etiam infallibili ac immutabili Dei cognitione homo poteſt bene & male operari aliter immutabilis Dei cognitio tolleret liberum arbitrium, quod eſt manifeſte falſum, ut p̄cedenti tractatu liquido oſtenſum eſt, & ſi dicas in illa ultima cæ

Obiectio. na Chriſtus infallibiliter & immutabiliter cognouit, & dixit Petrum ſe eſſe negaturum, ergo tunc temporis uerum erat dicere, Petrus actu ne

Item obijcitur. gabit Chriſtum, concedo. & ſi infers ergo neceſſario negabit, nego ſequellam immo ſemper libere & contingenter negabit, quia cũ Petrus ſemper habuit liberum arbit. potuit negare, & nõ negare Chriſtum, & ſi iterum dicas, Petrus potuit non negare Chriſtum, igitur potuit facere ipſum dixiſſe falſum, & ex conſequenti Chriſtum fuiſ

Reſpõſio. ſe mendacem. Reſpondeo negando cõſequētiã, quia quemadmodum Chriſtus libere & contingenter cognouit Petrum peccaturum dixitque illa uerba: ita pari ratione Petrus libere & contingenter negauit Chriſtum.

Curioſiſſima difficultas.

VNde pro clariori huius difficultatis declaratione merito quęri poteſt cur Chriſtus dixit Petro in cæna, antequam gallus cantet, ter me negabis, & hoc ſiquidem dico, quoniam paſſim de hoc pręcipue in conuiuijs inter doctos fit diſputatio, dicendum eſt quod nõ propter aliud dixit huiuſmodi uerba Chriſtus, qui erat uerus Deus & homo, niſi quoniam ab

ęterno,nouerat Petrũ eſſe ipſum negaturum, & quod pro tunc debebat ita male uti ſuo libero arbitrio. Si enim Deus uel Chriſtus aliter cognouiſſet .ſ. quod Petrus non eſſet ipſum negaturus ſed quod ſemper debuiſſet bene uti ſuo libero arbitrio profecto non dixiſſet huiuſmodi uerba in ſua ultima cęna, ex quibus euidenter patet infallibilem & immutabilem Dei cognitionem non fuiſſe cauſam negationis Petri, immo negatio Petri ab ęterno pręuiſa,& talis tũc temporis malus uſus ſui liberi arbitrij cauſa fuit, quod Chriſtus id ab æterno cognouit, quapropter inſtante ſuæ negationis tempore,dixit Petro, antequam gallus cantet, ter me negabis, & quemadmodũ Chriſtus poterat non dicere illa uerba: & poſtꝗ̃ dixit potuiſſet non dixiſſe, ita Petrus antequam negaſſet Chriſtum poterat non negare ipſum, & poſtquam negauit potuiſſet non negaſſe. Pro quo eſt ſciendum quod licet Deus ſit cauſa in ſe uniuerſalis & neceſſaria, quicquid tamen operatur extra libere & contingenter operatur,& per conſequens poteſt nõ operari,ſicut operatur uel aliter operari,et poſtꝗ̃ operatus eſt potuiſſet nõ operatum fuiſſe, Exẽpli cauſa. Nam Deus creauit mundum.ante cuius creationem poterat non creare, immo poſtquam creauit, potuiſſet non creare mundum, igitur Deus quicquid agit extra contingenter et libere agit,& ita pari ratione dicendum eſt de ſua cognitione. Quia quicquid Deus cognoſcit extra,libere,et cõtingenter agnoſcit,quod ſic probatur. Nam Deus eſt cauſa libera reſpectu oium iſtorum inferiorum,& non neceſſario agit, quoniam ſi neceſſario operaretur, poſſet cogi ad aliquid producendum uel inteli-

Nota Deũ ſemper libere operari ad extra.

Prima rõ qđ deus oia libere & contingenter operatur.

gendum hoc autem eſt falſum, fideiq́ contradicit, igitur Deus eſt cauſa libera reſpectu cuiuſcunq; effectus, & ex conſequenti quicquid Deus producit extra, uel intelligit, libere & contingenter intelligit, & producit.

2. ratio ad idem. Praeterea ſi Deus neceſſario ageret & non libere, ſequeretur ipſum non operari per uoluntatem quaecunq; operatur extra, conſequens autẽ eſt falſum, igitur et antecedens, conſequentia eſt nota quia quelibet cauſa quae neceſſario operatur, non poteſt non operari. Sed quae uoluntarie agit, poteſt agere & non agere, ideo &c. falſitas conſequentis eſt clara, quoniam quaecunque uoluit Deus, fecit in cęlo & in terra, ergo uoluntarie, omnia facit, intelligit, & uult, quare &c.

Alia difficultas.

SEd hic etiam non immerito alia oritur quaeſtio, Nam ſi Deus omnia libere & contingenter operatur, intelligit, & uult, quomodo dicitur immutabilis, & quoniam modo põt infallibiliter ac immutabiliter, necnon ineuitabiliter omnia intelligere, & uelle, Nempe ſi libere & contingenter omnia intelligit & uult, igitur Deus poteſt ea intelligere & non intelligere, & pari ratione uelle & nolle, & ex conſequenti poterit mutari, quomodo igitur erit immutabilis.

Ratio pro parte negatiua.

Reſponſio.

REſpondetur quod Deus dicitur immutabilis dupliciter uno modo re & reſpectu ſui, quoniam Deus ipſe nequit loco mutari cum ubiq; ſit, nec poteſt generari aut corrumpi, nec augeri ſeu diminui, nec aliquomodo alterari, ideo de ſe eſt ſimpliciter immutabilis, quare per Prophetam recte loquitur dicẽs, Ego ſum

Malach. 3. Num. 2.

Deus & non mutor, quod etiam aperte demonſtrat Iacobus Apoſtolus dicens. Apud quem nõ eſt tranſmutatio neq; uiciſſitudinis obumbratio. Secundo modo dicitur immutabilis in ordine ad ſuam cognitionem pariter & uoluntatem, quia quicquid intelligit, & uult Deus fieri immutabiliter, ac infallibiliter, necnon & ineuitabiliter actu fiet, licet contingenter ac libere & non neceſſario intelligat & uelit, & hoc ſiquidem modo ſoluuntur quodammodo infinita argumenta, quæ fiunt de præſcientia Dei reſpectu futurorum contingentium, præcipue a Grego. ariminen. diſt. 38. primi. q. 2. & aliis. Quid eſt. n. dicere Deus infallibiliter, & ineuitabiliter, necnon & immutabiliter cognoſcit Petrum ſaluari & Iudam damnari, niſi quod re Petrus ſaluabitur, & Iudas damnabitur, ſcit nempe Deus ab æterno ipſum ita debere uti ſuo libero arbitrio. Et ſi inferas igitur ille neceſſario ſaluabitur, ſicut iſte de neceſſitate damnabitur negatur ſequella, quoniam Dei cognitio non ponit neceſſitatem in rebus. At ſiquis dicat. Ego ſto, Deus autem intelligit me ſtare, deinde ſedeo, tunc Deus non amplius intelligit me ſtare, ſed ſedere, ergo Deus mutatur, quantum ad eius cognitionem.

Iacobi. 1. *Nota pulchrum dictum.* *Alia obiectio.*

Reſpondeo ad hanc obiectionẽ, & ad omnes alias conſimiles quæ fieri poſſunt, quod talis mutatio eſt tantum reſpectu tui, & non reſpectu Dei, quoniam ipſe ſemper æqualiter intelligit & cognoſcit, nec eius ſcientia poteſt augeri uel diminui, nec poteſt plura ſcire in uno tempore quam in alio, ſcit namq; te ſtare, necnon te non debere ſtare ſed ſedere. ſcit etiam iſtum ſaluari, ac illum damnari, quoniam nouit eos aliter & aliter

Reſponſio.

debere uti ſuo libero arb. et ſic de aliȷ̃s igitur &c.

Sicut deus ita hō li- bere & contingen ter opera- tur.

Inſuper ſciendum eſt, quod Deus creauit hominem arbitrio liberum prout in prçcedenti tractatu luce clarius oſtenſum eſt, ideo libere et contingenter uult quæcunq; uult, & eſt in hominis poteſtate, bene uel male uti ſuo libero arbi. necnon ponere obicem gratiæ Dei .i. ei reſiſtere uel poſitum remouere. Poteſt proinde ceſſare a uoluntate peccandi, & poteſt uelle non peccaſſe, ex quibus ſequitur, quod ſi Deus infallibiliter ac immutabiliter cognoſcit aliquid extra, ut puta Petrum ſaluari, quod Petrus re ſaluabitur, non propter huiuſmodi Dei cognitionem. Sed propter bonum uſum liberi arbitrȷ̃ ab æterno cognitum (Dei aſiſtente gratia) quę nunq̃ deeſt facienti quod in ſe eſt, & non ſequitur, ergo Petrus neceſſario ſaluabitur, immo libere, & contingenter, & ſi dicas hæc eſt neceſſaria, Deus cognoſcit Petrum ſaluari, igitur Petrus ſaluabitur, concedo quod eſt neceſſaria ex ſuppoſitione, ſed non ſimpliciter, uel aliter dico, quod eſt neceſſaria neceſſitate conſequentię, ſed non neceſſitate conſequētis (quod idem eſt) ſemper tamen conſequens eſt cōtingens, & ſic euidēter liquet, qđ cū infallibili ac īmutabili Dei cognitione ſtat cōtingētia operum noſtrarum, & in omnibus his inferioribus.

Hic in hereticos concluditur propoſitū.

Alia perpulchra ratio pro eadem
Secunda concluſione.

POnatur Deum præſentialiter, ſimul perfecte immutabiliter, ac ineuitabiliter cognoſcere Ioannem ſaluari, tunc quero aut Ioanne neceſſario ſaluabitur aut libere, & contingenter, ſi ſecundum habetur propoſitum, ſi primum cōtra ſic inſto: Nam ſi Ioan. neceſſario ſaluabitur, ſe-

quitur Deum neceſſario cognoſcere Ioan.ſalua-ri, conſequens eſt falſum, igitur & antecedens, falſitas conſequentis eſt nota ex ſupradictis, quoniam Deus quicquid cognoſcit & producit ad extra, libere & uoluntarie, ac contingenter intelligit & operatur: At conſequẽtiam probo quia detur oppoſitum .ſ. quod Ioan. neceſſario ſaluabitur, & quod Deus libere & cõtingenter agnoſcat ipſum ſaluari, tunc ſic arguo. Ioannes neceſſario ſaluabitur, ergo non poterit non ſaluari, & per te Deus libere & contingenter cognoſcit ipſum ſaluari, ergo etiam oppoſitum eius Deus poteſt cognoſcere .ſ. Ioannem non ſaluari, cum autẽ Deus non poſſit cognoſcere niſi uerũ, ergo Ioan. poterit non ſaluari, ſed per te neceſſario ſaluatur, igitur non poterit non ſaluari, & poterit non ſaluari, quod implicat contradictionem. Nam neceſſarium & poſſibile non contradicunt, ſeu inferunt contradictoria, quare neceſſe eſt dicere qđ ſi deus libere et cõtingẽter agnoſcit aliquẽ hominẽ ſaluari, uel dãnari, qđ ille libere & contingenter & non neceſſario ſaluabitur uel damnabitur.

Optima rõ aduerſus Lutheranos.

Item eodem modo poteſt dici de Petro, & capio ipſum Petrum in cęna domini poſtquã dixit ei Chriſtus. Anteq̃ gallus cãtet ter me negabis, & tunc ſic formo rationem ſit prius, uel Petrus neceſſario negabit Chriſtum, uel libere & contingenter, ſi dicas ſecundum habeo intentum, ſi primum contra ſic arguo, Petrus per te neceſſario negabit Chriſtum, ergo Chriſtus neceſſario agnouit Petrum ſe negaturum, conſequens eſt falſum, igitur & antecedens, falſitas conſequentis eſt iam nota, & conſequentia probatur, ut prius, quia detur oppoſitum .ſ. quod Chriſtus libere,

Fortis ratio pro libera Petri negatione.

& contingenter agnoſcat Petrum ſe eſſe negaturum, & tunc ſic formo argumentum, Chriſtus contingenter cognoſcit Petrum ſe eſſe negaturũ, ergo etiam oppoſitum eius poteſt cognoſcere utputa Petrum non ſe negaturum eſſe, igitur Petrus poterit non negare Chriſtum, ſed per te neceſſario negabit, igitur & poterit non negare & neceſſario negabit, quæ eſt implicatio contradictionis. ideo &c.

Corre. I. lutheranos.

Ex iſtis igitur rationibus euidenter patet, liberum arbitrium, ſeu liberam hominis uolũtatem, paritercꝫ contingentia omnium operum noſtrorum ſtare cum infallibili ac immutabili dei cognitione, tum ex parte dei, qui libere & uoluntarie omnia operatur in omnibus, tum ex parte noſtri liberi arbitrĳ quod a nullo poteſt cogi, ſed ſemper libere & contingenter intelligit uult & operatur, ex his etiam ſequitur, quod cum quilibet homo ſit libere & contingenter a Deo pręſcitus, uel prædeſtinatus ab æterno, etiam libere & contingẽter quilibet poteſt ſaluari uel damnari.

Corr. 2.

Corr. 3.

Sequitur inſuper impios Lutheranos male ſcribere, peſſimecꝫ aſſerere, & docere qđ certa ſtant oĩa lege, oĩa q̃ de neceſſitate eueniũt: quare &c.

Nota dignitatem tractatus.

Hæc duo breuia notabilia ſunt tantum de cognitione Dei conſiderata in ſe, prout eſt una ſola, qua omnia perfectæ cognoſcit, quæ uiſio Dei dicitur. Dimiſſis omnibus illis, quæ de præſcientia Dei a doctoribus pertractantur tum maxime a Grego. arimi. diſ. 38. primi. q. 2. quæ magis uidentur hominis mentem offuſcare, quàm intellectum illuminare, ideo in his notabilibus, & in tota hac materia de prædeſtinatione tantũ ea ſunt dicenda, quæ in diuinis ſcripturis habentur, &

quæ ſcripturarum teſtimonijs, poterunt demonſtrari animarum ſaluti tantum nececeſſaria.

Tertium Notabile.

TErtio notandum eſt quod licet cognitio Dei ſit tantum una & eadem, quæ omnia (ut diximus) perfecte cognoſcit. Tamen reſpectu noſtri, & ſecundum diuerſa tempora conſiderata, illa eadem cognitio diuerſis nominibus nuncupatur. Prout enim Deus cognoſcit illa, quæ ſunt nobis præterita, talis cognitio dicitur ſcientia Dei, & inquantum cognoſcit præſentia: dicitur uiſio Dei, inquantum uero cognoſcit, quæ nobis futura ſunt, huiuſmodi cognitio, præſcientia nuncupatur. Sed quoniam duplicia ſunt præterita, quæ agnoſcũtur a Deo, quędam enim ſunt quę Deus pręmiare intendit, quorum cognitio dicitur memoria Dei. Dauid clamat. Memor eſto uerbi tui ſeruo tuo in quo mihi ſpem dediſti. Alia uero quæ punire excogitat, illorum cognitio Dei reminiſcentia dicitur, de qua Pſalmus. Ne reminiſcaris domine delicta noſtra &c. Item Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates &c. Sed illa, quæ ſunt nobis præſentia ſe habent in duplici differentia, quædam nempe ſunt bona, & Deo accepta, quorum cognitio dicitur approbatio Dei, reliqua uero quæ ſunt mala, & Deo odioſa, eorum cognitio dicitur reprobatio Dei, approbat quippe Deus bona, quæ præſentialiter fiunt, & reprobat mala. Aliorum autem, quæ nobis futura ſunt, præuiſa tamen a Deo, quædam ſunt bona, quæ acceptantur a Deo ad uitam æternam, & ſiquidem ipſorum cognitio prędeſtinatio Dei appellatur, mala uero futura, & taliter a Deo pręuiſa, ipſorum cognitio dicitur maledictio dei,

Dei cognitio reſpectu noſtri diuerſimode nominatur.

Pſal. 118.

Pſal. 31.

prędeſtinātur nempe omnes futuri boni a Deo. & refelluntur futuri mali, ſic a Deo præuiſi ab ęterno. Ecce quot nominibus, Dei cognitio reſpectu noſtri, & in ordine ad diuerſa tempora nominari ualet: licet ſit una & eadē ſola reſpectu ſui.

Vnde eſt ſciendū, quod prædeſtinatio non eſt aliquod immaginabile, ullo pacto in Deo diſtinctum, nec aliquo modo a Deo aut perſonis, ſeu a deitate ſeparatum, neq; eſt aliquis actus ſecūdus additus deitati ſed ille terminus prędeſtinatio denotat Deū, qui daturus eſt alicui uitam, ęternam, importat ergo Deum & uitam æternam alicui dandam, ſic reprobatio importat Deum & penam ęternam alicui infligendam, eſt igitur prædeſtinatio, pordinatio alicuius creaturę rationalis, ad gratiam in præſenti, & gloriam in futuro, & nō ualet. prædeſtinatio eſt neceſſaria, quia eſt ipſe Deus, ergo Deus neceſſario prædeſtinat, ſeu homo neceſſario prædeſtinatur, immo libere & contingenter, ut ſupra habitum eſt, quare &c.

Quid pdeſtinatio

Quartum notabile.

Perpulcra autho. imaginatio.

3. Reg. 10

QVarto notandum eſt, quod prout facile credi poteſt, Regina Sabba, quæ uenit a finibus terræ ad audiendam ſapiētiam Salomonis, ut habetur in libris Regum, quę quodammodo cum ipſo diſputauit de omnibus rebus mūndi, quæſiuitq; in multis difficultatibus ac in multis quęſtionibus difficillimis inſtrui. Inter quas perījt, quid nam faceret Deus ante mundi creationem. Audiuerat nempe ab ipſo, per multas rationes Deum creaſſe mundum cui reſpondit Salomon, prout etiam ex ſuis ſcriptis perſuaderi poteſt, quod Deus ante mundi creationem tria faciebat.

Primo.n.perpetuo ſuum generabat filium,qui *Tria facie*
eſt ſapiẽtia patris, ſecundum quod ipſe teſtatur *bat Deus*
in prouer.d. Dominus poſſedit me in initio uia- *ante mun*
rum ſuarum,anteꝗ̃ quicꝗ̃ faceret à principio,ab *di creatio*
æterno ordinata ſum,& ex antiquis anteꝗ̃ terra *nem.*
fieret,nondum erant abyſſi,et ego iam concepta *Prouer. 8.*
eram &c.quæ ſequuntur.

Secundum quod faciebat erat, quod omnia
componebat in ſe,& uidebat,ac perfecte cogno
ſcebat, quæ facturus erat, uelut artifex quidam,
qui componit in mente ſua anteꝗ̃ incipiat ope-
rari,quicquid arte ſua facturus eſt,& hoc eſt qđ
ſcribit Ioan.Quod factum eſt in ipſo.ſ. Dei filio, *Ioan. 1.*
qui eſt uita hominum,erat per ideam, ſeu ſimili-
tudinem omnium repręſentatiuam.

Tertium quod faciebat Deus inquit Salomõ
Reginę Sabbę, eſt quod omnia quę uẽtura erant
perfecte uidens contemplabatur,& contemplan
do ea ſummopere diligebat, ideo dicitur. Diligis *Sapien.11.*
omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum,quæ feci-
ſti,attamẽ inter omnes illas creaturas,quas crea-
turus erat,magis ei placuit natura humana,qua-
propter captus eius amore,decreuit ab ęterno eã
aſſumere per hypoſtaticam unionem, ut homo
fieret Deus,et Deus homo.Propterea ibidem in *Prouer.8.*
prouer. filius Dei, ſeu diuina ſapientia, ſubinfert
Delitię meæ eſſe cum filijs hominum. Sed his di-
miſſis,dico quarto una cum Paulo apoſtolo,qđ
etiam aliud faciebat Deus ante mundi conſtitu-
tionem,& ab ęterno,p̄terea quæ dicta ſunt a Sa-
lomone.ſ.quod elegit, & p̄deſtinauit omnes ele-
ctos et futuros bonos: ut clare aſſerit Apoſtolus
ad Ephe. Deus enim elegit nos in Chriſto ante *Ephesi. 1.*
conſtitutionem mundi,ut eſſemus ſancti & ima-

culati, in conſpectu eius in charitate, qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum ſecundum propoſitum uoluntatis ſuę, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ & cætera. Quomodo autem fuerunt in illa æternitate bonorum prędeſtinatio, & malorum reprobatio, clare habetur Romanorum. 8. Nam Deus uidens omnes homines, qui creandi erant, & omnes eorum mores uſq; in finem, uidit aliquos bene operaturos, non appoſituros obicem gratiæ Dei, necnon finaliter, ſe diſpoſituros ad gratiam: & qui tādem debebant bene uti ſuo libero arbitrio, & hos quidem prædeſtinauit, ſecundum propoſitum uoluntatis ſuæ, quia ſic propoſuerat & uoluerat ab æterno. Nonnullos uero uidit ex ſuo libero arbitrio perſeueraturos finaliter in peccatis poſituros obicem gratiæ Dei, & illos merito reprobauit, & non eſt mirum, quoniam ſi Deus alicui pictori reuelaret totum aduentum Antichriſti: & omnia quæ facturus eſſet, ille autem pictor pingeret omnia ſibi reuelata, ſuper aliquam tabulam, liquet quod omnia opera futura Antichriſti uenturi, ita clare uideret, ac ſi pręſentia eſſent, uel prę terita fuiſſent, & facile poſſet iudicare de fine Antichriſti: & ita poſſet de futuris iudicium ferre, uelut de præſentibus. Sic in propoſito, Deus ab æterno ita uidit finem omnium hominum, & perfecte agnouit. ſicut nunc uidet me præſentialiter exiſtentem, & bene uel male operantem: quia (ut diximus) nullum eſt præteritum, nullumue futurum, ſed omne tempus eſt præſens apud eū, nullaque eſt prædeſtinatio præterita, uel futura, ſed omnis prædeſtinatio eſt præſens in conſpectu Dei, & quod dicitur de bonorum prædeſti-

Modus p̄destinationis.

Pulchra ſimilitudo.

natione, pari ratione dicendum eſt de malorum reprobatione, ideo non miremur, ſi hos Deus prę deſtinauit, alios uero reprobauit, & hoc totum probatur, per illud Apoſtoli Romani. cap. 8. ubi ait. Nam quos præſciuit, ſcilicet eſſe credituros, & in ſua fide permanſuros, necnon et conformes fieri imagini filij ſui, Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus, per fidem. quoniam illi homines dicuntur conformes imagini filij ſui, ſcilicet Chriſti, qui in omnibus ſe conformant eius uoluntati in fide & operibus bonis, hos tales prædeſtinauit, ideſt elegit ad uitam ęternam, et quos prædeſtinauit, hos & uocauit, per ſe, aut per Apoſtolos, ſeu per concionatores, & quos uocauit, hos & iuſtificauit, per gratiæ donum, & quos iuſtificauit, illos tandem glorificauit, ſcilicet in ęterna beatitudine, quid ergo dicemus ad hæc? & cætera.

Oĩs Dei p̄deſtinatio pariter & reprobatio præſens ē apud deũ.

Probatio oium ſupradictorũ per Apoſtolum. Ro. 8.

Quintum notabile.

QVinto notandum eſt, quoniam dictum eſt in principali concluſione Deum non eſſe omnimodam cauſam noſtræ prædeſtinationis, quod per cauſam quandoque intelligitur res aliqua ad cuius eſſe ſequitur aliud tanquam effectus, & illo modo conſtat quod cum prædeſtinatio, & reprobatio ſit diuina uoluntas, quæ illi uult dare uitam æternam, iſti autem pęnam perpetuam, quę quidem uoluntas, nihil aliud eſt quam Deus ipſe, nulla eſt cauſa ex parte creaturę ipſius prędeſtinationis, neque reprobationis, cum ipſa ſit ęterna & incauſata, & hoc eſt, ut alij dicunt, ꝙ prędeſtinationis effectiue, ſeu ipſius Dei prędeſtinantis

Prædeſtinationis et reprobationis nulla ē cã propriæ dicta.

nulla eſt cauſa, & hoc de ſe liquet, quoniam hæc eſt ſemper uera, de uirtute ſermonis, pdeſtinationis nulla eſt cauſa, patet per eius diffinitionem. Alio modo capitur cauſa, ut dicit quandam prioritatem unius ppoſitionis ad aliam in bona conſequentia, ſicut ſi quęritur cauſa quare ignis non calefacit, Reſpondetur, quia non eſt pximus patienti, & ſic frequenter dicitur quod antecedens eſt cauſa conſequentis, & tamen non eſt propria cauſa, quia nec cauſa efficiēs, nec materialis, ſeu formalis, uel finalis. Quando.n. ab una propoſitione ad aliam eſt conſequentia formalis, & non econtrario, ut omnis homo eſt rationalis, igitur omnis homo eſt riſibilis. Poteſt aliquomodo antecedens dici cauſa conſequentis & non contra. Et hoc ſiquidem modo pdeſtinationis noſtræ.i. illius pordinationis alicuius creaturę rationalis, ad gratiam in pſenti ſeculo, & gloriam in futuro, inuenitur aliqua cauſa, quoniam eſt aliquod puiſum in creatura, utputa bonus uſus lib. arbit. uel opus aliquod bonū, ſeu finalis pſeuerantia in charitate. unde poteſt inferri eius prędeſtinatio, quo quidem bono per poſſibile uel impoſſibile a Deo non puiſo, talis, non eſſet ſic pdeſtinatus, & eodē modo dicendū eſt de pſcito, in quo repitur aliqd puiſum a Deo, utpote malus uſus liber-arbit. uel finalis perſeuerantia in malo, ſeu opus aliquod finaliter malū. unde poteſt inferri eius reprobatio quod qdem malum, ſi nō eſſet a Deo præuiſum, talis proculdubio non eſſet ſic præſcitus &c.

Aliquā eſt cauſa prædeſtinationis ac reprobatiōis

Probatio principalis ↄclſiōis.

Iſtis igitur notatis, ſic probatur cōcluſio principalis. ſ. quod Deus non eſt omnimoda cauſa noſtrę prędeſtinationis, ſed ipſe concurrit tanquam principalior cauſa. Humana autem uoluntas, ſeu

liberum

liberum arbi. aut finalis perſeuerantia in charitate,uel aliquod finale bonum præuiſum, uelut cauſa minus principalis,aut inſtrumentalis cõcurrit. Nam uniuerſaliter uidemus in iſtis inferioribus (ſemotis operibus miraculoſis)quod nunquã prima cauſa aliquid cauſat,producit uel operat̃ ſine actionibus ſecundarũ cauſarũ,& licet prima cauſa quicquid facit cũ cauſis ſecũdis, poſſit facere ſe ſola,& nõ cõtra. Nunq̃ tamẽ abſolute loquẽdo. & de lege ordinaria aliquid cauſat, producit,uel operatur ſecũdis cauſis nõ concurrẽtibus,ut experientia liquet,quoniã ad productionem omnium effectuum in his inferioribus una cum prima cauſa concurrunt & concauſant aliæ ſecundæ cauſæ. Poſſet nempe deus facere ut terra produceret fructus,utputa granum,ſine eius cultu,& abſq; hoc quod ruſticus ſeminaret,& ſic de alijs. Nunquam tamen deus hoc facit,quia ut ait Aug. cõtra Fauſtũ.c.22.lex æterna eſt diuina uoluntas ordinẽ naturalem ſeruari iubens, & turbari uetans. Si igit̃ in his effectibus naturalibus cõcurrũt ſecũdę cauſæ ſimul cum prima cauſa, quanto magis in his, quæ pertinent ad ſalutem una cum uoluntate diuina,debent & alię ſecundæ cauſæ concurrere,ut pote libera hominis uoluntas, ſeu liberum arbit. aut finalis perſeuerantia in charitate,uel alia opera finaliter bona a deo ab æterno præuiſa &c. Et idem confirmat Apoſto. ad Corint. d. Ego plantaui, ſcilicet tanquam cauſa inſtrumentalis, pariter & Apollo rigauit,deus autem uelut principaliſſima cauſa incrementum dedit,igitur ad uniuerſalem prædeſtinationem duæ cauſæ concurrunt, ſcilicet uoluntas dei & libera hominis uolũtas præuiſa a deo finaliter perſeueratura in bo-

Prima rõ.

Auguſt.

Corroboratio.

1. Corin. 3.

no,ſeu in charitate dei coadiuuante gratia, quæ ut diximus nunquam deficit in neceſſarijs. nec deeſt facientibus quod in ſe eſt: &c.

Secũda ratio p̄ nr̄a p̄deſtinatione.

Item ſi ſola diuina uoluntas eſſet omnimoda, & ſola cauſa uniuerſalis prædeſtinationis, nulla alia ſecunda cauſa concurrente, eſſet & ſola cauſa uniuerſalis hominum reprobationis, & per conſequens eſſet deus omnimoda, & ſola cauſa prædeſtinatorum ſalutis, & reproborum damnationis (quod & Lutherani concedunt.) Sed conſequens eſt falſum, quia tunc ſequeretur quod homo ſeu prædeſtinatus neceſſario ſaluaretur & reprobus neceſſitate damnaretur, quod eſt ueritati diſſonum & manifeſte falſum, conſequentiam probo, quoniam ſi ſola diuina uoluntas eſt cauſa quod iſte ſaluatur & ille damnatur & non concurrit liberum hominis arbitrium, igitur clare conſtat, quod iſte non poterit non ſaluari, neque ille poterit non damnari, & ex conſequenti neceſſario unus ſaluabitur & alter damnabitur. Sed falſitas conſequentis ſic oſtenditur, quia inde ſequerentur multa incouenientia. Primum quod prædeſtinatio, & dei reprobatio tollerent liberum arbitrium. Secundum quod iſte ui ſaluaretur, ille uero ui damnaretur, quia aliter facere non poſſet. ergo ſibi non eſſet imputandum ſi damnaretur aut ſaluaretur. Tertium quod prædeſtinatus neceſſario perſeueraret finaliter in charitate, & reprobus in fine uitæ ſuæ, neceſſitate operaretur malum, & moreretur in peccato mortali.

Multa inconuenientia ſequerentur ſi liber arbit. non concurreret ad hominis ſalutem.

Quartum quod eſt omnium peſſimum, ſequeretur quod non eſſet neceſſaria lex, neque conſiliũ, neque eruditio, neque prædicatio, neque oratio, neque chriſti paſſio, neque baptiſma neque fides

In chriſto, neque confeſſio etiam ad deum, neque bona opera, quoniam ſi iſte eſt prædeſtinatus ſaluabitur, uelit uel nolit, & ſi eſt reprobatus damnabitur, uelit nolitue. Sed quã inconuenientia, & inconſona ſint iſta, cuilibet diſcreto penſanda relinquimus. Nam lex propter tranſgreſſores tradita eſt: & pariter dicendũ eſt de correctionibus, prædicationibus & ſimilibus. Ait enim dominus per Eſaiam. Clama neceſſes, & quaſi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum &c. Sed iſta non requirerentur, ſi neceſſitate quiſq; dãnaretur, aut ſaluaretũ, ut intuenti patet igitur ratio concludit quod diuina uoluntas non eſt omnimoda & ſola cauſa uniuerſalis hominũ prædeſtinationis, & aliorũ reprobationis. *Eſaie 58.* *Hic pulcherrime cõcluditur propoſitũ cõtra lut.*

Sed ſimul etiã concurrit libera hominis uoluntas, & ab æterno a deo præuiſa, bene uel male finaliter operatura, uelut ſecũda cauſa minus principalis, uel inſtrumẽtalis, ſemper tñ capiendo cauſam ſecũdo mõ, ut dictum eſt in qnto notab. &c.

Præterea, ſi diuina uoluntas eſſet ſola cauſa noſtræ uniuerſalis prædeſtinationis, ſemota quacũque alia cauſa, ſequeretur quod re omnes homines ſaluarentur, & nulli damnarentur, conſequẽs eſt de ſe manifeſte falſum, erroneũ, & hæreticũ, ac diuinæ ſcripturæ diſſonũ, ut habetur in euangelio Matt. Et ibunt hij in ſuppliciũ æternũ. Iuſti autem in uitã æternã, igitur & añs, ſed cõſequentiã probo per illud Apoſtoli ad Thimot. Deus uult omnes homines ſaluos fieri, & per te diuina uoluntas eſt omnimoda et ſola cauſa noſtræ ſalutis, ergo oẽs homines ſaluabuntur, qa des oppoſitũ: ſcilicet qđ aliqui ſaluentur, & aliqui damentur, & tunc quæritur cauſa, ſed nõ eſt dicendũ qđ ſit *3. ratio.* *Matt 25.* *1. Thim. 2.*

diuina uoluntas, quia ipſa. ut ait Apoſt. uult omnes homines ſaluos fieri, & quecunque uoluit fecit, in cœlo & in terra, igitur aſſignanda eſt alia cauſa, puta libera hominis uoluntas, quare &c.

Confirmat. Item confirmatur ratio ex eadem authoritate. Deus uult me Ioan. M. ſaluum fieri, & ipſe deus eſt ſola, et omnimoda cauſa ſalutis meę, nulla cauſa ſecunda concurrente, quis ergo dubitat quod ego non ſaluabor? & ita de aliis dicendum eſt, igitur, Nec hic habet locum illa theologorum diſtinctio, de uoluntate antecedente, & conſequēte quare & cętera.

4. ratio. *Matth. 22.* Amplius in euangelio Matth. ſcribitur, quod Multi ſunt uocati pauci uero electi, & patet, qđ omnes ad gratiam & gloriam uocati ſunt. Quæro autem, quare pauci ſunt elęcti, aut defectus eſt ex parte dei, aut ex parte hominis, primum non

Obiectio. eſt dicendum quoniam ipſe deus ut habetur prouer. primo ait. Vocaui & renuiſtis extendi manum meam & non fuit qui aſpiceret, & Chri-

Matt. 23. ſtus Hieruſalem quoties uolui congregare filios tuos & noluiſti, ecce deus uult & homo nō uult, igitur defectus eſt ex parte noſtri, ergo libera hominis uoluntas, uelut cauſa inſtrumentalis concurrit ad eius ſalutem, uel damnationem, quare

Obiectio. deus non eſt ſola, & omnimoda cauſa uniuerſalis prædeſtinationis, & hominum ſalutis. Et ſi dicas prædeſtinauit nos deus ante mundi conſtitutionem, & omnes electi prędeſtinati fuerunt ab ęterno, quorum bonę uoluntates, ſeu opera bona non erant, quomodo ergo poterant concurrere, tanquam cauſę inſtrumentales ad eorum prædeſtinationem?

Reſponſio. Reſpondetur quod licet non eſſent in rerum natura, erant tamen eorum bonę uo-

luntates,ac opera uirtutis plena,& meritoria,in dei cognitione, Necnon erat illorum finalis perſeuerantia in charitate pręuiſa ab æterno a deo qui (ut diximus)omnia pręſentialiter ſimul perfecte et immutabiliter ab ęterno cognouit et hoc ſufficit.

Tertia concluſio.

ALicuius particularis pdeſtinationis nulla eſt cauſa creata,uel ratio reſpe ctu hominis, ſeu liberę eius uoluntatis, ſed diuina uoluntas eſt omnimoda & ſola cauſa illius prędeſtinationis.

Hęc concluſio cum ſit particularis, etiam ſic particulariter poteſt demonſtrari, quoniam aliqui ex gratia ſpeciali, ordinati ſunt ad uitam ęternam, ita quod ſibi ipſis non ſunt derelicti, ſed pręuenti ne ponere poſſent obicem,et ne poſſent peccare, uel in peccatis permanere, ſicut beata uirgo Maria concepta ſine peccato originali, & ſanctus propheta Hiere. ac beatus Ioannes Bap. ſanctificati in uentre matris, pariter & Paulus Apoſtolus a domino percuſſus & illuminatus. In illis enim nulla uidetur ratio, quare deus illos prędeſtinat ſic gratia pręueniendo niſi ſola dei uoluntas. Non enim poteſt aſſignari ratio ut ſcilicet ſit bonus uſus liberi arbitrij, quoniam gratia pręuenit huiuſmodi uſum liberi arbitrij ut in beata uirgine,cui fuit gratia concreata,& in Pau. fuit males uſus liberi arbitrij,quare ſęuiens in domini diſcipulos percuſſus eſt ſimiliter, quod aliqui ſine ratione prędeſtinantur, quidam uero propter meritum pręuiſum, ratio ſimiliter eſt ſola diuina uoluntas. Et nota quod concluſiones non debēt intelligi quod aliquid ſit ratio illius,quod prede-

Multi ſine cā predeſtinantur.

ſtinatio importat reſpectu dei. Quia nihil eſſe poteſt ratio æternæ & diuinæ uoluntatis,ſed quantum ad effectum quem prædeſtinatio & reprobatio denotat,eſt ratio aliquo mõ dicta, ut infra plenius & clarius patebit. Nec tamen propter hoc quod aliquos prædeſtinat ſine ratione,& nõ alios, eſt perſonarũ acceptor: nam acceptio perſonarum tunc eſt quando quod debetur ęqualibus, uni offertur & non alteri: Deus autem nulli eſt debitor quocunque modo, & ideo non poteſt eſſe acceptor perſonarum &c.

Deus quõ non eſt acceptor perſonarum.

Quarta concluſio.

VNiuerſalis reprobationis dari aliquã cauſam,ex parte hominis,ſecundo modo accipiendo cauſam, ſcripturarũ teſtimonijs fateri tenemur,cum nunquam deus (Auguſt. teſte, prius ſit ultor quam ſit aliquis peccator.

Prima ratio.

Hæc concluſio, his rationibus probari poteſt, quibus probata eſt prima. Item ſi totam ſeriem ſcripturarum diſcurrere uolumus, nũquam inueniemus Deum eſſe directam cauſam noſtræ humanæ damnationis, quoniam Deus eſſet cauſa quod homo perſeueraret finaliter in peccatis, qđ eſt abſurdum. & ueritati diſſonum, Nam Deo authore: nemo fit deterior, teſte Auguſtinus igitur & cętera.

Ratio 2.

Præterea ut totum uetus,ac nouum teſtamentum atteſtantur creauit Deus animam rationalem finaliter ad beatitudinem conſequendam, quam & ipſe proprio ſanguine redemit, uocatq; ſedulo hominem ad pœnitentiam, & nunquam deeſt dari gratiam facienti quod in ſe eſt, dedit inſuper angelicam cuſtodiam,mouetue, pulſatq; ſemper internis inſpirationibus ad cor hominis

induratum,et tandem omnia operatur ut omnes homines ſalui fiant, ſequitur igitur,deum non eſſe directā cauſam uniuerſalis reprobationis, ſed libera hominis uolūtas ſeu liberum arbitriū, aut finalis perſeuerantia in peccato, a deo pręuiſa ab æterno, erit principalis cauſa dānationis æternæ, ſemper ſecundo modo capiendo cauſam,quia ſequitur,iſte perſeuerabit in peccato toto uitæ tempore,igitur damnabitur. Non enim ut dictum eſt in cōcluſione, deus prius eſt ultor quā ſit aliquis peccator. Et ſi dicas,Iudas fuit pſcitus a deo ab æterno,& reprobatus propter malū uſum ſui liberi arbi.præuiſum a deo,uel ob finalem perſeuerantiam in peccatis, quam deus ab æterno præuidit igitur deus fuit prius ultor,quàm Iudas fuerit peccator. Dico quod illa authoritas intelligenda eſt quantum ad illationem pœnę, quæ eſt effectus reprobationis,quę quidē ęterna pœna nunquam fuit ei illata niſi poſt peccatum &c. Augū. 11. ſup Gen.

Proinde dominus dicet in nouiſſimo iudicio his qui a ſiniſtris erunt, diſcedite a me maledicti in ignem æternum, & ſubdit cauſam, eſuriui & non dediſtis mihi manducare: &c. igitur malus uſus liberi arbi. eſt cauſa reprobationis,& tandē æternæ damnationis, ſumendo cauſam ut diximus in. 5. notabili. &c. Ratio 3. Matt. 25.

Præterea Oſeæ ſcribitur. Perditio tua Iſrael, ſcilicet ex te & ex tuo libero arbitrio tantummodo inquit dominus,in me auxilium tuum. Oſea 13. Ratio 4.

Item ſicut illi prædeſtinantur, licet diuina gratia,quia pręuidentur finaliter perſeueraturi in charitate,ita tales reprobantur,quia præuidentur finaliter peccaturi igitur &c. Quinta ra

Poſſent & aliæ quāplures adduci rationes, &

ſcripturarum authoritates, ſed iſtę ſufficiant, claret igitur ex dictis, quod libera hominis uoluntas ſeu liberum arbitrium aut aſſidua perſeuerantia in peccato, ab ęterno pręuiſa a deo, eſt principalis cauſa uniuerſalis aliquorum hominum reprobationis, & eorundem per malorum operum executionem ęternę damnationis &c.

Epilogatio dictorum.

Obijciunt Lutherani.

SEd cõtra primam pariter & aduerſus quartam concluſionem inſtãt moderniores hęretici, qui probare nituntur, diuinam uoluntatem eſſe omnimodam, & ſolam cauſam prędeſtinationis, pariter et reprobationis, & quod inſuper iſti ſint electi ad uitam ęternam. Alij uero ad pęnam ęternã, necnon, et quod aliqui finaliter perſeuerent in charitate, reliqui autem in peccatis, & quod iſti tandem ſint ſalui, & cęteri damnati. Dicunt ſolũ deũ eſſe cauſam. Nam de Iacob et Eſau habet Gen. 18. 21. et. 25. de qbus etiã Pau. ad Ro. ait. Cum. n. nondũ nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, ut ſecũdum electionem propoſitum dei maneret, non ex operibus, ſed ex uocãte dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptũ eſt Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui, qd ergo dicemus? nunquid iniquitas apud deũ? abſit, Moyſes. n. dicit. Miſerebor cui miſertus ſum, & miſericordiã pręſtabo, cui miſerebor, igitur nõ uolentis neq; currentis, ſed miſerentis eſt dei. Dicit. n. ſcriptura Pharaoni, quia in hoc ipſum excitaui te, ut oſtendam in te uirtutem meam & ut annuntietur nomen meum in uniuerſa terra, ergo cuius uult miſeretur, & quem uult indurat, quid adhuc quęritur? uoluntati. n. eius quis reſiſtit? O homo tu quis es qui reſpondeas deo? Nũquid di

Gen. 18. 21 & 25. Rom. 9. Exod. 32. Exod. 9.

cii figmentum ei qui ſe finxit: quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam? &c. quæ ſequuntur.

Reſponſio ex pulcherrimo dubio.

PRo ſolutione illius obiectionis, & pro reſpõſione ad ſcripturarum dicta ſuperius allegata proq; maiori dictorum ſeu ſupra dictarum conclusionum elucidatione, merito queri poteſt, An diuinæ & æternæ prædeſtinationis pariter & reprobationis quærenda ſit aliqua cauſa, tam in ordine ad diuinam uoluntatem quam reſpectu noſtri, ſeu ratione liberæ noſtræ uoluntatis. Pro quo eſt ſciendum, quod prædeſtinatio poteſt dupliciter conſiderari, uno modo in ordine ad ipſam diuinam uoluntatem uelut principaliſſimam cauſam, tunc abſq; ulla animi ambiguitate dicendũ eſt, quod diuinæ & æternæ prædeſtinationis, ac præſcientiæ, quæ eſt diuina uoluntas nulla poteſt aſſignari, aut inueniri cauſa. Cur.n.uoluerit deus hũc prędeſtinare, & alterum reprobare, nulla eſt quærenda cauſa tam ex parte dei quam reſpectu noſtri, quoniam diuinæ uoluntatis nulla poteſt eſſe cauſa ſeu ratio, quicquid nempe ſibi placet hoc facit, & noſtrũ nõ eſt aliam quærere cauſam ſed una cũ Propheta dicere, omnia quæcunq; uoluit fecit deus in cęlo & in terra, hoc autem rationibus & authoritatibus põt facile demonſtrari.

Primo .n. omne agens non limitatum neq; ligatum poteſt cui placet ſuæ bonitatis dona concedere: Sed deus eſt agens illimitatum, nec ligatum, ergo cui placet poteſt ſuæ bonitatis & glorię dona concedere. Maior eſt nota per illud Matth. Amice non facio tibi iniuriam, tolle qđ *Prima ratio.* *Matt. 20.*

tuum eſt, & uade. Minor eſt manifeſta, quoniam deus eſt infinitus, ideo non limitatus, nec ligatus, cum nulli ſit obligatus, teſte Apoſtolo qui ait. Quis enim prior dedit ei, & retribuetur illi, & per conſequens, poteſt gloriam ſuam dare cui placet, quare ſi Paulum elegit in Apoſtolum, uocauitq; Magdalenam: & non te, Quid inde? ſufficiat tibi, quòd pluſquam merearis accepiſti. Grandis nempe, eſt hominum ingratitudo dicentium, quare me non fecit ſic & ſic. Cur tot diuitias dedit huic, & non mihi? & cæte. Cogita paulisper, quare te fecit animal, & non lapidem: quare hominem, & non canem, & ſimilia, cui enim deus obligatus erat? ut ſic uel ſic faceret. & cætera.

Rom. 11.

Ratio. 2. Secundo quicquid ex gratia datur: libere dari, & donari poteſt, ſed uita æterna datur ex gratia, ergo libere dari poteſt. Maior eſt nota iuxta illud Matth. An non licet mihi facere quod uolo? Minor etiam patet per illud Pauli ad Roma. Exiſtimo inquit quod non ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et alibi: Gratia dei ſum, id quod ſum & inſuper ad Titum. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecũdum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, ergo gloria datur gratis ſi datur gratis ergo ad dantis ſtat arbitrium: quare &c.

Matt. 20. *Rom. 8.* *1. Cor. 15.* *Ad Titũ. 3*

Ratio. 3. Tertio. Hoc idem probo exemplis. Sicut .n. materia cum ſit una in omnibus generabilibus et corruptibilibus, ut habetur primo phiſicorũ non poteſt aſſignari ratio, quare una eius pars ſit ſub forma hominis, & alia ſub forma equi, niſi diuina uoluntas. Similiter, quare deus, hũc uoluit eli-

Similitudo pulchra

gere, alium uero reprobare, non eſt alia quærenda ratio niſi diuina uoluntas, quia (ut diximus) diuinæ uoluntatis nulla eſt aſſignanda cauſa, & ad hunc ſenſum loquitur Apoſtolus ad Rom. de Iacob & Eſau dicens. Cum enim nōdum nati fuiſſent aut aliquid egiſſent boni aut mali, ut ſecundum electionem propoſitum dei maneret, nō ex operibus. ſ. operatis, ſed ex uocante dictum eſt ei ſcilicet Iſaac, quia maior ſeruiet minori ſicut ſcriptum eſt Iacob quidem dilexi, Eſau autem odio habui: &c. *Rom. 9.*

Præterea quemadmodum alia non poteſt aſſignari ratio: quare iſte lapis ſit in parte illa parietis, & ille in alia, niſi uoluntas artificis, ſic in ꝓpoſito, quare hic ſit prædeſtinatus, & alius non, nulla eſt alia ratio reſpectu dei, niſi diuina uoluntas &c. *Alia ſimilitudo.*

Item ſicut nulla alia eſt quęrenda cauſa: quare artifex, ex eadem maſſa uitri, hoc uas fecit ꝓ chriſmate ſancto, aliud autem ad tenendum uinum in menſa regis, aliud uero in contumeliam, niſi arbitrium ipſius artificis. Ita cur uoluerit deus ab ęterno hūc eligere, et alium reprobare, ex parte ipſius diuinæ uoluntatis, ſtultum eſt aliam quærere cauſam, niſi quia ita uoluit, & ſibi placuit, uenit hoc ex occultiſſimis tamē iudicijs eius, & hoc eſt qđ ait, ſcribens Apoſtolus ad Romanos. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quam incōprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles uię eius. Quis enim cognouit ſenſum domini? aut quis cōſiliarius eius fuit aut quis prior dedit ei & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum: Amen. *Rom. 11.*

Ratio. Quarto confirmatur authoritate Diui Augu- Auguſti. contra Pelagium: Inſcrutabilia, inquit, & incom prehēſibilia, nolo ut interroges, quia quod lego, credo, & ueneror, non autem diſcutio. Quis eſt autem homo, qui reſpondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, quare me ſic feciſti? Haberet enim poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa aliud quidem uas facere in honorem, aliud Ioan. 6. in contumeliam, ſed interroga eum qui dixit, Nemo uenit ad me, niſi pater meus traxerit illum, & non omnes capiunt uerbum, niſi cui datum eſt, et Ioannis. 3. uobis datum eſt noſce miſterium regni cœlorū, Ioannis. 2. cęteris autem non eſt datum, & iterum: Nemo nouit filium niſi pater, & patrem quis nouit niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare, & ſicut pater ſuſcitat mortuos, & uiuificat, ita filius, quos uult uiuificat, & quia ſpiritus ubi uult ſpirat, & nō poteſt homo a ſe facere quicquam, niſi illi datū fuerit deſuper, Et iterum interroga eum, qui dixit, uobis datum eſt pro Chriſto non ſolum, ut in eum credatis, ſed etiam pro illo patiamur, & non uolentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt dei, & Rom. 9. cui uult miſeretur, & quem uult indurat. Et ſpiritus ſanctus dona chariſmatum ſuorum, diuidit 1. Cor. 12. ſingulis, prout uult, non prout uolunt, & quibus uoluit, & non qui uoluerunt &c.

Quinto hoc idem inſuper confirmatur alia au Quinta rō thoritate beati Gregorij. 29. libri moraliū ca. 12. Grego. Multos inquit uidemus quotidie qui iuſtitię luce reſplendent, & tamen ad finem ſuum, nequitię obſcuritate tenebrantur, & multos cernimus peccatorum tenebris obuolutos, & tamen iuxta uitę ſuę terminum repente reddi iuſtitię ſuæ liberos. Multos enim nouimus, ſemel inuenta uiā

iuſtitię illibatæ, uſque ad obitum tenuiſſe, & pleroſq; cōſpeximus, uſque ad obitum cœpta ſimul crimina ſine ceſſatione cumulaſſe. Quis ergo inter iſta occultorum iudiciorū nubila mentis ſuæ radiū mittat? ut aliqua conſideratione diſcernat, uel quis perduceret in malo, uel quis pſeueret in bono, uel quis, ab infimis cōuertatur ad ſumma? uel quis, reuertat a ſummis ad infima? latēt hęc ſenſus hominum, nec quicquam de cuiuslibet fine cognoſcitur, quia diuinorum iudiciorum abiſſus humanę mentis oculo nullatenus penetratur, uidemus nanq;, quod dei aduerſa gentilitas iuſtitię luce perfuſa eſt, & Iudęa dudum dilecta perfidię eſt nocte cecata. Scimus etiam quod latro de patibulo tranſiit ad Regnū, Iudas de apoſtolatus gloria eſt lapſus in tartarū, & ſequitur Gregor. Quis ergo diſcutiat in qua uia habitat lux, & tenebrarum quis locus ſcit, ut ducat unumquodq; ad terminos ſuos, et ītelligat ſemitas domus ſuę? & infra ſubdit, uideo Paulum ex illa perſecutionis ſęuitia, ad gratiam apoſtolatus uocatum, & tamen ſic inter iudicia occulta formidat, ut reprobari ſe etiam poſtquam uocatus eſt timeat. Ait enim Caſtigo corpus meum, & ſeruituti ſubiicio, ne forte aliis prędicans ipſe reprobus efficiar 1. Cor. 9. & infra, uę miſeris nobis, quia de electione noſtra, nullam adhuc dei uocem cognoſcimus, & ideo in otio, quaſi de ſecuritate torpemus, debet profecto in ſpe eſſe ſecuritas, ſed etiam amor in conuerſatione, ut & illa certantes foueat, & iſta torpentes pungat: &c. Hę omnes ſiquidem rationes & authoritates probant, quod diuinę & ęternę prędeſtinationis, ac reprobationis, prout prędeſtinatio & reprobatio conſiderantur in or-

ſilue ad diuinam uoluntatem, tanquam liberam, & principaliſſimam omnium cauſam nulla eſt quærenda aut inuenienda cauſa, uel ratio, quoniam diuinæ & æternæ uoluntatis nulla poteſt eſſe ratio, neque aſſignari cauſa. Nam quicquid deus uult libere facit, & operatur, & ad hunc ſenſum locutus eſt Paulus ad Rom. 9. per totum illud capitulum qui uoluit oſtendere, ſtultum eſſe & inane diuinæ uoluntatis, quærere cauſam, & rationem, quod idem eſſet quęrere cauſam primę cauſæ, & ſic patet ſolutio ad lutheranorum, & aliorum obiectiones, Et nota, quod iſtæ rationes non aduerſantur primis rationibus pro principali concluſione factis ut infra immediate clarius patebit. ſi tu candide lector dignaberis ſequi legendo, & ſic patet prima conſideratio diuinæ, & æternæ prædeſtinationis, ac reprobationis, quare & cętera.

2. conſideratio prædeſtinationis & reprobationis

Alio modo ęterna dei prędeſtinatio, ſeu reprobatio poteſt conſiderari in ordine ad ſuum effectum, & quantum ad eius executionem. Nam effectus prædeſtinationis eſt præmium ęternum quemadmodum effectus reprobationis eſt pœna æterna, & ille nempe a nobis eſt, & in nobis paſſiue reperitur, & hoc ſiquidem modo requirenda, & inuenienda eſt cauſa prædeſtinationis: pariter & reprobationis, tam ex parte dei, quam reſpectu hominis. Aliud eſt enim dubiũ quærere. An inueniri poſſit ratio: ſeu quærenda ſit cauſa, quare deus, & diuina uoluntas, ab æterno illũ uoluit prædeſtinare, & hunc reprobare, et aliud eſt quærere, cur iſte de facto ab æterno ſit prędeſtinatus, & ille reprobatus, & cur iſte ſit ſaluus, ille uero damnatus. & in p̃deſtinato ſit aliqua cauſa

ſuæ prædeſtinationis, & in reprobato cauſa ſuæ reprobationis. Primũ enim quærit cām diuinæ & æternæ uolũtatis, cuius nulla eſt quærẽda cauſa, nec aliqua ratio inueniri poteſt, ut paulo ante probatum eſt. Secundum quærit cauſam ipſius effectus, et executionis æternæ ac diuinę prædeſtinationis, Et hoc ſiquidẽ modo dicẽdũ eſt, quod capiendo prędeſtinationẽ, & reprobationẽ in ordine ad ſuũ effectũ quẽ prædeſtinatio, & reprobatio includunt, & quãtum ad eius executionẽ quęrenda & inuenienda eſt cauſa, Nam ut diximus in probatione primæ concluſionis, diuina uoluntas eſt principalior cauſa uniuerſalis bonorum p̄deſtinationis, libera autẽ hominis uolũtas, ſeu liberũ arbit. aut finalis perſeuerãtia in charitate p̄uiſa, ab æterno a deo concurrit uelut cauſa inſtrumentalis, necnõ effectus bonorum operũ in fine, cauſa eſt minus principalis hominis ſalutis ęternę: ſemꝑ enim deus, tanꝗ cauſa principaliſſima concurrit ad hominum ſalutem. Sed per oppoſitum libera hominis uoluntas, ſeu finalis perſeuerantia ipſius in malo a deo ab æterno pręuiſa cauſa eſt principalis illius ęternæ reprobationis, dein de effectus malorum operũ in fine, cauſa eſt etiã principalis ſuæ æternæ damnationis, & ad hunc ſenſum, & ſecundum hanc conſiderationẽ, intelligenda eſt prima concluſio, cum ſuis rationibus annexis. Cum.n.dicitur, quod deus non eſt omnimoda cauſa uniuerſalis prædeſtinationis, ſemota quacũꝙ alia cauſa nõ capitur ibi prædeſtinatio, in ordine ad ſuã primã cãm, quæ eſt diuina uolũtas, cuius nulla põt eſſe cauſa, uel ratio ut dictum eſt. Sed accipitur ibi p̄deſtinatio, put ordinatur ad ſuũ effectum, quẽ ipſa denotat, quiquidẽ eſſe,

Quomodo intelligenda ſit prima concluſio.

ctus a nobis eſt, & in nobis paſſiue reperitur, & quantum ad eius executionem, & hoc equidem modo, euidēter conſtat, quod uniuerſalis prędeſtinationis, deus eſt principalior cauſa: libera autem hominis uoluntas cauſa eſt inſtrumentalis, ſeu minus principalis. Semper ſecundo modo capiendo cauſam, ut dictum eſt in quinto notabili, ſed eſt una regula generalis in rebus naturalibus quod quotieſcunq; duę cauſę concurrunt ad unū & eundem effectum: quarum una eſt principalis, & altera inſtrumentalis, ſemper effectus attribuitur cauſę principali, & non inſtrumentali, exēpli cauſa, ſcriptor nequit ſcribere ſine inſtrumento calami, & tamen ſcriptura non attribuitur calamo ſed ſcriptori. Sic in propoſito licet ad effectualem prędeſtinationem concurrant uoluntas dei, pariter & libera hominis uoluntas conformis imaginis filij ſui: tamen prędeſtinatio merito attribuenda eſt uoluntati diuinę tanquam principaliori cauſæ, & per oppoſitum reprobatio debet attribui liberę hominis uoluntati, uel ſuo malo uſui liberi arbitrij, cuius eſt principalis cauſa, & ſiquidem omnes ſcripturarum authoritates, quę uidentur innuere, quod ſolus deus dat nobis gratiam, p̄deſtinat, uocat, iuſtificat, prędmiat hoc modo intelligi debent, ſcilicet tanquam cauſa principalis, a qua omne datum optimum, & omne donum perfectum, &c. Si enim ſcriptura attribuitur ſcriptori, & nō calamo, ſine quo etiam non ualet ſcribere, quanto magis noſtra prędeſtinatio eſt attribuenda deo, & non ſolū libero arbi. licet ut cauſa cōcurrat, ſine quo etiā pōt deus & qđlibet bonū nobis cōferre, & ita dicēdū eſt de fide & opibus bonis, quę neceſſario cōcurrūt ad iuſti-

Regula generalis.

Exemplū. de ſcriptore & calamo.

Exemplū de fide & operibus bonis.

ad iuſtificationem : ſed quoniam fides,ſeu gratia gratum faciens , concurrit ut principalior cauſa, opera autem bona , ut cauſa minus principalis, ideo merito iuſtificatio pręcipue attribuitur fidei & gratiæ &c.

Obijciunt inſani.

POſſet enim aliquis dicere. Ego ſum pręſcitus ab æterno & ordinatus ad pęnam æternam, etiam propter demerita mea a deo ab ęterno prę uiſa. Tamen ſi Deus uellet,poſſet me ſaluare, ac me facere bene uti libero arbitrio, cur igitur non me ſaluat ? ſi uult oēs homines ſaluos fieri : etc.

Reſponſio.

AD hanc obiectionem primo reſpōdetur quod hoc Deus non faceret, quia tunc tolleret liberum arbitrium. Sic.n. Deus ordinauit ad tuam ſalutem conſequendam , libe. arbi.tuum concurrere,quod cum ſit cauſa cōtingens,ideo contingenter euenit p̄deſtinatio,ſcribitur nēpe. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur, & Paulo poſt. Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem,ſecundum omnes abominationes,quas operari ſolet impius,nūqd uiuet ? quaſi dicat non.Item Paulus ad Galatas Quæ ſeminauerit homo hęc & metet &c. *Prima reſponſio.* *Ezec. 18.* *Gala.6.*

Secundo reſpondet Paulus ad Romanos dicens. O homo tu quis es , qui reſpondeas Deo, nunquid dicit figmentum ei,qui ſe finxit,quid me feciſti ſic : &c. *Rom.9.* *2. Reſpon.*

Tertio reſpondet̄,qđ iudicia Dei ſunt incōprehenſibilia , & qcqd Deus facit iuſto iudicio facit, ut idē Apoſto. ad Rom.atteſtatur.d. O altitudo diuitiarum ſapiētiæ & ſciētiæ dei, quā incomp̄hen- *3.Reſpon.* *Rom.11.*

ſibilia ſunt iudicia dei, & inueſtigabiles uiæ eius &c. & alibi ſcriptura ait. Iudicia dei abiſſus mul
Auguſti. ta. Item Auguſtinus Voluntas dei iniuſta eſſe nõ poteſt, uenit enim ex occultiſſimis meritis uel de meritis hominum &c.

Obijciunt uulgares.

SOlet etiam a uulgaribus queri: Cur deus creat homines, uel animas, quas ſcit perpetuo damnandas.

Prima reſponſio. Ad quos reſpondetur, quod triplici de cauſa hoc deus facit, et hos homines creat, quos etiam ſcit æternaliter damnari, primo, ut deus oſtendat iuſtitiam ſuam, ſcit enim illos ex malo uſu liberi arbi. & ob continuam, ac finalem perſeuerãtiam in peccatis, ab eo æternaliter præuiſam, omnino fore reprobos. Ideo creat eos ad oſtendendum iuſtitiam ſuam, & utitur eis tãquam uaſis irę ſuæ,
Rom.9. teſte Apoſtolo qui ait. Volens deus oſtẽdere irã ſuam, & notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia uaſa irę apta in interitum: id eſt multos reprobos, & in malis obſtinatos, de quibus in ſcripturis quam plura habentur exem-
Gen.7. pla. Primo de illis, qui ſubmerſi fuerunt ab aquis diluuij. Et de uolentibus ædificare Turrim Ba-
Exodi.12. bel, infra cap. 11. Secundo de Pharaone. Exodi
Eſaie 37. per totum uſq; ad cap. 12. Quoniam indurauit cor eius non poſitiue, ſed priuatiue, abſtrahendo ab ipſo gratiam, ob malum uſum ſui liberi ar-
Danie.4 bitrij. Tertio de Sennacherib & eius exercitu.
Iudit.13. Quarto de Nabuchodonoſor. Quinto de Oloferne. Et tandem claret de Iudæis, & Infidelibus, ac alijs Chriſtianis obſtinatis in peccatis, quos Deus ſuſtinet, ut conuertantur, & agant pæni-
Matt.25. tentiam, qui & ſi nolunt conuerti, Deus per illos

oſtendit iram ſuam, & notam facit potentiam ſuam, quam etiam contra hos reprobos magis oſtendet in ultimo examine finalis iudicij ſui.

Secundo reſpondetur, quod hoc Deus facit ratione boni uniuerſalis, ut enim uniuerſale ſaluetur, neceſſe eſt interdum particulare perire, quod claret in rebus naturalibus, & ciuilibus, ob ſalutem enim totius corporis nonnunquam abſcinditur membrum putridum, & ad ſaluandum unã communitatem ſeu ciuitatem neceſſe eſt aliquãdo malos de medio tolli, nonnullos ſuſpendere, alios uero capite plecti, Sic in propoſito propter uniuerſalem ſalutem generis humani, decet Deũ non tantum ſua miſericordia & clementia, ſed & ſua iuſtitia uti, & ideo oportet in tanta multitudine, quod aliqui ſint boni, quidam meliores, & nonnulli optimi, alij inſuper mali, aliqui peiores, cæteri autem peſſimi, quidam uero mediocres, ait enim Apoſtolus ad Corinth. Si totũ corpus oculus, ubi auditus? ſi totum auditus ubi odoratus? &c. 2. Reſpon. 1. Cor. 12.

Tertio hoc facit deus, ratione ordinis ſucceſſiui. ex bonis namq; naſcuntur mali, & ex malis boni, ſi quidem de Tharam idolatra ortus eſt ſcilicet Abraam Patriarcha, & ex peſſimo Eſau, natus eſt Sanctus Iob, & ex patribus in deſerto nati ſunt filij, qui intrauerunt terram promiſſionis, quorum multi Reges & Prophetæ Sancti, ex Saul peſſimo Ionatas optimus: de iniquo Achab natus eſt Ezechias Sanctus, & ex Amon Sacrilego, Ioſias bonus, de patre Hæbreo Apoſtolus Pau. pariter Barbara & Catharina natæ ſunt ex peſſimis patribus, ut etiam dictum eſt in tractatu de libero arbitrio &c. 3. Reſpon.

Quarto permittit Deus reprobos naſci, ob coronam bonorum, quoniam per Caim martyrio coronatus eſt Abel, per fratres uenditus eſt Ioſeph, ſiquidem per peſſimos Reges, & tirannos Prophetę martirio, & diuerſis ſupplicijs corōati. Alij namq; ferro perempti. Alij flammis exuſti. Alij flagellis uerberati. Alij uectibus perforati. Alij affixi patibulo. Alij pelago ſubmerſi. Alij uiui decoriati. Alij uinculis mancipati. Alij linguis priuati. Alij lapidibus obruti. Alij frigore afflicti. Alij fame cruciati. Si enim non fuiſſent impij imperatores, ut Nero, Decius, Domicianus, Valerianus, Paſchaſius, Maxentius, quomodo his ſupplicijs coronati fuiſſent martyres? per illos nāq; oſtenderunt ſuam uirtutem, patientiam, paupertatem, humilitatem, fidem, & charitatem, & ſic tranſierunt per ignem & aquam, ad ethæra cœli, ubi cum Chriſto perpetuo regnant.

COMPENDIVM RESOlutum totius matæriæ, de prędeſtinatione.

Quid prædeſtinationis initiū, medium. & finis.

IN PRÆDESTINAtione tria præcipue, ſunt conſideranda ſcilicet initium Medium, & finis, Duo extrema ſunt æterna, Vnum a parte ante, reliqùm a parte poſt, Medium uero eſt temporale, initiū prædeſtinationis eſt electio creaturę rationalis facta a Deo ante mundi conſtitutionem ad uitam æternam conſequendam, finis autem prędeſtinationis eſt ipſa uita æterna, Regnum Dei ſempi-

terna beatorum gloria, At medium ipſius prædeſtinationis, eſt bonus uſus liberi arbitrij, finalis perſeuerantia in charitate, ac quodlibet opus bonum a libera uoluntate electum, ad Dei honorem finaliter ordinatum, & hoc eſt temporale Initium prædeſtinationis ſoli Deo conuenit, Medium eſt in libera hominis facultate, finis autem tam Deo quàm homini attribuitur, quoniã Dei gratia ac bonis operibus acquiritur, Ait.n. Apoſtolus, Gratia Dei uita æterna & Chriſtus in Euangelio. Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata, cui fauet illud quod Auguſtinus de Eccleſiaſticis dogmatibus teſtatur dicens, Initium ſalutis noſtrę deo miſerante habemus, ut bene operando acquieſcamus Salutiferis inſpirationibus, noſtrę liberatis eſt, etſi quiſpiam dicat, Quomodo in illa ęternitate aliqui hominum ſunt electi, alij uero reprobati, Quemadmodum Apoſtolus loquens de Iacob & Eſau teſtatur dicens, Cum nondũ nati eſſent aut aliquid boni aut mali egiſſent, ut ſecundum electionem propoſitum dei maneret, non ex operibus, ſed ex uocante dictum eſt ei, maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt Iacob dilexi, Eſau autem odio habui &c. *Rom. 6.* *Matth. 9.* *Auguſti.* *Obijcitur.* *Rom. 9.*

Reſpondendum eſt quod quęcunq; nunc uidet deus, ita clare ab ęterno, & ante mundi conſtitutionem, intuebatur, Deus autem nunc uidet incredulitatem Paganorum, obſtinationem Iudæorum mala multorum Chriſticolarum opera, Malũm liberi arbitrij uſum, ac finalem ipſorum perſeuerantiam in peccatis quæ omnia ab æterno oculi Domini contemplabantur, Sed quemadmodum nunc non acceptat, Quinimo omnes talia operantes reprobat dejicit et odit, Sic in illa *Reſponſio.*

æternitate hos reprobabat, Quibus Chriſtus in
Matth. 7. extremo iudicio dicet, Diſcedite a me quia nun-
quam noui uos, Cauſa igitur cur tales & alij quã
plurimi, non fuerunt electi a deo, non fuit diuina
uoluntas, nec dei bonitas, quæ damnationis æter
Cur futuri mali non fuerunt electi. næ nunquam dicitur cauſa, Sed præſcientia eo-
rum malorum operum, finaliſq; perſeuerantiæ in
peccatis, & obſtinationis, quam deus ab ęterno
perfectæ agnoſcebat, uidebat, & intuebatur, Di-
citur autem pręſcire reſpectu noſtri, Videt inſu-
per nunc deus multa opera bona fieri ab homini
bus, qui bene utuntur ſuo libero arbitrio, finali-
ter perſeuerant in charitate, Si peccant ſe pœni-
tent, Quæ omnia pari lumine ab æterno uide-
bat, Sed quemadmodum nunc deus ſua miſeri-
cordia approbat iſta, ita eadem ratione, ipſum
ab æterno huiuſcemodi bona, una cum operanti-
bus illa, approbaſſe neceſſe eſt, fuerunt igitur om
nes iſti, in illa ęternitate, electi a deo non ſimpli-
citer, propter eorum futura bona opera, nec ꝙ
pręſcientia futurorum bonorum, ſit cauſa, ꝙ fue-
Cur futuri boni fuerunt a deo electi. rint electi a deo ad ęternam beatitudinem, licet
talis pręſcientia dicatur cauſa quã nõ, quia ſi per
poſſibile uel impoſſibile deus non pręſciuiſſet eo-
rum bona opera non prędeſtinaſſet eos (teſte
Rom. 8. Apoſtolo) qui ad Roma. Quos deus præſci-
uit conformes fieri imaginis filij ſui, hos præde-
ſtinauit &c. Talis tamen electio fuit ex miſeri-
cordia, & mera liberalitate dei, ut initium noſtrę
prædeſtinationis ſoli deo attribuatur, Quemad-
modum Auguſtinus ſupra teſtificatus eſt dicẽs:
Initium ſalutis noſtræ deo miſerante habemus
& cętera. At finis prædeſtinationis qui eſt uita
æterna primo diuinę gratiæ, inde meritis noſtris

claruit,
refrēdus eſt ut ſatis abūde in ſupioribus claruit,
Mediū autē ipſius pdeſtinatiōis in nobis repiſ, q̄
ſunt oīa opa bona in gratia et charitate opata, et
a deo acceptata, ut multis medijs, et ratiōibus, et Rom. 13.
exēplis oſtēdi poteſt, ait.n. Apoſtolus, quę a deo
ſunt, ordinata ſunt, pater primo de Angelis, qua/
liter miro ordine mouentur ad ſuū finē, ita ſol, lu/
na, planetæ, corpora cœleſtia, elemēta, quę tandē
oīa ad finem hominis ſunt ordinata, ſi ergo deus
tanto ordine procedit ac p tot cauſas totq; inter
media operatur, ut homo ſuum naturalem finem
conſequatur, quāto maiori ordine, pluribuſq; me
dijs, ſtatuit, ut homo ſuum ſuper naturalem finē Optimus
adipiſcat, Voluit enim deus ſe ſolo creare mūdū, diſcurſus.
ſed noluit per ſe ſolum regere mundum, ſed mini-
ſterio Angelorum & hominum quibus & ſupe-
riora & inferiora regit & gubernat, ut tali ordi-
ne ad ſuum finem reducantur, per homines autē Quomodo
regit ciuitates, & regna, Domum, familiam, Pue- deus om-
ros, ignorantes, uocat peccatores, Docet, Punit, nia regit.
adiuuat, clamat, donat, ſumus.n. coadiutores dei
ſocij coopādo et miniſtri (teſte Apoſtolo) ſic nos
exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti et diſpēſato 1. Cor. 4.
res miniſteriorū dei, ſed quicquid facit deus his ſecū-
dis cauſis, id ſe ſolo efficere poſſet quēadmodum
Chriſtus ſe ſolo uocauit Apoſtolos, quibus cęteros
electos ad ſe reduxit, p quos ēt, q plurimi uocati
ſūt, quos potuiſſet ſe ſolo uocare, uult inſup deus
ſubſtāciā eē ſubiectū oīum accidētiū, q̄ tn̄ ſine ſu-
biecto cōſeruare potuiſſet, ſicut i ſacramēto alta-
ris, Sed uoluit ut omnia per debita media ducat
ad finem, & conſeruet, Deus igitur ſua miſericor-
dia nos elegit, & prędeſtinauit, ad ęternam beati
tudinē, ſed nō uult eam nobis dare, niſi cōcurrēti-

Modus procedendi in prædeſtinatione. bus debitis medijs, quibus omnia proficiſcūtur in finem, ut liquet ex uerbis Apoſtoli qui clare oſtē dit, quod non ſtatim cum deus nos elegit, Beatificauit, Sed per multa media ꝓcedit, primo nos preſciuit conformes fieri imaginis filij ſui, ſecundo nos prędeſtinauit, Tertio uocauit, Quarto iuſtificauit, Quinto magnificauit igitur &c.

Rom. 8.

Pulchra ratio. Dicit enim homo, ſi ſum prędeſtinatus omnino ſaluabor, Ad quid igitur tantum laborare, ferre Crucem, tanta bona operari, Cur non ita dicit dum eſt corpore infirmus, ſi deus ſtatuit mihi dare ſanitatem, omnino ſanabor, ſed uocat medicum procurat medicinas, uult potionem amaram ſumere, & his, alijſq; utitur medijs, ut ſanitatem adipiſcat, Ita deberet facere in ſua ſpirituali infirmitate, quoniam deus quicquid ſtatuit debitis medijs ſtatuit, iuxta illud quę a Deo ſunt, ordinata ſunt.

Epilogus Ex dictis igitur manifeſte conſtat quod diuina uoluntas eſt ſola cauſa noſtrę electionis, quæ eſt p̄deſtinationis initium, qđ ſoli deo attribuit̄, Elegit enim nos deus (ut ait Apoſtolus) ante mū di conſtitutionem, ut eſſemus ſancti &c. qui prędeſtinauit nos id eſt prædeſtinationis nobis initium dedit, in adoptionem filiorum dei, per Ieſum Chriſtum ſecundum propoſitum uoluntatis ſuę, igitur talis electio fuit ex miſericordia, & mera liberalitate dei, Diuina tamen uoluntas non dicitur totalis cauſa totius, ac uniuerſalis prędeſtinationis noſtræ, Quoniam talis comprehendit in ſe initium, Medium, & prędeſtinationis finem, uidelicet electionem, opera bona, et beatitudinem, quam homo adultus aſſequi non poteſt, niſi concurrentibus debitis medijs. ſ. operibus bonis, quę

Ephe. 1.

Nota diligenter.

ſunt in ipſius libera facultate, iuxta quem ſenſum *Obiectio.*
poſita eſt prima concluſio, Et ſi quis dicat infan-
tes decedentes ſuſcepto baptiſmate fuerunt electi
a deo, & prędeſtinati, & tamen finem prędeſti-
nationis id eſt uitam æternam conſequuntur, non
concurentibus debitis medijs .ſ. operibus bonis.
Reſpondeo quod talem finem per medium paſ- *Reſponſio.*
ſionis & ſanguinis Chriſti aſſequuntur, patet igi-
tur qualiter hęc tria in prædeſtinatione conſide-
rantur ſcilicet, Initium, Medium, & finis.

COMPENDIVM ALIVD
reſolutum eiuſdem materiæ, de prædeſtinatione.

PRÆDESTINATIO *Quid præ*
componitur ex præ ꝙ eſt ante *deſtinare.*
& deſtino ꝙ eſt ordino ut præ-
deſtinare idem ſit ꝙ ante ordi-
nare uel deſtinare, homo enim
ordinatur & eligitur a deo ad
beatitudinem conſequendam,
ſed hæc ordinatio eſt ante ſuum eſſe, ideo dicitur
prędeſtinatio id eſt electio creaturę rationalis ad
uitam æternam, ante ſuum eſſe, Prædeſtinatur igi
tur homo ab ęterno id eſt ante omne tempus eli-
gitur, uel aliter deſtinare idem eſt quod mittere,
prædeſtinare igitur eſt tranſmittere, patet de ſa- *Prædeſti-*
gittante mittente ſagittam ad ſignum, qui dicitur *nare eſt*
tranſmitere, Sic deus prædeſtinando tranſmittit *tranſmitte*
hominem ad æternam fęlicitatem, Sed eſt notan *re.*
dum ꝙ ſi ſagittator debet tranſmittere ſagittam
oportet eam eſſe diſpoſitam .ſ. rotūdam, acutam,
alatam, Ita homo, ſi debet tranſmitti ad cœlū de-

cet enim eſſe diſpoſitum per uirtutes, uidelicet fidem, ſpem, & charitatem, ac cętera opera bona, Non oportet ergo dicere, Si ſum prædeſtinatus de neceſſitate ſaluabor, quoniam nulla res ſuum conſequitur finem niſi debitis medijs (ut ſupra habitum eſt) Viator qui de una ciuitate proficiſcitur in alteram per diuerſa media tranſit; Sic medicus per medicinam ſanat. Agricola autem primo arat, diſponit terram, ſeminat, plantat ſol calefacit, luna humectat, frigus nutrit, pluuia ad auget, calor maturat, ideo Apoſtolus Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, Ecce quot & quibus medijs acquiritur panis & cibus finis mortalis uitæ, Non eſt ergo mirum Si alijs quàm plurimis medijs acquirenda ſit noſtra beatitudo, Ait enim Chriſtus in euangelio. Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarum & phariſeorum non intrabitis, &c.

Diſcurſus naturalis. *1. Cor. 3.* *Matth. 5.*

Ecce unum medium & alibi, ſi uis ad uitam ingredi ſerua mandata, Ecce aliud medium, Item niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli non intrabitis in regnum cælorum, q eſt aliud medium, & alio in loco, Qui uult uenire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me, Non deſunt ergo media alia pręter illa, ut uirtutes Theologicę, et Cardinales, quibus homo ad ſuum reducitur finem.

Matth. 19. *Matth. 18.* *Matth. 16.*

Secundo eſt notandum q in prædeſtinatione quatuor conſiderantur (teſte Apoſtolo) uidelicet Prędeſtinatio, Vocatio, Iuſtificatio, Magnificatio, duo extrema ſunt ęterna, primum, ſcilicet & ultimum, ideo tantum ad dei ſapientiam ſunt pertinentia, contra quę non ualet diabolus, nec humana cognitio, Alia duo intermedia ad noſtram

Nota in p̃deſtinatione quatuor.

ſapientiam expectant, de quibus continue ten-
tat diabolus, ſolus enim Deus agnoſcit illa duo
extrema, ſcilicet prędeſtinationem & magnifica
tionem, quę ſub humana conſideratione (niſi tan
tum imperfecte) cadere minime poſſunt, homo
igitur diuinæ ſapientię, hac conſideranda relin-
quat, aliter ualde errare poterit, illa autem inter,
media tantum cogitare tenetur, uidelicet, Voca-
tionem & iuſtificationem, quę humane ſapientię
congruunt, de quibus homo aliqualem cogni-
tionem perfectam habere poteſt, ſua igitur inter
eſt conſiderare, qualiter, quomodo, & quibus
modis Deus uocat hominem internis, ſcilicet in-
ſpirationibus, ſuis concionatoribus, euangelicis
documentis, monitionibus, increpationibus, pro
ſperitatibus, aduerſitatibusue, & quomodo inſu
per cauere debet, ne ponat obicem diuinæ uoca-
tioni, ut ſpiritui ſancto non reſiſtat, Sed ſalutife-
ris pulſationibus acquieſcat, Deinde animaduer
tat erga iuſtificationem ſuam, quonam modo iu
ſtificatur a Deo, & de magnitudine gratię, ac iu-
ſtificationis beneficio, qualiter bis iuſtificatur ho
mo, ſcilicet fide ſpe & charitate, proinde operi-
bus bonis, ut ſi ponatur aqua ad ſolem cale fit,
ſi autem ad ignem maiorem recipit calorem, Sic
homo primo iuſtificatur in baptiſmate per gra-
tiam & fidem infuſam, Secundo per fidem acqui
ſitam et opera bona iuxta illud Apocalipſis. Qui
iuſtus eſt, ſcilicet fide iuſtificetur adhuc fide, &
operibus ſimul.

Solus deūs agnoſcet pdeſtinationis extrema.

Hęc ſunt ergo illa duo intermedia .ſ. uocatio & iuſtificatio quæ tantum cõſiderare tenemur, Noſtra autem non intereſt apprehendere, cognoſcere, iudicare, diſcernere, ea quæ ſunt ęterna. Cum non ſint in noſtra facultate trãſcendantq; limitẽ intellectus humani, ut illa duo extrema prędeſtinationem .ſ. & magnificationem. At hi qui talia dignoſcere putant aſſimilantur ludentibus ad pilam quorum, Si unus ſubingreditur locum alterius impedit alterum & neuter illorum percutit pilam, Sic facit homo cum uult ſcire quę dei ſunt ignorat quę ſua ſunt, et ita cõmittit errorem, Duo tranſmittẽtes pilam .i. noſtram totalem prędeſtinationẽ ſunt deus & homo, ideo debent ſeorſum manere unus ſurſum, alter deorſum, ut deus illa duo extrema dignoſcat prędeſtinationẽ .ſ. et magnificationem, Homo uero alia duo intermedia uidelicet uocationem ac iuſtificationẽ, & ita nullus aderit error, Cũ ergo dicit homo, ſi ſum prædeſtinatus de neceſſitate ſaluabor, errat. Quoniã deus extra ſe omnia contingenter et libere operatur, Si curioſe quęrat, cur Iacob elegit & Eſau reprobauit (errat.) Quoniam Apoſtolus ait, O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientię Dei quam incompręhenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uię eius, Si iterum, Dicat cur creauit reprobos in futurum damnãdos (errat) quoniã ille idẽ ait, Quis prior dedit ei ut retribuetur ei, Etſi adhuc quęrat cur bona malis & mala bonis (errat) quoniã ibidem ſcribitur, O homo tu quis es qui reſpondeas deo &c. Mirabiliter igitur errat homo cum uult ſcire incompręhenſibilia iudicia dei ac inueſtigare uias eius agnoſcereq; ſenſum domini, debet igitur in loco ſuo manere cõſiderãdo

Pulchrum exemplũ.

Tantũ prædeſtinationis media cognoſcit homo.

Rom. 9.

non quę dei, Sed quę ſua ſunt, illa intermedia ſuā uidelicet uocationem, & iuſtificationem, & tunc errare non poterit, aliter nec dei nec ſua agnoſcere poterit.

Tertio eſt notandum ꝙ quatuor quę in noſtra prędeſtinatione conſideranda ſunt, ad quatuor quę reperiuntur in Chriſto comparari poſſunt, quæ ſunt Verbum Incarnatio, Paſſio, Reſurrectio ad gloriam, Verbum comparatur ad prędeſtinationem & ſicut duplex eſt Verbum ſcilicet mentale & uocale, ita duplex prædeſtinatio ęterna uidelicet ad gloriam, & temporalis ad gratiam, Reſurrectio autem ad magnificationem, ut quemadmodum Chriſtus reſurrexit ad gloriam, ita magnificatur homo, in eadem ęterna fęlicitate, At illa duo intermedia .ſ. incarnatio & paſſio ad alia duo comparantur, uidelicet uocationem & iuſtificationem, incarnatio enim reſpicit uocationem quoniam Chriſtus incarnatus eſt, ut uocaret omnes peccatores ad deum, per ſe, per Apoſtolos, per concionatores, ac ſingulares perſonas, Sicut Eunuchum per Philippum, Poſtremo paſſio reſpicit iuſtificationem, quoniā omnes homines per Chriſti paſſionem iuſtificati ſunt quare &c. *Pulchra cōparatio.*

SIGNA HOMINIS PRÆDEſtinati per ſcripturarum teſtimonia.

PRIMVM SIGNVM eſt in ſolo Deo confidere non in ꝓprijs uiribus, quoniam ut inqt ſapiens in Prouerbijs, Qui confidit cordi ſuo ſtultus eſt, & ibidē, Qui cōfidit in cogitationibus ſuis impie agit,

Dauid quoque, Qui confidunt in uirtute ſua gloriantur. Secundo non confidere in homine, cuiuſcunque honoris gradus ſeu conditionis exiſtat,
Ierem. 17. quoniam Ieremiæ ſcribitur, Maledictus homo
Pſal. 145. qui confidit in homine, & Dauid in Pſalmo, Nolite confidere in principibus, neque in filijs homi
Pro. 11. num, in quibus non eſt ſalus, Tertio non confidere in diuitijs, teſte Sapiente, Qui confidit in diuitijs ſuis, corruet, & hęc fuit illa digna & ęgre
1. Thim. 6 gia uox Pauli, dicentis Præcipe diuitibus huius ſęculi non ſperare in incertitudine diuitiarum, quāobrem ſeruator nos admonet. d. Nolite theſauri-
Matth. 6. zare uobis theſauros in terra, Quarto non confidere in prudentia & ſapientia huius mundi. d. do
Eſai. 29. mino per Eſaiam, Perdam ſapientiam ſapientum & prudentiam prudentum reprobo, de quibus
Rom. 1. Paulus ad Roma. Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtul-
1. Cor. 3. ti facti ſunt, & ad Corint. Sapientia huius mundi
Coloſſ. 2. ſtultitia eſt apud Deum, Ad Coloſſ. quoq;. Nemo uos ſeducat per inanem philoſophiam, Vnde & Pſalmographus, Dominus nouit cogita-
Pſal. 93. tiones ſapientum, quoniam uanę ſunt, Quinto non confidere in honoribus & fortitudine huius
Amos. 6. ſęculi, Eo ꝙ minatur Amos d. Veh qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in montem Samarię, optimates capita populorum, Non glorietur igitur Sapiens in ſapientia ſua, nec diues in diuitijs ſuis nec fortis in fortitudine ſua, quoniam uanitas
Eccl. 1. uanitatum & omnia uanitas, Quare potiſſimum hominis prædeſtinati, ſignum eſt in his non confidere, ſed in ſolo Deo habere fiduciā ſuam, quoniam ipſe ſolus ſapientiſſimus eſt cuius ſapientia non eſt numerus, qua (ut inquit ſcriptura) attin-
Sap. 7. git a fine uſque ad finem fortiter & diſponit om-

nia ſuauiter, Ipſe ſolus omnipotens ut Mardochę- *Heſt. 13.*
us atteſtatur dicens. Domine rex omnipotens in
ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſ
ſit reſiſtere potentię tuę, Solus clementiſſimus
cui Moſes Dominator domine miſericors & cle- *Exo. 34.*
mens, patiens et multę miſerationis, ideo Prophe
ta, Qui confidit in domino glorietur quoniam *Pſal. 10.*
non derelinquit confidentes in ſe, Et ille Idem,
Qui confidit in domino ſicut mons Sion non cō- *Pſal. 124.*
mouebitur in æternum, & hęc de primo ſigno.

Secundum ſignum hominis prędeſtinati eſt in *Pſal. 7.*
ſolo Deo ſperare, Pſalmographo teſtante, qui ait,
Domine deus meus in te ſperaui ſaluum me fac
ex omnibus perſequentibus me libera me, quo-
niam tu dixiſti, quia in me ſperauit liberabo eum,
Item propter hoc lætatum eſt cor meum, & exul- *Pſal. 15.*
tauit lingua mea inſuper & caro mea requieſcet
in ſpe, Quoniam in te ſperauerunt patres noſtri
ſperauerunt & liberaſti eos, Ad te clamauerunt
& ſalui facti ſunt, in te ſperauerunt & non ſunt
confuſi, Rurſus, Guſtate & uidete quoniam ſua- *Pſal. 33.*
uis eſt dominus, beatus uir qui ſperat in eo, Prętere- *Pſal. 35.*
rea, Beatus uir cuius eſt nomē domini ſpes eius,
& non inſpexit in uanitates & inſanias falſas,
Proinde iacta ſuper dominum curam tuam, & *Pſal. 54.*
ipſe te enutriet, Item In Deo ſperaui non timebo *Pſal. 45.*
quid faciat mihi homo, & infra, Domine uirtu- *Pſal. 83.*
tum beatus homo qui ſperat in te, Et alibi, Bene- *Pſal. 145.*
placitum eſt domino ſuper timentes eum, & in
eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

Prouer. 3. Sapiens quoq; in prouerbijs. Habe fiduciam in domiuo ex toto corde tuo & ne innitaris pruden tię tuę,in omnibus uijs tuis, cogita illum,& ſpera Eſai. 40. in eo, & ipſe diriget greſſus tuos, Deniq; Eſaias concludit.d.Qui autem ſperant in domino,habe bunt fortitudinem,quia cum ſint debiles ſua pro pria natura,propter ſpem in deo,efficiuntur fortes,Aſſument pennas ſicut aquilę.ſ. ad uolãdum in cęlum, currentes propter nimiam agilitatem, & non laborabunt facti ſpirituales,Spiritus nãq; non fatigatur,non debilitatur, nec corpus ſpirituale patitur laborem,ambulabunt & non deficient, propter eorum impaſſibilitatem & diuinum robur ideo &c.

Tertium ſignum hominis prædeſtinati eſt deum diligere ſuper omnia, & proximum ſicut ſeipſum,prout dominus in euangelio teſtatur, di- Matt.22. cens, Diliges dominum Deum tuum ex toto cor de tuo,ex tota anima tua, ex tota mente tua, & proximum tuum ſicut te ipſum, In his .n. duobus mandatis tota lex pendet,& prophetę,ideo ad obſeruantiam iſtorum ſequitur obſeruantia Rom. 8. omnium pręceptorum Dei, De prima namque dilectione dei loqtur Apoſtolus.d. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his qui ſecundum propoſitum uocati ſunt ſancti, et Paulo poſt qs ergo nos ſeparabit a charitate Chriſti, tribulatio? anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an? gladius? Et infra concludit.d. Certus ſum.n. quia neq; mors,neq; uita,neq; angeli,neq; principatus,neq; uirtutes, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo,neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura aliqua poterit nos ſeparare a charitate Dei,

ritate Dei,quę eſt in Chriſto domino noſtro,quę quidem charitas hominem eſſe prædeſtinatum oſtendit,eumq́ certiorem facit,De dilectione autem proximi & præcipue inimicorum loquitur in Euangelio. Diligite inimicos ueſtros benefacite his qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus uos,ut ſitis filij patris ueſtri &c. Dilectio quippe inimicorũ propter Chriſtum maximum & præcipuum ſignum eſt hominis prædeſtinati quare &c.

Alia ſigna hominis prædeſtinati alijs ſcripturarum teſtimonijs.

PRimum ſignum eſt uelle mori pro Chriſto, libenterq́; optare mortem,ueritatis tuendę cauſa, ait enim Apoſtolus ad Philip. Mihi uiuere Chriſtus eſt,& mori lucrum, Chriſtus nanq; dicitur uita hominis prædeſtinati, electi, & iuſti, ut Ille idem ad Coloſ. Mortui enim eſtis & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto,& merito dixit abſcondita, quia non habetur certitudo rei, iuxta illud ſapientis, Nemo ſcit utrum odio uel amore dignus eſt, Quod autem iuſti & prædeſtinati deſiderent mori pro Chriſto,liquet in multis ſcripturarũ locis,Petrus nempe dixit ad Chriſtum, Tecum ſum paratus in mortem & in carcerem ire. Apoſtoli inſuper omnes, poſt aduentum ſpiritus ſancti ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati, Item ſancti per fidem lapidati ſunt, ſecti, tentati, & tandem gladio interempti ſunt, & idem Apoſtolus clamat, cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto.

Philip. 1. *Coloſ. 3.* *Eccle. 9.* *Luc. 22.* *Act.* *Hebræ. 11.* *2. Corin.*

Secundum ſignum eſt deſideriũ uiuendi cum Chriſto ait.n. Apoſt. ad Cor. Scimus.ſ. per certi

tudinem ſpei, quod ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur id eſt ſi corpus noſtrum terrenum mortale & corruptibile, in quo habitat anima diſſoluatur. ſ. per mortẽ & redigatur in puluerem, quod ędificationem. i. habitationem habeamus ex deo domũ non manufactã. i. non humanę generationis opere productã, & formatam, ſed ęternã in cœlis, quia tẽpore perpetuo durabit, Nam in hoc ingemiſcimus. i. intus in corde gemimus, hoc eſt cũ gemitu poſtulamus, diſſolui ab hoc corpore mortali, cupientes ſuperindui habitationẽ noſtrã, quę de cœlo eſt. i. immortale corpus recipere, quod ideo de cœlo dicitur eſſe, quia cœleſte erit, & in cœlis habitabit, & cœleſtibus erit ſimile uidelicet impaſsibile, clarum,
Matth. 13. ſubtile, & agile, ut dominus in Euangelio teſtatur fulgebunt iuſti ſicut Sol in regno patris mei, de huiuſmodi autẽ habitatione, indumẽto uel corpo
1. Cor. 15. re, taliter dotato, clare loquit̃ Apoſt. ad Corin. d. Seminat̃ corpus in corruptione, & ſurget in incorruptione, Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria, Seminatur in infirmitate ſurget in uirtute, Seminat̃ corpus animale, reſurget ſpirituale, & hoc eſt illud ueſtimentum, quod cupit homo, ſuper indui, ut cum Chriſto ſemper uiuere ualeat.

Tertium ſignum hominis prædeſtinati eſt negligere mundũ propter Chriſtũ, habereq; maximam fiduciã uitam cõſequendi æternã, de primo ait Apoſtolus, propter quem. ſ. Chriſtum, omnia detrimentũ feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chri-
Philip. 3. ſtum lucrifaciã, Exemplo Apoſtolorũ & ſanctorum omnia relinquentiũ propter Chriſtũ de. 2 loquitur Dauid in Pſal. Signatum eſt ſuper nos lu-
Pſal. men uultus tui domine dediſti lætitiam in corde

meo, à fructu frumenti uini & olei multiplicati ſunt, In pace in idipſum dormiā & requieſcā, Quoniā tu domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me, Hæc nanq; tria. ſ. lumen ueritatis in intellectu, lætitia in bonis operibus, pax in propria conſcientia, prædeſtinatos eſſe nos certiores facit.

Quartum ſignū eſt habere munditiam cordis, quoniā in Euangelio dicitur, Beati mundo corde, quoniā ipſi deū uidebunt, Multipliciter autē maculatur cor, primo per falſam doctrinā ab hæreticis prædicatā, teſte Apoſtolo corrūpunt bonos mores colloquia praua, Secundo praua intentione, ut ille idē, Modicū fermenti totā maſſam corrumpit, hoc eſt modica mala intentio, opus quodcunq; bonū maculare ualet. Tertio propter ſenſuum incautā conſiderationē ait enim Apoſt. Timeo ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus noſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu, Mūditia igitur cordis, noſtræ prædeſtinationis eſt euidens ſignum, iuxta illud Pſalmographi dicentis Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo, cui dominus, Innocens manibus & mundo corde hic aſcendet in montē domini & ſtabit in loco ſancto eius &c.

Matth. 5.

1. Cor. 15.

2. Corin. 1.

Pſal. 14.

Quintum ſignum eſt ſancta ac ſaluberrima uigilantia in deuotis orationibus, iuxta illud Petri, Vigilate & orate quia aduerſarius ueſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, &c. Et Dominus in Euangelio ait uigilate & orate, ut non intretis in temptationem, & alibi, Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur ueniret, uigilaret utiq; & non ſineret perfodi domum ſuam, ita & uos

1. Petr. 5.

Matt. 15.

eſtote parati in ſanctis orationibus uigilãdo quia qua hora nõ putatis, filius hominis ueniet, quam-
Eccle. 29. obrem concludit ſapiens.d. iuſtus cor ſuum tradit ad uigilandum diluculo, &c. hæc igitur uigilantia reddit hominem prudentem (& non eſt prudentis dicere non putarem) pariter & prædeſtinatione dignum.

Sextum ſignum eſt perfecte ac ingenue ope-
Galat. 6. rari propter Chriſtum, prout Apoſtolus nos ad monet.d. Dum tempus habemus operemur bonum, & alibi, Gloria, honor, & pax omni operan-
Rom. 2. ti bonum, Cum.n. quis in ſe ipſo experitur nunquam uelle Deum offendere, Sed in mandatis eius ac operibus perſeuerare, ut de uirtute in uirtutem proficiſceretur, uſq; in finem uitæ, ſe de numero eſſe prędeſtinatorum & electorum probabiliter concludere ualet.

Septimum ſignum eſt, omnes exteriores ſenſus in Chriſti paſsione exercere, Senſus.n. audi-
Ioan. 19. tus cuiuſcunq; electi ac prædeſtinati ſępenumero ſpiritualiter meditatur, glorioſum Chriſti clamorem quando Ieſus.ſ. clamans uoce magna emi
Hiere. 5. ſit ſpiritum, Vnde Ieremias nomine cuiuſcunq; electi, plorando clamat, Senſus cordis mei turbati ſunt in me, quoniam uocem tubæ.i. Chriſti audiuit anima mea, Senſus uiſus contemplatur liui-
Eſai. 53. dum Chriſti colorem, de quo Eſai. non eſt ei ſpecies neque decor, & uidimus eum & non erat ei aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum, Senſus odoratus ſuauitatẽ paſsionis immolati Chri-
Epheſ. 5. ſti odorat, ait.n. Apoſtolus, tradidit ſemetipſum pro nobis hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis, Proinde ſenſus guſtus ſuauem Chriſti guſtat amo
1. Petr. 1. rem, Quoniam ipſe dilexit nos & lauit nos à pec-

catis noſtris in ſanguine ſuo, Senſus deniq; tactus Chriſti dolorem ſentit aſperrimum, quemadmodum ipſe de ſe loquens clamat, O uos omnes qui tranſitis per uiam attendite & uidete, ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus &c. *Trenorũ. 1*

Sentiat ergo auditus fide credendo, ſentiat uiſus dum per meditationem intuetur Chriſtum, Sentiat odoratus per amorem attrahendo, ſentiat guſtus dum condolet amore, Sentiat tactus humilitate eum imitando, His deniq; ſignis poteſt quilibet de numero prædeſtinatorum & electorum ſe eſſe probabiliter arbitrari, ſiquidem nō intrabit in ſanctam Ieruſalem aliquis iniquitatem, & abominationem faciens, ſed tantum illi qui ſcripti fuerint, in libro uitæ ipſius immaculati agni qui cum patre & ſpiritu ſancto regnat in æternum. Amen. *Epilogus.* *Apoc. 21.*

DE CVLTV DEI, DEQVE SANctorum inuocatione, ipſorumq; ſuffragijs Diſputatio quarta, Concluſio prima.

TAmetſi Deus ſua æterna prouidentia omnia noſcat, immutabiliterq; omnia facienda diſponat, falſe tamen inferunt hæretici omnia fieri abſoluta neceſsitate, Quare non deprecandus eſt Deus, nihilq; proſunt hominum orationes.

Secunda Concluſio.

MVlta nēpe promiſit nobis dominus æternaliter, & immutabiliter dare, quę tamen non niſi precib. uel orationibus à nobis impetrari ualent, Nec deprecantis oratio dei

propoſitum mutat.

Hæ concluſiones ſic apertiſsime demonſtrantur. Quoniam omnes ſancti tam ueteris quam nouæ legis in eorum neceſsitatibus deum præcipue
pſal. 7. orauerunt, tum maxime regalis propheta Dauid,
pſal. 9. qui ait, Domine deus meus in te ſperaui, & infra
Pſal. 11. Miſerere mei domine uide humilitatem meam.
Pſal. 15. Item uſq; quo domine obliuiſceris me in finem.
24.27.30 Et rurſus: Conſerua me domine quoniam ſpera-
33. ui in te, itidem Ad te domine leuaui animã meã.
Et poſt Ad te domine clamabo ne ſileas à me, proinde In te domine ſperaui non confundar in æternum, & infra, Quæſiui dominum, & exaudiuit me, deniq; ille idem Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Vide quoq; per ſingulos pſalmos & ferme ubique inuenies Dauidem in neceſsitatibus ſemper oraſſe Deum, Multotieſque exauditum fuiſſe. Et non tantum ille, ſed alij quamplurimi Prophetæ & ſancti de quibus infra, &c.

Pulchra Difficultas.

AT pro earum concluſionum maiori lumine merito quæret hæreticus motus aliqua ineuitabili curioſitate. Cum enim deus per ſuam æternam prouidentiam omnia noſcat, ac immutabiliter facienda diſponat, ad quid proſunt hominũ orationes quib. deum nec informare nec à ſtatu-
Reſponſio. to poſſunt ordine mutare. Ad quam difficultatem dicendũ eſt quod alio fine orandus eſt deus, & alio fine orandus eſt homo, deus nanq; non eſt orandus quaſi noſtra oratione flectendus, aut quouis modo à ſuæ uoluntatis inſtituto immutandus ſit, quoniam ſimpliciter eſt immutabilis, nec flecti poteſt de nolle uelle & contra, nec de uno

uelle in aliud, neque aliquid de nouo uelle quod non ab æterno uoluit, Orandus eſt autem deus, ut nos ipſos excitemus orantes, ut prouocemus ad orationem & noſtræ miſeriæ compaſsionem. At contra non ob aliud hominem rogamus niſi ut ipſum ad miſericordiam moueamus. Quare manifeſte liquet quòd fine contrario laborat intentio noſtra deum orando, & hominem deprecando. Ibi quidem finis eſt immutatio orantis, hic eius cui deprecatio dirigitur, Qua de re non modica eſt differentia inter oratorem ſpiritualem & ſecularem. Orator nanque ſecularis intendit oratione ſua, mouere iudicem & in partem ſuam ipſum inclinare, ut ſibi faueat & pro parte ſua iudicet & ſententiet. Quemadmodum ille excellentiſsimus arpinas orator cæterique luculentiſsimi oratores. Orator uero ſpiritualis per orationem ſuam quam coram altiſsimo fundit non intendit ipſum mouere quem ſcit indubitanter in ultimate ſtabilitatis immobiliſsimum, ſed potius intendit ſemetipſum facere idoneum per orationem ut concedatur quod impetrare intendit ut ſi petimus liberari à malo quatenus intuitu iſtius petitionis malum à nobis Deus auferat, ſi uero petimus donationem alicuius boni ut intuitu orationis efficiamur hoc accipere digni & idonei. Non ut per illam orationem flectamus Deum optimum maximum, ut hoc nobis conferat, quaſi nunquam conferre uoluerit, & tunc primo uelle conferre incipiat, cum ab æterno hoc concedere nobis diſpoſuerit ad petitionem tamen noſtram factam uel faciendam tempore certo, ſecus eſt de quolibet homine, qui petitionibus uincitur, ut hoc, uel illud faciat, quod

Contrario fine orandus eſt Deus & homo.

Duplex orator ſpiritualis & ſecularis.

nunquam facere diſpoſuit. Et ita de nouo incipiat uelle facere. Oramus igitur ut præmiſſum eſt nõ ut mutet propoſitum ad noſtram orationem, ſed ut oratione nos ipſos diſponamus & efficiamur idonei impetrare quod petimus. Volens itaq; Deum tibi fore pium & miſericordem eſto tibi ipſi pius & miſericors, eſt. n. durus duris, pius pijs, bonus bonis, ſed iudex malis, talem itaq; illum inuenies, qualis & tu fueris in tuis deſiderijs, non quidem per mutabilitatem eius, ſed per tuã, Volens inſuper incuria ſua iuſtitiæ abſolutionem conſequi, te ipſum accuſabis, iudicabis, condemnabis. Et ſic remiſsionem impetrabis, non ſiquidem per mutabilitatem ſui, ſed per tui mutationem. Cum. n. peccator incipit deteſtari peccatũ, mutatur, quia habet in ſe deteſtationem quam prius non habuit. Et ſi petit ipſorum delectionem iterum mutatur ob petitionem quam prius non habuit. Deus autem delendo uel remittendo peccatum non mutatur, quia nihil in ſe recipit, quod prius in eo non fuit, ſi nanque Deus uult peccatorum orantis non imputare ad pœnam, nec punire ad eius deteſtationem, & petitionem, ſeu ſi uult conferre ei aliquam gratiam ad eius orationem, non incipit hoc de nouo uelle, ſed ab æterno hoc uoluit cum pro illo peccator precaretur, & deteſtaretur, ſeu pro illa gratia conſequenda deprecaretur, ſicut ſi ego ſtatuerem mecum inimico meo uelle remittere offenſam, quotienſcunq; petierit ueniam, uel ad ſuam ſupplicationẽ quam futuram pro certo tempore, ex reuelatione uel qualitercunq; præuiderem, remittendo ad ſuam ſupplicationem non mutarer pro tunc, quia nullum actum nouum in me haberem, quem prius

Quomodo orãdus eſt deus.

Mutatur peccator deus autẽ ſemper remanet immutabilis.

Pulchrum exemplũ.

non habuerim, ſed ipſe in ſe mutaretur de non petente in petentem. Ita pariter dicendũ eſt de deo. Ab æterno enim deus uidit petitionem hominis futuram, ſiue pro peccatorũ remiſsione, ſiue pro alicuius alterius boni impetratione & ad talem petitionem fiendam in tempore determinato decreuit ſe ab æterno remiſſurum peccatum uel collaturum illud bonum quod petetur & hoc ſine omni ſua mutabilitate. Quamuis hoc fieri non poſsit ſine mutatione eius, qui petit, uel quia etiã Deus ſtatuit ab æterno quotienſcunq; peccator ingemuerit, parcere ei, ſi igitur peccator dolet de peccato, Deus autẽ remittat ei peccatum quod prius non remittebat, nõ ex hoc ſequitur mutatio in deo, ſed tantum in ipſo peccatore. Vult inſuper nobis Deus conferre multa bona tam corporis, quam animæ. Attamen mediantibus debitis medijs inter quę potiſsimũ medium eſt oratio. Quapropter & mandat & docet nos orare. Patres quoq; tam ueteris, quã noui teſtamẽti ſummopere, omniq; ſtudio & diligentia, tam pro malis remouendis, quam pro bonis acquirendis humiliter & deuote orarunt, ſepiſsimeq; nimirum in eorum petitionibus exaudiebantur, ut liquet in toto ſacrarum ſcripturarum diſcurſu, quem quidem diſcurſum hic fieri pro maiori harum concluſionum euidentia, perutile fore arbitror.

Perfideliũ orationes nunquam mutatur.

In primis igitur adeſt ille primus Patriarcha Abraam, qui humiliter & diſcrete, inſtanter & pie orauit dominum pro ſodomitis, qui proculdubio fuiſſet exauditus ſi ad minus decem uiri boni inuenti fuiſſent in ciuitatibus Sodomorum. *Gene.*

Iſaac deprecatus eſt deũ pro uxore ſua ſterili, quam etiam pariturã fore diſpoſuerat dominus. *Gene.25.*

Gene. 32. Iacob ſe ab uxore & familia ſeiunxit, & dominum quotidie humiliter exorauit.

Exod. 8. Orauit dominum Moſes ut plagas ab Egypto auerteret, & exaudiuit eum, licet illi mali eſſent.

Exod. 17. In bello quod habuerunt filij Iſrael cōtra Amalech plus fecit Moſes orando quam Ioſue pugnando.

Exod. 32. Poſt adorationē uituli uidebatur dominus populum uelle delere, ſed Moſes per orationis inſtantiam ueniam obtinuit.

Nu. 11. Per orationem Moſi abſorptus eſt ignis, qui caſtra murmurantium deuorabat.

Nu. 12. Maria per orationem Moſi à lepra curata eſt.

Nu. 21. Populus etiam ab ignitis ſerpentibus afflictus dixit ad Moſen ora pro nobis &c. orauit quippe & exauditus eſt.

1. Reg. 1. Anna orabat dominum flens largiter, loquebatur autem in corde, & uox penitus non audiebatur, & tamen, quod petijt obtinuit.

1. Reg. 7. Pugnaturi filij Iſrael cōtra Philiſteos dixerunt Samueli. Nō ceſſes pro nobis orare, ut ſaluet nos deus de manu Philiſtinorum.

1. Reg. 12 Dixit Samuel ad populum, abſit à me hoc peccatum ut ceſſem orare pro uobis. Hoc autem dixerat ſciens quod ferè ſemper exaudiebatur à Deo.

2. Re. 12. Dauid deprecatus eſt dominum pro paruulo filio, Ieiunauit quoq;, & iacuit ſuper terram, bonus quippe fuit modus orandi, ſed tamen non fuit exauditus propter maius eius bonum.

3. Reg. 18 Orauit Helias cum inſtantia magna pro pluuia, quam tandem obtinuit. Qui & pauloante oratione ſua impetrauit, ut ignis de cœlo deſcenderet, & uoraret holocauſtū & ligna & lapides.

Ioſaphat Rex Iuda totum ſe contulit ad rogan dum dominũ cum ſacerdotibus & toto populo ſuo. Audiens quod maxima multitudo gentium uenerat contra eum clamabat nanq;. Audite me uiri Iuda & omnes habitatores Ieruſalem, credite in domino Deo ueſtro & ſecuri eritis. Credite prophetis eius & cuncta euenient proſpera, tunc autem meruit exaudiri à domino. 2.Paralip. 20. 4.Reg.19

Pariter Ezechias Rex Iuda fideliter, diligenter ac prudenter orauit dixit quoque ad Eſaiam ut oraret cum audiſſet nuntios Regis Aſſyriorum cuius oratio mirum immodum fuit à deo exaudita, eo quod miſit angelum ſuum, qui percuſsit in caſtris Aegiptiorum centum octoginta quinq; millia pugnatorum.

Et ille idem cum eſſet infirmus ad mortem & dixiſſet ei Eſaias diſpone domui tuę quia morieris cõuertit ſe ad parietẽ orauit & fleuit fletu magno ob cuius orationem uitam longiorem obtinuit. 4.Re.20.

Mirifica quoque humilis, & efficax fuit Manaſſes oratio. 2.Paralip. 33.

Eſdra ſiquidem ait Ieiunauimus & orauimus dominum pro recto itinere, & ſecure euenit nobis & proſpere. Eſdre. 8.

Sarra filia Raguelis audita contumelia ancillę perrexit in ſuperius cubiculum ibique tribus diebus in oratione perſiſtens cum lachrimis. Dominum deprecabatur ut ab illo improperio liberaret eam, quod inde factum eſt. Tobi4. 3.

Item Tobias iunior accepta uxore tribus noctibus orationibus ſe contulerunt qui & meruerunt exaudiri. Tobie. 8.

Filiĳ Iſrael audita potentia Holophernis ſe orationibus dederunt, quibus & Iudith ait. Nihil Iudith. 4. 8.13.

aliud fiat niſi oratio pro me ad dominum, quæ acceſsit ad Holophernem, & prius fuſa oratione eum decollauit,

Iam. 16. Heſter inſuper locutura regi iuſsit ut Iudæi pro ea orarent. Et nota ibidem de oratione Mar-

Heſter. 13. dochęi & Heſter pro populo ſuo quam & Deus exaudiuit.

Magnæ reputationis apud deum erat oratio

Hiere. 11. Hieremiæ cum diceret ei dominus. Noli orare pro populo iſto.

Daniel. 3. Ananias & ſocij eius orauerunt deum in fornace dicentes. Benedictus eſt patrum noſtrorum deus: & laudabilis in ſecula.

Dani. 14. Suſana uidens omne humanum ſibi deeſſe auxilium, ſuſpexit in cœlum & recurrit ad orationis auxilium & exaudita eſt.

Iona. 2. Orauit Ionas de uentre piſcis dominum, qui eum exaudiuit.

Iudas quoque clamauit in cœlum & orauit pro dei miſericordia conuertitque exercitum Gorgiæ.

1. Mach. 4 Qui tamen prius in alijs duobus prælijs non ora-

6. 7. uit. Et per conſequens uictoriam non obtinuit, ut eſſet expreſſe, & maniſeſte ſignum quod oratio potentior eſt armis.

1. Mach. 11 Sic Ionatas uidens quod omnes exceptis paucis eum reliquerant, ſcidit ueſtimenta ſua & orauit, ac inde uictoriam obtinuit.

2. Mach. 1. Iudæi denique in Hieruſalem ſcripſerunt alijs Iudæis per Aegyptum morantibus dicentes, ſcripſimus uobis in impetu & tribulatione, quæ ſuperuenit nobis, orauimus autem ad dominum, & exauditi ſumus.

Alia etiam quam plura ſcripturarum teſtimonia in medium adducere poſſumus, ſed ne liber

nimis protendatur in longum ſufficiant iſta ueteris legis exempla, ad oſtendendum quod patres illi. Illuſtres uiri, & mulieres in eorum neceſsitatibus deum exorarunt à quo ſępiſsime exaudiebantur, modo autem ſupereſt, ut ad alia noui teſtamenti deueniamus exempla.

Dominus enim & ſaluator noſter tanquam principale caput & fundamentum totius Eccleſiæ, ut in multis Euãgeliorum enarrationibus diffuſe habetur, orauit noſq; docuit non tantum orare, ſed & modum orandi dicens. Sic ergo orabitis: Pater noſter &c. Matth. 6.

Poſt uero aſcenſionem domini in cœlum reuerſi ſunt Diſcipuli in Ieruſalem & erant omnes perſeuerantes in oratione unanimiter cum mulieribus & Maria, & orantes Spiritum Sanctum acceperunt. Actnũ.1.

Item Petrus & Ioannes aſcenderunt in templum ad horam orationis nonam. Actuum. 3

Cum oraſſent Diſcipuli unanimiter una uoce motus eſt locus in quo erant congregati, repletiq; ſunt omnes Spiritu ſancto, & loquebantur uerbum dei cum fiducia. Actuũ. 4.

Stephanus autem in morte pro ſe & inimicis ſuis orauit, oratione cuius conuerſus eſt Saulus adoleſcens. Actuum. 7

Petrus quoq; & Ioannes orauerunt pro illis de Samaria ut acciperent Spiritum ſanctum tũc autem imponebant manus ſuper illos & accipiebant Spiritum ſanctum. Actuum. 8

De Cornelio inſuper dicitur, orationes tuæ & eleemoſynæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Actuum. 9

Proinde aſcẽdit Petrus in ſuperiora domus cir Actuũ. 10.

ca horam ſextam, ut remotus à familia deuotius oraret.

Actuū. 12 Rurſus cum ille idem ſeruaretur in carcere Herodis, oratio fiebat ſine intermiſsione ab Eccleſia ad deum pro eo, quæ & exaudita fuit.

Actuū. 22 Orans Pau. in templo tractus in ſtuporē mentis uidit dominum Ieſum dicentem ſibi, uelociter exi de Ieruſalem.

Rom. 1. Paulus deinde pro aliĳs orauit, ut ipſe teſtatur dicens: Memoriam ueſtri ſemper facio in orationibus meis.

Rom. 15. Et ille idem aliorum orationes nimirum expoſtulabat dicens. obſecro uos fratres ut iuuetis me in orationibus ueſtris ad deum, ut liberet me ab infidelibus qui ſunt in Iudæa.

Iacobi. 5. Denique Iacobus, oratio fidei ſaluabit infirmum, ideo orate pro inuicem ut ſaluemini, quare &c.

Ex his igitur duarum præcedentium concluſionum ueritas liquet, ex quibus etiam ſequitur alia.

Tertia concluſio.

MAxima igitur fiducia ſemper orandum eſt præclare nanq; promiſit nobis dominus ſe daturum quicquid in nomine ſuo petierimus. At cum ipſe ſit uia, ueritas, & uita, ideo nec decipi nec quenquam decipere ualet. Quare uerba eius utiq; uerißima ſunt.

Hæc concluſio licet ſit clara ex ſupradictis nihilominus poteſt denuo ſic per amplius demonſtrari. Ait enim ueritatis Magiſter in Euange-
Ioan. 16. lio Ioannis. Si quid petieritis patrem in nomine
Ioan. 14. meo dabit uobis, qui pauloante dixerat. Quicquid petieritis in nomine meo hoc faciam. In

Euangelio quoque Matth. Omnia inquit quæcunque petieritis in oratione credentes accipietis, & alibi dico uobis omnia quæcunque orantes petitis credite quia accipietis & euenient uobis. Et quid plura dicam? Aut quid laboro tot enarrare dicta? Nonne & ille idem in Euangelio Matthei ait? Petite & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur uobis, quia omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Et infra, ſi habueritis fidem & non hæſitaueritis non ſolum de ficulnea facietis, ſed & ſi monti huic dixeritis tolle & iacta te in mare fiet, Marcus inſuper, omnia poſſibilia ſunt credenti. Proinde Iacobus inquit ſiquis autem ueſtrum indiget ſapientia poſtulet à Deo. qui dat omnibus affluenter & non improperat & dabitur ei poſtulet autem in fide nihil hæſitans qui enim hæſitat ſimilis eſt fluctui maris, qui à uento mouetur & circunfertur, Adeamus igitur cum fiducia, ut docet nos Paulus, ad thronum gratiæ eius, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno quare &c. *Matth. 21.* *Marci. 11.* *Matth. 7.* *Matth. 21.* *Marci. 9.* *Iacobi. 1.* *Hebre. 4.*

De Sanctorum inuocatione ipſorumque ſuffragijs.

QVoniam autē ueritas fidei catholicæ in multis ab hæreticis & præſertim his temporibus ab impijs Lutheranis uenenoſis moribus laceratur, nec non falſis dilaniatur ſcriptus: ideo nunc maxima neceſsitate cogente, & non tantum pro ueritate defendenda, quinimo & pro falſa eorū opinione remouenda, nō minus ꝗ̃ pro eorū cōuerſione optandaq; ſalute, meritiſsime quęritur. An ſancti in patria orent pro nobis exiſten- *Peroptima difficultas*

tibus in uia. Vnde pro elucidatione huius difficultatis ſciendum eſt, quod fuit hæreſis quorundam nimia temeritate omnium ſanctorum cultum penitus tollere uolentium, qui nullum ſanctis honorem impendi debere impie fatebantur, neq; preces ullas ad eos dirigi, ſed nec eorum reliquias uenerari: Huius author & hæreſiarcha primo fuit Iouinianus & Eunomius & poſt hos Vigilantius, quem errorem cum ſuis authoribus, beatus Hieronymus in Epiſtola, ſiue libello, quem cõtra Vigilantium, quem edormitantium nominat ſcripſit ægregie, recitat & confutat, ſed illis beati Hieronymi confutationibus non obſtantibus, de nouo inſurrexerunt Aquilonares hæretici illis peiores, qui auſi ſunt perniciosæ & ualde nequiter illos priores errores excitare, aſſerere, ac pertinaciter defendere. Dicunt nanq; quod ſancti in patria pro nobis non orant, immo nullius mortui pro alio exaudiendam eſſe orationem. Et ideo fruſtra nos ad ſanctos clamare prædicant, ac eorum patrocinia implorare, ſed uniuerſorum preces orationeſue ad ſolum deum dirigendas eſſe aſſerunt. At pro ſuo errore defendendo duabus rationibus argumentantur ſcilicet ex diuina perfectione, & ex ſanctorum ſtatu, & conditione.

Lutherani de nõ orãdo ſanctos antiquas hæreſes ſuſcitarent.

1. Hæreticorũ ratio.

Ex primo nanq; ſic dicũt. Nos ſiquidẽ orando principaliter petimus uitam æternã, & alia duntaxat inquantum ad illã conſequendam ordinantur ut gratiam & uitæ ſanctitatem, ut docet beatus Auguſtinus ad probam de orando deũ. Solus autem deus eſt qui beatificat, ſolus qui gratiã infundit, qua nos in uitą ſanctificat ſecundũ illud pſalmi. Gratiam & gloriam dabit dominus ideo ad ea impetranda fruſtra ſancti implorantur, qui

neq;

neque gloriam, neque gratiam nobis tribuere poſſunt.

Præterea quid opus eſt ſanctos inuocare pro quocunq; perpetuo, uel temporali bono conſequendo. Cum Deus omnia ſolus dare ſufficiat, qui omnipotens, & omnia dare uelit, quia liberaliſsimus & clemens, plus nos amans, quã ſanctorum ſinguli, immo quam pariter uniuerſi. Quam quidem dilectionem oſtendit per illud Ioan. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. ſ. in mortem ignominioſiſsimam, & Apoſtolus ad Ro. Si filium tradidit, quomodo nõ omnia cum illo nobis donauit? Iniuria ergo quedam Dei uidetur ad ſanctos recurrere in his quæ dominus ipſe paratiſsimus eſt donare. Maxime cum frequenter dominus ſub iuramenti atteſtatione promiſit omnia ſe daturum, quæ ab ipſo fideliter peterentur. Amen amen dico uobis (ait Apoſtolus) Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Immo ad petendum nos excitat. d. Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur uobis, & alibi. Omnia quæcunq; petieritis in oratione, credentes accipietis, neque credendum eſt (inquiunt hæretici) ſanctos miſericordiores fore & ad ueniam promptiores, q̃ dominus ipſe miſericordiarum pater & Deus totius conſolationis qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, quare &c.

Confirmatur ratio.

Ioan. 3.

Rom. 8.

Ioan. 16.

Luc. 11.

Matt. 21.

2. Corin.

Ex ſecundo. ſ. ſtatu & conditione ſanctorum ſic arguunt ſancti nobis: auxiliari, nec meritis poſſunt, nec precibus & non ponitur alius auxilij modus, igitur &c. Non meritis quare neq; præteritis, neq; recentibus. Nam pro præteritis iam ſufficienter præmiantur ſecundũ illud Apoca. Ope-

Secunda principalis hæreticorũ ratio.

Apoc. 14.

Ephef. 6. ra enim illorum ſequuntur illos. Pau. quoque ad *Pſal. 61.* Epheſ. una cum Propheta in Pſal. ait. Tu reddes unicuiq; iuxta opera ſua, Et dominus in Euange- *Luc. 6.* lio Luc. Menſuram bonam confertam & coagitatam & ſuperfluentem dabunt in ſinu ueſtro, quare manifeſte patet, quod quilibet ſanctorum longe amplius præmia habet, q̃ meruit à domino. Non ergo uidetur (aiunt hæretici) quod ſanctorum merita quorum retributionem pleniſsimam receperunt alĳs proficiant ut eis horum intuitu noua bona cõferantur &c. Recentia quoq; merita quibus aliquid de nouo mereantur non habent, quia ſtatum meriti exceſſerunt. Quippe in termino ſunt non in uia, non currunt in ſtadio, ſed brauium acceperunt, curſum merendi conſummarunt, fruuntur tandem repoſita iuſtitiæ iam corona, & per hoc uidetur probari poſſe, quod Sancti non orant pro nobis, cum oratio ſit opus maxime meritorium, illi autem mereri non ualent igitur &c.

Confirmatur ratio. Proinde aut ſancti uident Deum uelle conferre illud pro quo orant, & ſic fruſtra fundunt preces, cum uideant Deum infallibiliter collaturum quod affectant, ſi uero uiderint Deum, aut nolle, aut non uelle conferre, nequaquam orabunt, quoniam per omnia concordant diuinæ uoluntati: Nec unquam petunt, aut deſiderant fieri, quod Deum unquam facturum cognoſcunt. His & ſimilibus rationibus, ac authoritatibus decepti ſunt nunc multi noſtro tempore Lutherani una cum antiquis hæreticis, ideo antequam has ſophiſticas ſoluamus rationes, prius oſtendenda eſt ueritas, pro qua contra eos ponitur hæc concluſio.

Concluſio Quarta.

Firmiter credendum eſt ſine ulla mentis hæſitatione ſanctos in patria pro hominibus intercedere, nobiſque ſuffragari meritis & precibus. Quare & ipſi implorandi ſunt ſicut & Angeli, qui ſuffragantur nobis, licet unus tantum ſit mediator inter Deum & hominem, qui eſt Chriſtus Ieſus.

Sancti quippe adiuuant nos meritis, dum præcedentia eorum merita nobis ſuffragantur, & precibus, dum noſtra uota à domino cupiunt impleri, & in hoc orant pro nobis, deſiderio, non uoce, dum miro affectu deſiderant hæc uel illa nobis à domino concedi intuitu ſuorum meritorum uel effectuum, & hæc ſiquidem concluſio, Tum euidentiſsimis rationibus, tum ſcripturarum teſtimonijs tam ueteris, quàm nouæ legis, tum deniq; diuorum patrum authoritatibus clariſsime demonſtrabitur. Tria nanque ex hac concluſione oſtendam. Primo qualiter Deus multa contulit uiuentibus propter patrum dormientium merita, & in ſinu Abrahæ quieſcentium. Secundo quod ſancti inſuper & Angeli Dei de facto pro nobis orant in cœlis, ac ſuis precibus multa pro nobis intercedunt ad dominum. Tertio quod nos in terris conſtituti iubemur multiplicibus ſcripturarum exhortationibus mutuo pro nobis orare. Quare ſi in carne uiuentes alijs orando beneficia plurima impetrarunt. Tanto magis uiuentes in Chriſto in æterna fœlicitate poſſunt pro nobis non ſolum orare, ſed & multa maiora bona nobis impetrare. Primum quidem eſt luce clarius in ſcripturis, tum maxime in ueteri teſtamento, ait quippe ad Iſaac dominus, Multiplicabo *Gene.26.*

Tria pulcherrima ex cõcluſione demonſtrantur.

ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, daboq́ʒ poſteris tuis uniuerſas regiones has, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, eo quod obedierit Abraham uoci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & cerimonias, legeſq́ʒ ſeruauerit, & Paulo poſt ſequitur. Noli timere quia ego tecum ſum, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen
Exod. 3. tuum propter ſeruum meum Abraham. Itaque frequenter dominus facturus beneficia poſteris commemorat ſe Deum Abraham Iſaac et Iacob. ut liquet in Exodi. lib. Et in pleriſq́ʒ alijs locis. Nõ eſt ergo mirum ſi in commemorationem ſanctorum obſeruat eccleſia, quod antiquius fieri ſolebat, ut in orationibus, patrum memoria recoleretur, quatenus eorum meritis ſuffragantibus facilius, quod petebant impetrarent, ſic Moſes pro populo peccante intercedens inquit, Recordare
Exod. 32. Abraham Iſaac & Iſrael ſeruorum tuorum, & poſt pauca ſequitur, Placatuſq́ʒ eſt dominus &c.
Daniel. 3. Pariter Azarias in fornace ſuccenſa orans, Ne auferas inquit miſericordiam tuam à nobis domine Deus noſter propter Abraham dilectum tuũ, & Iſaac ſeruum tuum, & Iacob ſanctum tuum. Dominus quoque dixit ad Salomonem ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo. Verunta-
3. Reg. 11. men in diebus tuis non faciam propter Dauidem patrem tuum, de manu filij tui ſcindam illud, nec totum regnum auferam, ſed tribum unam dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meum & Hieruſalem quam elegi, multis ſiquidem patrum merita filijs ſuffragantur. Vnde cum Ezechias diuinum poſtularet auxilium, audiuit dominum dicentem, Protegam urbem iſtam, & propter me
4. Reg. 20 & propter Dauidem ſeruum meum. Norunt igi-

tur hæc certiſsime patres uete.teſt.ea propter cũ orabant dominum patrum merita recenſebant ut ſic eorum ſuffragantib.meritis facilius audirentur, ſic & nunc eccleſia Chriſti facit,inuocando Apoſtolos, martires, confeſſores, ac uirgines ſanctas, non tamen inuocantur huiuſmodi ſancti, tanquam datores bonorum pro quibus oramus, ſed ut interceſſores apud dominum, ut eorum precibus adiuuemur in eo, quod poſtulamus. Abſalon nanque reconciliatus patri, per biennium tamen moratus Hieruſalem non uidit faciem patris ſui, ſic peccator reconciliarus Deo non ſtatim ſe præſentat ei, ſed per mediatores & interceſſores, Ait enim Dauid in Pſalmo: Pro hac orauit ad te omnis miſericors, Beati autem ſunt ſancti & miſericordes, Et hæc de primo ſatis ſint dicta.

Ex dictis cõcluditur propoſitũ author.

2.Reg.14

Pſal. 31.

Quantum ad ſecundum dico ſanctos in cœlis pariter & angelos Dei de facto pro nobis intercedere & orare, ut expreſsius eadem ſacra atteſtatur hiſtoria. Nam dominus uolens Hieremiæ oſtendere quod peccatis populi exigẽtibus, exaudiendus non eſſet pro populo illo ait, Si ſteterint Moſes & Samuel coram me non eſt anima mea ad populum iſtum, quaſi diceret, ſi hi qui te maiores ſunt orarent pro populo illo non audirẽ, quanto minus te, ſed ad iſtud Hieremię dictum reſpondet Zuinglius hæreticus, ſi Moſes & Samuel ſteterint coram me.i.ſi in humanis eſſent ac pro populo iſto intercederent, adhuc uinceret indignatio gratiam, ſed hoc eſt hæreticorum proprium, & præcipue Lutheranorum, tum maxime Zuinglij ſanguinolenti ſemper indeprauatos ſenſus torquere ſcripturam, nam cum ipſi ſemper exigant

Hiere. 15.

Falſa hæreticorũ gloſſa.

claras ſcripturas, & nullas admittant gloſſas, cur tam clara allata ſcriptura contrariam iſte affert gloſſam? Deus nanque dicit, ſi ſteterint, non dicit ſi uiuerent & ſtarent, ideo non debet ſic gloſſari ſcriptura præcipue cum gloſſa illa non ſit fundata in ſcripturis nec in ſanctorum patrum authoritatibus, aut concilijs, potius autem contrarietur ueritati, dicit ergo ueritas ſcripturæ, ſi ſteterint, ſcilicet ad orandum Moſes & Samuel coram me, quod nihil eſſet dictu, ſi aliquando ſancti pro populo non orarent nec orare poſſent; ſimile enim eſſet ac ſi diceret, ſi lapides orarent non audirem, ita nec te exaudiam, præſupponit igitur dominus Moſem & Samuelem aliquando pro populo orare.

2. Mach. ultimo. Præterea dicitur de propheta Hieremia dudū defuncto, hic eſt fratrum amator & populi Iſrael, Hic eſt qui multum orat pro populo, & pro uniuerſa ſancta ciuitate Ieruſalem, Ieremias propheta Dei, quod autem exaudita fuerit eius oratio patet per illud quod ſequitur. Et extendit Ieremias dexteram, & dedit Iudæ gladium dicens. Accipe ſanctum gladiū aureum munus à Deo in quo eijcies aduerſarios populi mei Iſrael. Et non prodeſt dicere, quod libri Machabæorum non ſint canonici apud Hæbreos, quoniam omnes canones Eccleſiæ, de canonicis ſcripturis enumerant Machabæos, quare oſtendant hæretici ubi habent alios ſcripturarum libros eſſe authenticos, Et profecto inuenient iſtos, licet (teſte Auguſtino) in ſinagoga non fuerint approbati, Eccleſia tamen approbat illos &c.

Ex nouo etiam Teſtamento ad idem proferri poſſunt teſtimonia. Nam ſaluator noſter ſan-

ctus ſanctorum & beatiſsimus beatorum ſecundum aſſumptam humanitatis naturam pro nobis orat in cœlo ad patrem, ſicut ad Romanos Apoſtolus ait, quia & Chriſtus Ieſus etiam interpellat pro nobis.

Item ad Hæbreos: Ieſus ſempiternum habet ſacerdotium, unde & ſaluare imperpetuum poteſt accedens per ſemetipſum ad Deum ſemper uiuens ad interpellandum pro nobis, Ioãnes quoq; in prima canonica inquit. Scribo uobis, ut non peccetis ſed & ſiquis peccauerit. Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Cum ergo Chriſtus caput noſtrum pro nobis oret apud patrem, cur hoc non de membris eius, beatis, ſcilicet credamus? orat autem pro nobis Chriſtus, non ſecundum diuinam naturam ſecundum quam æqualis patri cum eo condonat petita, ſed ſecundum humanam, ſecundum quam minor eſt patre & meruit in omnibus exaudiri. Nec dubium eſt ſanctos eum in hoc imitari in cœlis, ſicut eum imitati ſunt fideliter hic in terris. Hebræ. 7. 1. Ioan. 2.

Pariter & de Angelis dicendum eſt, quod & ipſi reuera pro nobis orant in cœlis, ut diuinæ fatentur hiſtoriæ. Angelus, enim orat pro populo iudaico dicens. Domine exercituum uſq; quo tu non miſereberis Ieruſalem, & urbium Iuda, quibus iratus es? Et reſpondit dominus angelo bona uerba conſolatoria. Proinde Angelus domini locutus eſt ad Danielem dicens. Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conſpectu Dei tui exaudita ſunt uerba tua, & ego ueni propter ſermones tuos, princeps autem regni Perſarum Qualiter Angeli orant pro nobis. Zach. 1. Daniel. 10

reſtitit mihi uiginti & uno diebus, & ecce Michael unus de principib.primis uenit in adiucorium meum,& ego remanſi ibi iuxta Regem Perſarum, & Pau.poſt ſequitur, & nunc reuertar ut prælier aduerſus principem Perſarum &c. Patet quippe cuilibet recte interpræcanti ſcripturam, ut Auguſtinus Gregorius Ieronymus quod angelus qui præerat ſinagogæ Iudæorum una cum Daniele orabat Deum, ut populus Iſrael reuerteretur in Hieruſalem quoniam uidebatur ei bonum.

Princeps autem Perſarum.i.angelus qui præerat Perſis orabat Deum ut populus ille remaneret in captiuitatem oſtendens in cõſpectu Dei bona quæ ex hoc prouenirent, & licet omnes intenderent & orarent propter bonum finem,attamen quia dei uoluntatem ignorabant, inuicem aduerſabantur.Quid eſt enim angelo principi Perſarum reſiſtere alteri angelo.ſ.Michaeli archangelo? Niſi econtrario modo orare Deum? & in oratione oſtendere diuinæ maieſtati multa bona quæ prouenirent ex captiuitate filiorum Iſrael? ac ſi eſſent duo oratores,quorum unus oraret pro libertate unius populi, alter uero pro ſeruitute, & quid eſt præliari aduerſus principem Perſarum? niſi contrarium effectum oppoſitamque mentem contra alterum angelum Deum orando oſtendere?

Angeli interdum p bonas intẽtiones prelia ntur ad inuicem.

Præterea Apoc. ſcribitur quod quatuor animalia,& uiginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno, habentes ſinguli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum,quæ ſunt orationes ſanctorum,& infra.Stetit angelus iuxta aram templi,habens thuribulum aureum in manu ſua,

Apoc. 6.

Apoc. 8.

& data ſunt ei incenſa multa, ut daret de oratione ſanctorum ſuper altare aureum.

Item dixit Angelus ad Tobiam, quando orabas cum lachrymis & ſepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam domino. Quid eſt enim offerre orationem deo: niſi ſimul cum illo orare? Si enim deus longe clarior illis omnia uidet omnesq; noſtras agnoſcit orationes, quomodo Angelus noſtras deprecationes obtulit domino? Niſi dicatur quod ſimul orãdo uota noſtra offert deo, facitq; illa grata deo & accepta, tanquam uerus cuſtos ad noſtram deputatus cuſtodiam. Deinde Pſal. Immittet Angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos, &c. & alibi. Angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uijs tuis, deniq; Apoſtolus ad Hæbre. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, qui in miniſterio mittuntur propter eos, qui hæredes erunt ſalutis. Claret inſuper in actibus Apoſtolorum quod Angeli ſuffragantur nobis. Cur igitur eorum ſuffragia & miniſteria non licet implorare? Quare & ſi Angeli orant pro nobis, tanto magis decet ſanctos orare, qui & poſſunt & uolunt, & certe pro nobis orant in cœlis, igitur implorandi ſunt.

Tobiæ. 12.
Pſal. 33.
Pſal. 90.
Hebre. 1.
Act. 5. & 12.

Quantum uero ad tertium dico, quod nos in terris conſtituti iubemur plerisq; ſcripturarum teſtimonijs pro nobis mutuo orare, ſicut Iacobus ait Orate pro inuicem ut ſaluemini, quod & ſolicite fecerunt Apoſtoli. Nam ardentiſsime pro alijs orauerunt, ac aliorum orationes pro ſe fieri poſtulabant, ut ſupra in magno illo orationum diſcurſu per totam ſeriem ſcripturarũ liquide oſtenſum eſt, quod etiam patet diſcurrentibus omnes Epiſtolas Pauli. Et quidem recte, quoniam teſte

Iacobi. 5.

Iacobi. Iacobo loco citato, Multum ualet deprecatio iuſti aſsidua, multum nempe per omnem modum Exod. 33. iuuat, quoniam orauit unus homo Moſes & ſexcentis milibus pugnatorum ueniam impetrauit, 3. Reg. 17. Orauit Helias & cœlum clauſit ne plueret annis & 18. tribus & menſibus ſex. Rurſus orauit & pluuiam largiſsimam ardentibus terris & hominibus à Iob. 42. Deo impetrauit, Sed & Dominus amicis Iob qui recta locuti non fuerant præcepit ut ad Iob ſe conferrent petentes quatenus pro eis offerret ſacrificium, & oraret ut non imputaretur eis ſtul- Actuum. 7 titia eorum, Sic Stephanus orans pro perſecutoribus. Paulo conuerſionem impetrauit, Paulus Actuū. 10. quoque orans ducentis ſeptuaginta ſex ſuis connauigantibus uitæ præſidio fuit. Et ſic eſt uidere de innumeris qui in carne uiuentes alijs orando beneficia plurima impetrarunt, ut totum uetus & nouum teſtamentum diſcurrendo patuit ſupra. O mira igitur hæreticorum, & præcipue Lutharanorum hebetudo, cum uiuos pro ſe ſaluberrime orare concedunt, utpote coacti apertiſsimis utriuſque legis teſtimonijs idipſum negent de beatis, qui certiſsime apud Deum potentiores ſunt effecti, quo præſentiores & beatiores dicente domino de eis qui minor eſt in Regno cœlorum Matt. 11. maior eſt illo ſcilicet Ioanne Baptiſta, Si ergo adhuc in carne infirmi ac mutabiles in uia conſtituti, & tamen pro ſe ipſis ſoliciti orationibus ſuis cæteris profuerunt, quanto magis fortes facti ſalutis ſuæ ſecuri in patria, ciues & domeſtici Dei conſtituti, in charitate quoque fraterna conſummati, pro fratribus in uia relictis inſtanter & utiliter uotis ac meritis perorabunt, Nam quanto quis ex charitate proximum magis diligit, eo am

plius ei ſalutem à Deo conferre deſiderat: Longe autem ſancti in cœlo magis diligunt nos quã exiſtentes in terris, charitas nanq; non excidit in cœlo ſed perficitur & confirmatur, ſalutem autem alteri deſiderare à Deo eſt pro eo intercedere ut dictum eſt igitur &c.

Sed adhuc fortius iſto, ſi ſancti in cœlis non orant pro nobis aut quia non poſſunt, aut quia poſſunt, ſed nolunt, ſi dicas non poſſũt. Iterum inſto, aut ergo ſancti non poſſunt pro nobis orare, quia eſt res eis indigna, & tunc non conueniret Chriſto. Aut quia eſt res tantæ excellentiæ quod ſoli Chriſto & non alijs conuenit, quod ſi concedatur, ergo non conuenit uiatoribus, quod eſt expreſſe falſum. Aut quia orare eſt opus maxime meritorium, ſancti uero amplius mereri non poſſunt, ideo nec orare, ſed nec iſtud eſt dicendum, quia licet ſancti pro ſe ipſis mereri non poſsint ſcilicet augumentum gratiæ uel gloriæ, attamen eorũ bona opera & merita ad honorem dei facta acceptat deus non ſolum ad ſumma bona ipſis ſanctis retribuenda (etiam longe huiuſmodi merita excedentia) uerum etiã ad multa bona in uia uel patria alijs retribuenda, ut clare liquet in ſcripturis. *Optima ratio pro catholicis q̃ Achiles merito dicitur.*

Scribitur nanque in libris regum, quod quidam ſepelientes hominem uiderunt latrunculos, & timentes proiecerunt cadauer in ſepulchro Heliſei, quod cum tetigiſſet oſſa Heliſei reuixit homo & ſtetit ſuper pedes ſuos, Si igitur oſſa Heliſei habuerunt uirtutem ſuſcitandi mortuum, quanto magis anima eius maiorem debet habere uirtutem orando impetrandi gratiam. Et in hoc patet exemplo quod non ſolum Deus propter me- 4.Reg.13

rita ſanctorum tribuit eis fœlicitatem æternam, uerum etiam & alijs confert multa bona, ut uitam temporalem necnon ſpiritualem. Fauet inſuper noſtræ rationi illa quæ ſupra diximus quod ſcilicet deus multa contulit filijs Iſrael propter Abraam Iſaac & Iacob, Salomoni quoque propter Dauidem ſeruum ſuum, qui omnes iandudũ defuncti erant, Si dicas ſecundum ſcilicet quod poſſunt & nolunt orare. Hoc quippe ualde minus dicendum eſt, quoniam ipſi in maiori charitate conſtituti ſunt, magiſq; nos diligunt quàm exiſtentes in terris ideo &c.

Prima Reſponſio ad primã hæreticorum rationem. Et per hæc ad ſophiſticas hæreticorum rationes pro hæreſi ductas de facili reſpondetur. Ad primam igitur dum arguunt ex diuina perfectione propter quam ſolus deus beatificat in patria & gratificat in uia dicendum eſt primo, quod ſi ratio illa ualeret pari ratione concluderet omnes uiatores Apoſtolos, ac cæteros uiros bonos in terris conſtitutos non potuiſſe nec poſſe pro alijs orare & ſic Paulus ac Stephanus, necnon & tota eccleſia orando pro alijs peccaſſet, ſeu aliorum orationes pro ſe fieri poſtulando, ut patet rationem illam ſane intelligendi. *2. Reſpon.* Secundo dicendum eſt, quod licet deus ſolus gloriam donet, & gratiam creet nec ſancti efficiendo concurrant concreando, poſſunt tamen concurrere impetrando & orando, ut deus beatificet ſeu gratificet ſine quorum oratione tali pro quo oratur, nec beatitudinem conferret, nec gratiam, ſicut amicus principis impetrat interdum alteri donũ à principe, reſpectu cuius tamen impetrans nullam habet uim, nihilominus tamen princeps non daret, niſi amicus talis orando impetraret, Non

ergo fruſtra imploramus ſanctos, quos non ut creatores gratiæ ſiue beatificatores inuocamus, ſed ut interceſſores quorum meritis intuitu nobis deus confert, quæ ex noſtris accipere ſumus minus digni, cum ergo arguunt deum ſolum ad omnia concedenda ſufficere, &c. nihil concludunt, deus enim qui omnia efficere & præſtare poteſt ſine ope cuiuſcunq; ſecundæ cauſæ, uult tamen ſecundas cauſas concurrere, quandoque ad diſpoſitionem eius qui recipit effectum productum, quandoq; ad mediandum inter Deum datorem & hominem accipientem, ſicut Moſes ſequeſter & medius fuit inter Deum & populum; Vult enim Deus inferiora per media ad ſuperiora reduci, ſicut inferiores Angelos per ſuperiores illuminat, ideo cum dicunt Lutherani unus eſt mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus, Cur ergo nos uolumus facere plures mediatores ſanctos? *Deute. 5.* *1. Tim. 2.*

Reſpondetur, quod unus eſt mediator per redemptionem, ſicut & unus ſaluator, ſunt autem plures mediatores per interceſsionem, ſicut & plures tales ſcriptura commemorat ſaluatores, Moſes ait: Ego ſequeſter & medius fui inter Deũ & uos ut Paulo ante dictum eſt. *Reſponſio ad aliam obiectionẽ*

Item ſuſcitauit eis ſaluatorem Aioth filium Iera ambidextrum, qui utraq; manu pro dextra utebatur. Iterum & dediſti eis ſaluatores, qui ſaluauerunt eos, Pharao inſuper Rex Aegypti uocauit Ioſephum ſaluatorem mundi. *Iudicũm. 3* *Neemiæ. 9* *Gene. 14.*

Ad ſecundam rationem dum arguunt ex ſtatu & conditione ſanctorum dicitur quod nobis ſancti ſubueniunt meritis & precibus, meritis dico præteritis & præſentibus, præteritis quip- *Ad. 2. ratione reſpon.*

pe meruerunt enim in uia, ut bona conferantur non modo ſibi ſed & alijs, ſumma nanque Dei liberalitas uult per opera bona ſanctorum non ſolum eos præmiare in cœlis, ſed & per illa alios adiuuare in terris, ut oſtendimus ſupra, ſicut in ſimili eſt uidere, Nam princeps aliquis militem propter actum ſtrenuum & multum ſibi gratum, non ſolum abundanter remunerat, uerumetiam propter eius fauorem aut preces, alijs beneficia impendit, ſic Nabuchodonoſor nedum Danielem, ſomnium quod aufugerat ſibi narrantem fideliterq; interpraetantem in ſublime extulit, munera multa & magna dedit & ſuper omnes prouincias Babilonis Principem ac magiſtratum & præfectum conſtituit ſuper cunctos ſapientes, quo utique eum liberaliter & magnifice remunerauit, uerum etiam ad uerbum eius ſocios ſuos Miſac, Sidrach, & Abdenago præfecit ſuper opera prouinciæ Babilonis. Itaque ſancti pleniſsime & liberaliter à domino recipiunt longe pluſquàm meruerunt infinitum ſummum ſcilicet bonum, Nihilominus tamen dominus in tantam ſui eos recipit amicitiam, ut etiam beneficia donare uelit alijs ad ipſos ſanctos recurrentibus. Subueniunt etiam nobis ſancti in patria recentibus meritis, Nam oratione ſua licet non ſibi tamen nobis multa merentur beneficia quare, &c.

Exēplum in propoſito.

Daniel. 2.

Quod uero ultimo arguunt Hæretici quærendo, an uideant Deum exaudire uelle, uel non, neutrum dare oportet, nedum de finali ſalute eius pro quo orant, ſed nec de ſuæ orationis exauditione. Nec oportet quòd ſi Deus reuelet Beato Petro Ioannem petere ſaluari ipſum reuelari ſibi

Ad ultimā Hæreticorum rationem reſpōſio.

Ioannem fore ſaluandum, aut orationem ſuam pro Ioanne exaudiendam uel non, unde ſi hoc non reuelatur poteſt Petrus ineffabilem ac incompræhenſibilem Dei optimi maximi bonitatem orare, & effectum expectare. Si autem reuelaretur Petro determinate quod Deus nollet effectum iſtum præſtare. Petrus quippe non oraret, ſi uero reuelatur quod exaudietur orabit nempe Petrus, & non fruſtra, quia ſicut Deus uult Ioannem ſaluare, ita uult per determinata media utpote per orationem talis ſancti ipſum conſequi ſalutem, Non ergo ſanctorum intercesſione prędeſtinatio mutatur, ſed illud impetratur quod ad eorum preces conferri ordinatum erat ab ęterno, & ſic patet ſolutio non tantum ex dictis ſed & particulariter ad antiquorum, pariterque modernorum Hæreticorum Sophiſticas rationes. Ceſſent igitur impij Luthærani ita ſanctos uerbis & ſcriptis lacerare. Magis autem ipſam diuinam ſcripturam obtenebrare, quinimmo his quodammodo infinitis ſcripturarum teſtimonijs efficacisſimis rationibus ſeſe illaqueatos proprio ore profiteantur, conuertantur, & ueritatem agnoſcant: &c.

Ad Luthæranos exhortatio.

Subtilisſima Difficultas à paucis etiam doctisſimis non ſatis intellecta.

SEd hic merito quæret aliquis cum ſancti a nobis diſtantia longisſima ſe iuncti ſint, quomodo orationes, & clamores noſtros percipiant? hoc eſt dicere quibus modis beati qui a corpore ſunt ſeparati ſiue etiam in corporibus glorioſis Deo asſiſtunt, audiant, ſeu preces noſtras agnoſcant. Pro cuius difficultatis elucidatione ſciendum eſt quod Auguſtinus ſuper

De duplici Angelorũ cognitiõe. Geneſim ad literam diſtinguit duplicem cognitionem Angelorum beatorum ſcilicet matutinam & ueſpertinam, Vnde exponens illud Geneſis primo diuiſit lucem à tenebris. Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem, factumque eſt ueſpere & mane dies unus, cognitionem Angelorum comparat diei ſiue luci eiuſdem & ignorantiam nocti uel tenebris. Vult ergo quod cognitio Angeli dicatur dies & quia diei due ſunt partes ſcilicet principium quod dicitur mane, & finis quod ueſpere appellatur, His comparat duplicem Angeli cognitionem. Cognoſcit enim Angelus res in creatore, ſiue in uerbo, cognoſcit inſuper in creatura, ſiue cognoſcat in ſeipſo Angelo per ſpecies concreatas ſiue in proprijs generibus per ſpecies à rebus receptas. Prima cognitio eſt ſupernaturalis & beatifica in lumine gloriæ. Secunda eſt naturalis in lumine naturæ. Prima nanque cognitio eſt qua Angelus in uerbo & lumine gloriæ beatificæ cognoſcit, clare, & nude diuinam eſſentiam et creaturas in ipſo uelut in limpidiſsimo ſpeculo, ac exemplari immenſo ſibi relucentes, & hæc eſt perfectiſsima, quæ uere, proprie, & ſimpliciter dicitur cognitio matutina, ſicut cognitio concluſionis cognitis principijs, ſiue hæc cognitio infundatur Angelis beatis illico à uerbo, ſiue eliciatur ab intellectu Angelico, lumine gloriæ eleuato. Secunda cognitio eſt qua Angelus in lumine naturæ id eſt naturali intellectu ſua uirtute & uiuacitate cognoſcit res creatas, ſiue in ſeipſo Angelo, ſiue in ipſis rebus cognitis iuxta ſenſum ſupra expreſſum, & ex rebus ſic cognitis, creatis, & factis aſcẽdit ad creatoris cognitionem ſecundũ illud Apo- *Rom. 1.*

ſtoli.

ſtoli inuiſibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: & hæc qui- dem ſecunda cognitio proprie dicitur ueſperti- na, quæ eſt cognitio rerum in creatura, quę inquã tum eſt creatura in declinatione eſt & caſu. Pri- ma uero merito appellatur matutina, quia eſt in uerbo quod eſt principiũ rerum. Omnia nam- Ioan. 1. que per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, & quemadmodum dictum eſt de angelis ita pari ratione dicendum eſt de ſanctis, qui etiã & ipſi hanc duplicem cognitionem habent ma- tutinam, ſcilicet & ueſpertinam: Matutinam Duplex ſã nempe cum in uerbo & in lumine gloriæ agno- ctorum co ſcunt beatifice, clare, & nude diuinam eſſentiam, gnitio. creaturas quoque in ipſo tanquam (ut de ange- lis dictum eſt ſupra) in limpidiſſimo ſpeculo & exemplari immenſo ſibi relucentes. Audiunt ta- men & tantum intuentur in uerbo, quantum placet uerbo illis oſtendere in quo uident, Sed quoniam placet uerbo reuelare omnia ſanctis ſuis quæ ipſis ab hominibus offeruntur, ſiue ip- ſos magnificando laudandoue, ſiue eos orando ac auxilia implorando, Ideo magnificas noſtras laudes ad ipſos directas, ſiue orationes ac no- ſtras deprecationes ſancti in uerbo uident & agnoſcunt cognitione uidelicet matutina. Quod Luc. 15. autem placeat Deo huiuſmodi uiatorum petitio nes reuelare ſanctis ſuis, patet eo quod gaudium eſt angelis Dei de uno peccatore pænitentiam agente, quam quidem pænitentiam agnoſcere poſſunt matutina uel ueſpertina cognitione, ſi- cut enim angelis ita & ſanctis qui Deo aſſiſtunt conuerſiones ac noſtræ petitiones innoteſcunt in uerbo Dei quod contemplantur, Coadiutores

quidem ſunt Dei in procurando ſalutem electorum meritis & interceſſionibus, tanquam per media ad hoc ab æterno ordinata, ideo reuelantur eis orationes uiatorum pro quibus intercedant. Et hoc etiam ad gaudium eorum accidentale, plurimum enim lętantur dum intelligunt homines in terris degentes eorum ſuffragia poſtulare quatenus conciues fiant in illa cœleſti curia, ſicut et plerique ex ipſis ſalutem aliorum ſunt orationibus conſecuti. Alia inſuper cognitione ueſpertina in proprio rerum genere ualent ſancti cognoſcere orationes noſtras ore prolatas dum ad ipſas habent debitam approximationem & præſentiam, uel per angelorum reuelationem: & cętera.

Supradictorũ Epilogus. Habes igitur doctiſſime lector ex his hanc infallibilem ueritatem quod, ſcilicet ſancti orant pro nobis in cœlis & qbus modis noſtras agnoſcunt deprecationes contra falſa Lutheranorum dicta, quæ quidem ueritas licet ſit quodammodo infinitis ſcripturarum teſtimonijs ſufficienter roborata. poſſunt tamen ad maiorem eius confirmationem dicta ſanctorum patrum in mediũ adduci. Quę licet Lutherani non admittant attamen pro maiori fidelium robore nonnulla illorum dicta adducere non erit inutile. *Hierony.* Ait.n. Hieronymus contra Vigilantium, Apoſtoli & martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro cœteris quando pro ſe adhuc debebant eſſe ſoliciti, quanto magis poſt coronas & triumphos orauerunt in uia exiſtentes? poſtquam autem cum Chriſto eſſe cœperunt minus ualebũt? tunc ora clauſuri ſunt? ſed hoc nullo modo credendum eſt. *Bernardus* Proinde Bernardus in ſermone de

uigilijs apoſtolorum Petri & Pauli,qui potés eſt inquit in terra potentior eſt in cœlis ante faciem domini Dei ſui. Si .n. dum adhuc uiueret miſertus eſt peccatoribus & orauit pro eis. Nunc tanto amplius quanto uerius cognoſcit miſerias noſtras orat pro nobis patrem, quia illa beata patria charitatem non minuit, potius autem augumentauit.

Pręterea Auguſtinus miracula recitat quibus ipſe ut plurimum intereat,interq; et mortuorum reſurrectionem connumerat, quæ martyrum intercesſione a domino ſunt exhibita, unde manifeſtum eſt quam temeraria ac blaſphema ſit Lutheranorum hęreſis,qui honorem glorioſę uirgini omnibuſque Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Martyribus,Confeſſoribus,Virginibus,Continentibus omnibusque debitum electis tollere conantur,immo Dominum qui in ſanctis ſuis in quibus tot mirabilia operatur & laudatur ualde nequiter blaſphemare non deſiſtunt, qui tamen non ſunt in ſcripturis ſanctis his patribus doctiores. Ait enim dominus quandiu feciſtis uni de his fratribus meis minimis mihi feciſtis. itaque honor exhibitus ſanctis exhibetur Deo, Salomon denique Thronum matris ſuę iuxta Thronum ſuum collocare præcepit, uerus pacificus Salomon Chriſtus honorans matrem ſuam idem facit. Superfluum inſuper puto adducere Ambroſium,Gregorium,Bedam,Chriſoſtomum,cœteroſque innumeros in re tam manifeſta. Cum Eccleſiæ uniuerſalis ritus & doctrina uetuſtiſſimi nos doceant ſanctos uenerabiliter inuocare cuius excellentiſſima eſt authoritas,a qua diſſentire catholicos fas non erit.

Aug. 12. de ciuitat. dei. c. 8. & 25.

Matt. 25.

3. Reg. 2.

Docto. Eccleſiæ aduerſantur hæreticis.

Lutheranorum quędam obiectio.

Io.6. & 8 ET ſi dicat hæreticus ſolus Chriſtus eſt lux mundi ipſo dicente. Ego ſum lux mundi, de quo etiam Ioannes, erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. De Baptiſta uero, non erat ille lux. ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Ecce euangeliſta negat Ioannem eſſe lucem. Item ſolus Chriſtus eſt Rex regum, ſolus Rex cœli, uita, dulcedo, & ſpes noſtra, ſolus qui aperuit ianuam paradiſi, ergo huiuſmodi falſe attribuuntur Virgini ſacræ aliiſque ſanctis in orationibus noſtris, quare ſaltem habetur, quod taliter non debemus orare Virginem matrem, quoniam hæc ſoli Chriſto merito attribuenda ſunt, aliter derogatur eius dignitati.

Ioan. 1.

Reſponſio. Reſpondetur quod licet ſolus Chriſtus ſit lux uera nihilhominus de Ioanne Baptiſta dixit Iudæis ille erat lucerna ardens & lucens, & ille idē Apoſtolis ait. Vos eſtis lux mundi, Chriſtus igitur ſolus eſt lux per eſſentiam ſicut ſanctus & bonus. Non Ioannes Baptiſta, neque Apoſtoli, qui tamen boni, lux & luminaria fuerunt in mundo per participationem, ita & Dei genitrix uirgo regina cœli. Mater miſericordiæ, uita dulcedo, & ſpes noſtra dicitur, quia gratiam apud Deum inuenit, Chriſtum quoque uitæ noſtræ reparatorem ſpiritu ſancto cooperante concepit, & peperit, et ſicut Chriſtum qui eſt ad dexteram patris, & interpellat pro nobis aduocatum apud eundem habeamus. Ita huius noſtri aduocati matrem gaudemus nos habere aduocatam apud patrem & filium dicentes. Eya ergo aduocata noſtra &cæt. Vnde ſi Philippenſes fuerunt diuo Paulo gaudiū, & corona, Et Theſſ. ſpes, gaudium, & corona

1. Theſſa. 2

gloriæ, cur non idem erit nobis glorioſa uirgo mater Maria? Non igitur eſt Chriſti derogare dignitati. quod beatam Virginem ita ſalutando honoramus. Immo totum honorem quem diuæ Virgini impendimus redundat in Chriſtum Dei ac Virginis filium, Virginem quippe matrem honoramus in filio. Et filium in Virgine matre. Quemadmodum qui filium honorat, honorat et patrē, & econuerſo. Deus eſt pater miſericordiarum. Cur dei genetrix non erit mater miſericordiæ? Deus rex cœli & terræ: cur Dei mater non erit regina cœli? Chriſtus uia ueritas & uita, cur non etiam Chriſti mater? quę gratiam apud Deum inuent & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum ſalutis noſtræ authorem nobis edidit? Liquet etiam quod porta cœli nō fuit principaliter clauſa propter peccatum Euæ, potius autem per adæ peccatum, nec fuit principaliter reſerata per Virginem matrem ſed per Chriſtum. Nihilominus ſicut Eua fuit authrix peccati. Ita beata Virgo authrix gratiæ. Et ſicut illa fuit cauſa (ſaltem media te) ut porta cœli clauderetur, ita pari ratione iſta ut aperiretur, Ideo Eccleſia, ſanc̃te et iuſte, contra Lutheranorum peſtem, orat dicens Paradiſi porta per Euam cunctis clauſa eſt, & per Mariā uirginem iterum patefacta eſt. Et hæc de oratione Dei & ſanctoꝝ dicta ſufficiant. Alia uero quā plura et doctiora habebis ſuper Mattheum quare &c.

Ioan. 12. et 2. Cor. 1.

Ioan. 14.

DE ADORATIONE DEI omnipotentis & ſanctorum, ac reliquiarum, imaginumque ueneratione.

Quinta diſputatio.

Concluſio prima.

ET LICET Solus Deus magnus & omnipotens latria adoratione ſit ſingulariter adorandus hoc eſt fide, ſpe, & charitate. Non inconuenit tamen nos ſanctos adorare, pariter & angelos, alia ſiquidem adorationis ſpecie, homines quoque uenerari ſacris atteſtantibus eloquijs.

More ſolito procedendo notandum eſt pro Concluſionis ueritate, ac maiori huius tractatus elucidatione quod cõmuniter a Doctoribus pręcipue autem a beato Auguſtino decimo de ciuitate capit. 1. Et in Enchiridio, capit. ſecundo, & ſequentibus, ponuntur tres ſpecies adorationis, ſiue uenerationis quæ græcis frequenter nominantur uocabulis ſancta Theoſebia ſiue latria, dulia, & hyperdulia. Vtimur autem Gręcis uocabulis, quia in latino eloquio non habemus nomina ſimplicia, quibus explicentur, quæ per hæc nomina intendimus deſignare. Per latriam igitur in propoſito intelligẽda eſt Theoſebia, ideſt uultus uel ſeruitus ſoli Deo debitus. Qui quidẽ cultus, adoratio, proprie ſuo proprio uocabulo, merito dici debet. Hęc autẽ latria adoratio dupliciter diſtinguitur, ſcilicet in interiorẽ, & exteriorem. Interior

Tres ſpẽs adoratiõis

nempe latria, dicitur actus fidei Spei, & charitatis, Vnde quoties actum fidei Spei, & charitatis erga Deum elicio toties deum colo Deum ueneror Deum adoro. Exempli cauſa cum enim in Deo ſummum Dominiū credo meditor & agno ſco ipſumque uniuerſale principium, creatorem, gubernatorem & principem. In ipſo quoque cōſiſtere ſummum Imperium omnemque poteſtatis plenitudinem, ſine cuius nutu nec folium cadit de arbore, in cuius manu omnia ſunt poſita, cuius uoluntati reſiſtere nullus poteſt, cuius ſapientiam nihil latere, prouidentiam cuncta diſponere credo. Cum inſuper fideliter credo eius bonitatem liberaliſſime communicare, ac omnibus incolumitatem pręſtare, creata conſeruare. conſeruata in ſuos ꝓprios fines fortiter ſuauiterque ordinare, ſuęque beatitudinis rationalem creaturam participem facere, lapſa reparare, perpetuęque captiuitatis filios ſuos ſanguine redimere redemptos glorificare, nulla ſui utilitate aut neceſſitate. Sed miſericordiſſima ac perpetua qua nos dilexit charitate ac cętera innumera infinitæ ſuæ perfectionis opera mente complector profiteor. Hęc credendo ac meditando actu fidei, Deum adoro atque colo: & cętera. *Modus adorandi deum per fidem.*

Cumque ex ac meditatione agnoſco ipſum Deum eſſe rationalis creaturę bonum quam ad ſe beatifice poſſidendum ac fruendum creauit. In quo tanquam ſummi boni poſſeſſione quicquid deſiderari poteſt ampliſſime habetur. Ac per hoc excitor ac concupiſcendum ipſum & propter eum ſic poſſidēdum perpetuo, omnia alia paruipendo. Incipio eum diligere amore *Modus adorandi Deum per ſpem.*

concupiſcentiæ qui quidem amor eſt proprius actus ſpei ſiue ſpes.

Modus adorandi deum per charitatē.

Cum uero ultra progredior meditando omnem ſuam liberaliſſimam diffuſionem nō ex prę-uenientibus creaturæ meritis, ſed intrinſeca ac naturali bonitate ſua. Tunc per hoc ſolum ipſum eſſentialiter bonum eſſe, ſibique ſolum ſufficientiſſimum ac ſumme perfectum & propterea ab omni ſua creatura coli, reuereri, honorari, timeri, propter ſe & ſuper omnia amari. Sibique ſeruiri & ſubīji debere digniſſimum eſſe debitum & iuſtiſſimum recte arbitror. Et idcirco actum perfectę dilectionis ſeu perfectiſſimum amorem quo ſpiritu non propter communicata beneficia ſed propter ſeipſum, elicio. Sint quoque mihi creationis, conſeruationis, redemptionis, iuſtificationis, gratificationis ac beatificationis beneficia, uiæ quędam & effectus excitātes & ducentes me ad diligendum Deum finaliter propter ſe. Et hic quippe actus dilectionis perfectus eſt, & amor amicitię, ac fruitio propriuſq; effectus charitatis quo deum colo theologica charitate &c.

Hīj ſunt igitur actus interioris reuerentiæ, honoris, ac cultus latrię quibus Deum extollimus, magnificamus ſuper omnia, et tanquam unicum ſummum bonum adoramus, quare concludendum eſt, quod nihil aliud eſt Deum adorare, magnificare, extollere, ac reuereri, niſi ſolum Deum eſſe talem credere, & talem deſiderare ac ipſum ſuper omnia diligere. Habes igitur ex his candide lector, quod eſt colere & adorare Deum actu interiori quod breuiſſime dici poteſt ei adhęrere, fide, ſpe, & charitate. Ille nempe perfecte Deū

Concludit hic Dei adoratio et qualiter debes adorari.

.rat, qui totam fidem & ſpem pariter & amo .m totum in Deum ponit. Hic enim eſt uerus Dei cultus quo pater cœleſtis colitur in ſpiritu, et ueritate, iuxta illud ſaluatoris. Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & ueritate id eſt nõ in templo, non in hoc monte, ſed interius in intimo cordis tẽplo & in ueritate agnitionis. Nam in ſpiritu id eſt in Spiritu Sancto & in ueritate, hoc eſt in filio qui eſt uia, ueritas, & uita, oportet Deum patrem adorare quod idem eſt dicere in trinitate perſonarum decet colere Deum. Io. 4.

Adoratio latria exterior ſignum eſt aliquod ſenſibile in proteſtationem latrię exterioris exhibitum ut ſunt actus & geſtus exteriores quibus quis profitetur intus ſe credere, ſperare, & amare Deum, ut ſummum bonum omnium creatorem ſalutis & omnis boni principium atque finem. Sunt autem hij actus ritus quidam, qui ſecundũ Chriſtianę religionis pietatem obſeruantur, ut oblatio ſacrificij, laudum & canticorum uocalis prolatio, manuum compoſitio, aut extenſio, pectoris percuſſio, capitis nudatio, genuum flexio, corporis totius proſtratio, & ſimilia. Et merito nempe hac duplici adoratione uti debemus quoniam ex duplici natura com poſiti ſumus intelligibili ſcilicet & ſenſibili, Ideo duplicem adorationem Deo offerimus ſcilicet ſpiritualem quę conſiſtit in interiori mentis affectu, & corporalem quę conſiſtit in exteriori corporis humilitate. Et hæc de latria duplici adoratione Dei pauca ſint dicta, &c.

De dei adoratione exteriori.

Cur uti mur dupli ci adoratio ne.

Secunda ſpecies adorationis dicitur dulia, a dolos Gręce qđ ẽ ſeruus latine inde dulia id eſt

ſeruitus dulia igitur communiter ſumpta eſt i uitus quædam reuerentiæ ſecundum quam ratio nales creaturæ & intellectuales ſe mutuo honore præueniunt & uenerantur, propter quaſdam ſpirituales rationes ſcilicet propter aliquod diuinum uel uirtuoſum in ipſis repertum, aut ſaltem eis poſſibiliter nō excluſum, quia ſecundum hoc legitur homines alios quoſdam adoraſſe, uidelicet ad captandum beneuolentiam, uel mitigandam iram, aut potius & melius ad deſignandum aliquam uirtutem, ſeu in ſignum ſpiritualis amoris & amicitiæ, Sic legitur de Moſe qui egreſſus
Exo. 18. in occurſum cognati ſui Ietro ipſum adorauit. Sic Iacob de Moſopotamia progrediens in terram pronus adorauit ſepties fratrem ſuum Eſau
Gene. 33. appropinquantem. Et Dauid adorauit Iona-
1. Reg. 20 tham filium Saul, & multi alij ut claret in ſcripturis alios adorauerunt. Et hoc quidem modo extendit ſe hæc dulia adoratio ad omnem creaturam non damnatam. Non enim extenditur ad Dæmones & reprobos per damnationis ſententiam a beatitudine perpetuo excluſos, in quibus, & ſi imago Dei quantum ad naturalia perſeuerat, nec deleri poteſt. Tamen quia a Deo perpetuo ſeparati, & beatitudinem ſecundum ordinatam dei potentiam adipiſci non poſſunt, tanquā inimici a Deo proſcripti a nobis nullatenus ſunt honorandi. Aliæ uero rationales ac intellectuales creaturæ, propter alias gratias, & dona gratis data naturalibus ſuperaddita, ut ſapientiam, uirtutem. & cętera dona gratis data, quæ ad ædificationem, uel Eccleſiæ, uel perſonę a deo donantur, hij tales dulia adoratione adorari me-

Demones & damnati nullo modo debent adorari.

rentur. Ait enim Philoſophus. Honor qui eſt dulia adoratio eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium uirtutis, ethicorum .9. Et propter hoc Pharao honorauit Ioſephum. Et Nabuchodonoſor Danielem. Lex inſuper docet ſenes honorādos dicens, Coram cano, capite conſurge, & honora perſonam ſenis. Et time dominum Deum tuum, Magis autem gratiam dei habentes honorandi ſunt de q̄bus beatus Gregorius ſuper Ezechielem. Boni & uirtuoſi honorandi ſunt ne fortaſſe per eos ille prouocetur qui eorum corda inhabitat. Maxime uero creatura iam beata rationabiliter eſt adoranda, quemadmodum Abraham adorauit Angelos. Ioſue inſuper cecidit pronus in terram adorans Angelum. Verum quod intelligi poſſunt in Angelis perſonam domini adoraſſe mittentem. Nos igitur & principes ratione dominij, & Eccleſiæ prælatos ratione dignitatis, ac uirtuoſos uiros, ex debito iuſtitiæ honorare debemus. Magis autem uiros ſanctos et homines Deo gratos, cognitis eorum operibus bonis, præcipue autem beatos in cœlis, omneſque creaturas in gloria cœleſti triumphantes, hac dulia adoratione rationabiliter adorare tenemur. Sed plurimum aduertendum eſt circa huiuſmodi duliam adorationem, ne illa diuina & ſuperna adoratio latria quæ ſoli Deo merito attribuitur, exhibeatur creaturæ, Qua de re non ſine rationabili cauſa Iohānes Angelum ſibi loquentem adorare uolens prohibitus eſt ab eo dicente. Vide ne feceris tum ad oſtendendum hominis dignitatem, quam cōſecutus eſt per CHRISTVM, ut Angelis æquetur. Vnde ſubditur ibidem conſeruus tuus ſum, & fratrum

Gen. 41. *Danie. 2.* *Leui. 19.*

Qui ſunt hac adoratione adorandi.

Gene. *Ioſue. 5.*

Optima admonitio circa hominis adorationem.

tuorum. Tum ad excludendum idolatriæ oc-
Apoc. ulti. caſionem, ideo ſubiungit. Deum adora, Iccirco
Mardocheus noluit adorare ſuperbiſſimũ amã.
Timens ne honorem Dei trãsferret ad hominẽ,
Heſter. 3. prout in Heſter clare habetur.

Tertia ſpecies adorationis dicitur hyperdulia ab hyper quod eſt ſuper quaſi excellens dulia. Et eſt ſeruitus quædam reuerentię exhibita ratione excellentię ſingulariſſimę eminentis in eo cui exhibetur. Qualis eſt reuerentia exhibita Virgini glorioſę in qua eſt prorogatiua excellẽtiſſimę, & ſingulariſſimæ dignitatis puræ creaturę conceſſa in eo quod eſt mater dei. Quo excellit Cherubin, & Seraphin ac omnes Angelos. Sed inſuper conſiderandum eſt quod hyperdulia hęc adoratio attribui poteſt Monarchĳs Eccleſię Papæ & Imperatori faciendo tamen comparationem ſtatuum, & officiorum ac dignitatum in Eccleſia militante, & ibi manendo præciſe. In his enim ſupremus & excellentiſſimus ſtatus in ſpiritualibus eſt Papatus, in ſecularibus uero eſt Maieſtas Imperialis. Sic admittit Papa tanquam ſupremus hierarcha, in policia Eccleſiaſtica ut ſibi fideles proſternantur uſque ad pedum oſcula. Non quidem ratione ſanctitatis ſuę (ſi recte eſt ſibi conſcius & rationis compos. Cum ſit homo fragilis neſciens ſicut cœteri an amore uel odio dignus ſit) ſed ratione dignitatis ſui ſtatus, quia Vicarius eſt Chriſti in terris, qui poteſtatis plenitudinem conceſſit Petro & cuilibet ſuo legitimo ſucceſſori (ut alibi clarius patebit contra impios primatus Petri & Eccleſię Sanctę dilaniatores.) Hinc fortaſſe Crucem gerit in ſanda-

Nota de monarchiis eccleſiæ militantis.

liis quam oſculandam offert, tanquam locum ge rens Crucifixi. Honorem illum non ſibi uſurpās, ſed in dominum cuius ſignum oſculatur retorquens Claues etiam habet in ſigno, quia ſucceſſor eius eſt, cui ſingulariter Clauium poteſtas in ſua plenitudine eſt collata. Sic Imperatores, & Reges, patiuntur uarios honores, et uſque ad terram genuflexiones ſibi exhiberi. Quemadmodum legitur in libro Regum. De Dauid qui non repulit adorantes ſe ſuper faciem terrę. Sed magis petita conceſſit, in quo non repræhenduntur tamquam honorem ſibi indebitum arrogantes Verumtamen comparando hyperduliam ad uniuerſitatem creaturarum non poteſt reuerentia illa, quę exhibetur Papæ, Regibus, & Imperatoribus hyperdulia propriæ nuncupari, prout ſupra declaratum eſt. 2.Reg.14.

Dulia uero minor ſiue ſimpliciter dicta eſt reuerentia communis alicui exhibita non in argumentum alicuius excellentiæ ſingulariſſimę. Sed ſecundum rationem excellentię communem multis, qualis eſt reuerentia exhibita prȩlatis inferioris in ſacris ordinibus conſtitutis, aut in dignitatibus ſeu perſonis uirtuoſis aut hominibus ſapientia prȩexcellentibus. Quinimmo & beatis Angelis, ac animabus ſanctis potentibus nobis ferre auxilium ad noſtram indigentiam reuelandam ut ſupra diximus. Et ſic ex omnibus iſtis euidenter liquet, multis ſcripturarum teſtimoniis, qualiter Deus adorandus eſt pariter & Angeli necnon homines cōprȩhenſores, & uiatores ſiquidem adorandi ſunt. Diuerſa tamen adorationis ſpecie, quę fuit noſtra prima cōcluſio &c. *Ex dictis infertur cōcluſio. I.*

De imaginum adoratione.

QVoniam autem immenſam hanc adorationis prouinciam aggreſſi ſumus,nempe nulla neceſſaria,& quę ad hanc materiam ſpectare uidentur prętermittenda ſunt,ne indiſcreta noſtra adoratio ſit, aut negligens, & ne forte Chriſtus clamet contra nos. Vos adoratis quod neſcitis, & ne inſuper illud aliud audiamus. Quamdiu non feciſtis uni de minoribus his nec mihi feciſtis. Inquiramus igitur an creaturę rationales,& res inſenſibiles a nobis adorandę ſint. ut exempli cauſa Crux Chriſti imagines Sanctorum, & reliquiæ, ac cætera ad Chriſtum uel membra eius, hoc eſt ſanctos pertinentia. Secundo an humanitas Chriſti ſit latria ueneratione adoranda, ex quibus etiam clare patebit, qualiter Sacratiſſimum Chriſti corpus in Sacramento altaris ſit adorandum. Sed primo de imaginibus dicendum eſt. Pro quibus eſt notandum quod duplex eſt imaginum repręſentatio. una quę fundatur in ſimilitudine rei repręſentantis ad repræſentata,quę imitatur ipſam in quibuſdam accidentibus ſimilibus ſicut imago picta, uel ſculpta ſecundum ſimilem protractionem, & figurationem membrorum Chriſti. ſiue in ea figura,in qua natus eſt, uel in qua prædicauit,aut in qua Crucifixus eſt, & in ligno pependit. ſiue qua a mortuis reſurrexit, aut aſcendit,uel ad iudicium uenturus expectatur. ſecundum quã in memoriam reuocat perſonam Chriſti ueri Dei & hominis, & pari ratione de alijs ſanctis dicendum eſt. Secunda eſt repręſentatio non ex aliqua prędictarum ſimilitudinum,ſed ex uoluntate,& beneplacito Dei,qui uoluit per ali-

Ioan. 4. *Matt. 25.* *Pulcherrimæ difficultates.* *Notabile primum.* *Duplex imaginũ repreſentatio.*

qua præcedentia facta Chriſtum ſignificare, & ſigurare, ſicut petra deſerti, & Serpens æneus Chriſtum figurabant, & alia multa quæ in ueteri teſtamento habentur: &c.

Secundo notandum eſt, quod in adoratione imaginum & aliorum per accidens adoratorum quãuis ſit unus actus exterior, ut genuflexio, uel aliud ſignum reuerentiæ. Tamen in adoratione interiori ſcilicet mentali, et intellectuali tres poſſunt conſiderari actus, & formari cõceptus, Exẽpli cauſa, ut hanc difficultatem facilius intelligere ualeamus. Ponatur ante oculos noſtros imago aliqua domini noſtri Ieſu Chriſti, uel alterius Sancti, tunc dico quod iſtius imaginis poſſunt formari tres conceptus, uel actus realiter diſtincti. Vnus qui abſolute terminatur ad imaginem illam prout eſt hac res materialis utputa lapis, uel aurum, aut lignum, aut metallum & ſecundũ huiuſmodi abſolutum conceptum dicẽdum eſt, quod talis imago nullo modo adoranda eſt aliqua adorationis ſpecie. Quinimmo neq; aliquo actu exteriori eſt ueneranda, quia talis imago cõſideratur in ſe tantum, & abſolute, ſecundum qđ eſt lignum, lapis, aut metallum, & non ſecundũ rationem ſigni, & imaginis. Ideo adorando hãc imaginem ita abſolute conſiderata, eſt idola colere. Infælices quippe ſunt, & inter mortuos ſpes illorum qui appellant Deos ſuos opera manuũ ſuarum. Quapropter etiam pari ratione dicendũ eſt, quod illa quæ non habent aliqua rationem imaginis minus ſunt adoranda, aut aliqua ueneratione colenda, ſicut petra deſerti, & Serpens æneus. In illis.n. non apparet aliqua ſenſibilis imi

Notabi. 2

Primus cõceptus.

Qualiter imagines ſunt adorãdæ, et qualiter non.

tatio ſimilitudinis ratione cuius repræſentet ſtatim Chriſtum. Sed dumtaxat ex aliquo occulto miſterio. Vnde & figurę miſtice dicebantur, propter quod non ſtatim intuentem in recordationem figurati perducebant, & ſic facile adoratio ad rem illam figurantem, & non ad figuratum protenderetur, quod conſiderans rex Ezechias Serpentem Æneum qui iuſſu Dei per Moyſen fuit erectus ut ipſius aſpectu Iudæi a morſibus Serpentum ſanarentur, laudabiliter contriuit, optime conſiderans populum ipſum Serpentem adorando gloriam non Deo, ſed Serpenti tribuere. Hac etiam de cauſa ſcilicet ad Idolatriam euitandam præcepit Deus Iudæis ne facerent ſculptile, ut in multis ſcripturarum locis habetur. Secundus conceptus, uel actus illius imaginis poteſt formari dirigi & terminari ad imaginem illã, nõ tamen abſolute ut eſt hęc res materialis ut pote hic lapis, hoc aurum, uel lignum, ſed ad rem ipſam non abſolute, ſed reſpectiue inquantum eſt imago Chriſti, uel alicuius Sancti, & hic actus eſt quædam recognitio, qua cognoſco rem illam ut ordinatam ad repræſentandum Chriſtum; Seu conceptus, uel complacentia qua mihi complacet res illa, ut talis imago honoranda propter prototypum, & ſecundum huiuſmodi actum uel conceptum dicendum eſt uere & Catholice quod talis imago poteſt, & debet uenerari, ſeu adorari dulia uel hyperdulia adoratione, non autem adoratione latria. Non enim uideo eſſe bene dictum quod eodem honore honoretur Deus, & imago eius. Conſtat quippe maniſeſtiſſime q̃d in imagine etiã Chriſtum

4. Reg. 18

De. 2. con cep.

Nota authoris ſen tentiam.

repreſentante

repræſentante non eſt ponenda tota noſtra fiducia, ſpes, & amor. Ideo imago Chriſti non eſt adoranda adoratione latria proprie dicta. ſ. fide, ſpe, & charitate, quia ſolus deus, & Chriſtus, uerus deus & homo eſt hac adoratione adorandus, pari inſuper ratione credendum eſt de imaginibus aliorum ſanctorum, quæ non ſunt ita adorandæ, ſaltem adoratione interiori, ſicut ſancti quorum ſunt imagines, licet ut diximus ſint aliquo actu exteriori uenerandæ. Secundum autem quod repræſentant, uel ordinate ſunt ad repręſentandum Chriſtum, uel beatam Virginem, ſeu beatum Petrum, aut alios ſanctos ſunt huiuſmodi imagines magis uel minus uenerandæ, colendæ & honorandæ, ac in eccleſiis, & oratorijs habendæ. Nunquam tamen credendum eſt in illis eſſe illam gratiam, & ſanctitatem, ſeu uirtutem, ac poteſtatem, quę reperitur in Chriſto & ſanctis eius &c. Ex dictis igi ur patet, quorundam hominum ſtolidus error qui adeo imagines erga amore afficiuntur, ut in ipſis credant eſſe aliquid numinis gratiæ, uel ſanctitatis, quibus potentes ſint facere miracula, præſtare ſanitates, eripere à periculis, & a nocumentis, ac inſidijs præſeruare, ex hoc aſſurgentes ad eorum uenerationem, ut præmiſſorum aliquid conſequantur. *Error ignorantium.* Arguitur inſuper nonnullorum indocta ſimplicitas, & indiſcretio, qua reuerentius adorant imagines pulchras quam turpes, nouas quam uetuſtas: nec non & ornatas ueruſtiori auro, & purpura quam nudas, credentes eas eo ſanctiores, quo precioſiores, quod confirmat beatus Bernardus dicens. Offertur libentius auro tectis ubi magis cernitur diuitiarum cumulus.

Qualiter inſani adorant imagines. Arguitur denique, & aliorum rudis leuitas, qui improuide uota emittunt, & ad peregrinandum ſe obligant, nunc ad illam, nunc ad aliam eccleſiam intuitu certarum imaginum, credentes illas maiori in illa quàm ſimiles in aliis fulgere uirtutibus, clarere miraculis, & maiori fulciri poteſtate. Hæc quippe omnia in uanam tranſeunt ſuperſtitionem, in quam non inciderent, ſi rationem adorationis, ac ueri cultus attenderent, aut ſi ignorant informationem humiliter à doctoribus reciperent. Patet ſi quidem imagines eſſe res inſenſibiles, quæ ex certa partium ſuarum figuratione, & ordine, imaginis nomen ſortiuntur. unde eius conuenit res alias ſignificando repreſentare. *Modus loquendi.* Vis enim homo qui ſumme delectaris in imaginum adoratione, adorare ueram imaginem dei? potius adora creaturas rationales in quibus eſt uera imago, & ſimilitudo dei. Fuerunt nempe create ad imaginem, & ſimilitudinem eius. In quibus etiam eſt aliquod diuinum, puta uirtus, poteſtas, aut excellentia aliqua ſingularis à deo ſibi impreſſa, quorum, quia neutrum reperitur in imagine pure materiali. Nulla talis propter ſe eſt adoranda, neque auxilium quodcunque ab eis poſtulandum eſt. Neque enim uident, neque audiunt, neque ſe intelligunt uenerantes. Sunt enim creaturæ inanimatæ, quibus neque eſt ſenſus, neque intellectus &c. *Epilogus omnium dictorum.* Omnia quippe quæ dicta ſunt à deo & ſanctis quorum ſunt imagines qui & per ſe coram imaginibus adorandi ſunt, fideliter expectantur, ipſe uero imagines non per ſe ſed per accidens: honorantur non ſiquidem propter uirtutem, potentiã, aut gratiam in eis exiſtentem. ſed propter repre-

ſentationem eorum quibus talia inſunt &c.

Tertius conceptus uel actus poteſt formari & dirigi ad prototypum illius imaginis quo recognoſco id quod repreſentatur tanquam ſumme bonum, & uniuerſale omnium principium. Ad quem actum uel conceptum eliciendum moueor per apprehenſionem illius imaginis Chriſti, & hic actus uere eſt actus latriæ, ſeu adoratio latria propriedicta, quæ ſolum terminatur ad id, quod imagine ſignificantur, & non ad imaginem. Non enim uidendo imaginem Chriſti recognoſco ipſam imaginem quam uideo eſſe ſumum bonum, ſiue conſiderem ipſam in ratione imaginis, ſiue abſolute, ut rem aliquam in ſe, & hoc eſt quod ait Damaſcenus libro. 4. ſenten. Honor qui exhibetur imagini refertur ad illud cuius eſt imago. Vnde dicit magnus Baſilius. Honor imaginis ad prototypum peruenit ideſt exemplar, eſt enim prototypon prima forma, ſeu forma exemplaris ad quam facta eſt imago, & de hac adoratione imaginis Chriſti habetur in quodam Decreto ſinodi Conſtantinopolitani, ubi dicitur. Sacratam imaginem domini noſtri Ieſu Chriſti, & omnium liberatoris, & ſaluatoris, æquo honore cum libro euangeliorum ſanctorum adorari decreuimus, & infra. Siquis ergo non adorat yconam, ideſt imaginem ſaluatoris Chriſti, non uideat formam eius quando ueniet in gloria paterna glorificari & glorificare ſanctos ſuos, ſed alienus ſit à communione ipſius, & claritate. Cadet proculdubio huius ſinodi maledictio ſuper omnes hæreticos, Lutheranos exurentes, ac conburentes, necnon & deſtruentes omnes Chriſti imagines, & ſanctorum(niſi

Damaſce.

Quid eſt prototipō.

Decretum ſinodi conſtantinopoli.

Deteſtatio.

In Luthe.

o utinam recipiſcant.) Habetur inſuper in eodem Decreto ſinodi Conſtantinopolitani, quod dignum eſt, ut ſecundum congruentiam orationis, & antiquiſsimam traditionem, propter honorem qui ad principalia ipſa refertur, etiam deriuate ycone, ideſt imagines honorentur, & adorentur. Adorentur inquam non per ſe quaſi in ipſis ſit aliqua uirtus, unde releuari aut iuuari poſſit humana infirmitas. Sed tanquàm ſigna Chriſti, & ſanctorum, qui ferre poſſunt auxilium poſtulanti, & hoc eſt quod dicitur in canon. de conſe. diſtin. 3. Venerabiles inquit imagines, chriſtiani non deos appellant, neque ſeruiunt eis, ut dijs, neque ſpem ſalutis ponunt in ipſis, neque ab eis expectant futurum iudicium, ſed ad memoriam & recordationem primitiuorum uenerantur eas, & adorant, ſic ad adorandum Chriſti imaginem hortatur beatus Auguſt. de uiſi. infirmorum ubi loquens de tali imagine dicit. Hanc complectere humiliter, uenerare ſuppliciter, cum hæc ad memoriam tibi reducat crucifixum &c.

Auguſti.

Tertio auctoris notab. omnia cõplectẽs. Prima diſtinctio.

Tertio ut omnia quæ ſupra dicta ſunt, & quæ dici poſſunt de imaginum adoratione his paucis uerbis concludam. Notandum .n. quod duplex eſt generalis adoratio, una ſcilicet, interior, quæ fit per eleuationem, mentis ad deum, uel ad ſanctos per fidem, ſpem, & charitatem, ſeu propter aliquod bonum impetrandum, aut ad gratias agendum, & tandem, quæ conſiſtit in interiori mentis deuotione. Alia exterior, quæ fit per capitis inclinationem, uel genuum inflexionem, ſeu pectoris percuſsionem, & quæ finaliter conſiſtit in exteriori corporis humiliatione

Adoratio interior & exterior.

dictum eſt ſupra.

Item aliter diſtingui poteſt adoratio.ſ.per ſe, & per accidens. Adoratio per ſe, eſt quæ fit ratione ſui. Per accidens uero, quæ exhibetur ratione uel reſpectu alterius. His igitur notatis ſequitur. *Secũnda diſtinctio. Adoratio per ſe & p accidẽs.*

Secunda Concluſio.

ADorare Chriſti uel ſanctorum imagines abſolute conſideratas prout ſunt res materiales lapideę,ligneę,uel ferreę,idolatriam eſſe fatemur, quare nulla qua uis adorationis ſpecie ſunt adorandæ. Quinimmo neq; aliqua ueneratione exteriori,uel interiori colendæ.

Tertia Concluſio.

IMagines reſpectiue conſideratæ, inquantum repreſentant Chriſtum, uel ſanctos poſſunt & debent aliqua exteriori adoratione uenerari ſaltem per accidens. Nulla tamen adoratione interiori, ſeu latria ueneratione ſunt adorandæ. Niſi ad prototypum, huiuſmodi interior adoratio referatur.

Hæ duę concluſiones clarent ex ſupra notatis, ſed forte dicet quiſpiam,quælibet adoratio exterior præſupponit interiorem, ideo ſi imagines reſpectiue conſiderate inquantũ repræſentant Chriſtum, uel ſanctos(ut dicit hæc tertia concluſio) ſunt adoratione exteriori uenerande. Debent etiã & interiori ueneratione adorari. *Obiectio.*

Reſpondetur quod adoratio imaginum exterior aliam interiorem adorationem, non in ordine ad ipſas imagines, ſed in ordine ad ipſarũ imaginum repræſentata. puta ad Chriſtum, uel ſanctos.unde cum uideo aliquam imaginem, utpote Chriſti formo duas adorationes unam exteriorẽ,

per corporis humiliationem, quæ principaliter refertur ad Chriſtum repreſentatum, minus autem principaliter, ſeu per accidens ad ipſam imaginem, ueluti Chriſti repreſentatiua. Aliam inſuper formo interiorem adorationem, per fidem ſpem, & charitatem, quæ adoratio latria nuncupatur, & hæc tantum refertur ad Chriſtum.

Per pulcrum authoris exẽplum.

Item aliter & clarius dico, quod ſi nobis præſentetur aliqua imago Chriſti, uel uirginis Mariæ, aut ſancti Petri, uel alterius ſancti, tunc huiuſmodi imago poteſt tripliciter conſiderari, ut ſupra diximus. Vno modo prout eſt hoc lignum, uel hic lapis, aut ferrum, aurum, ſeu argentum, & iſto modo conſiderata, liquet, quod imago illa nullo modo eſt adoranda, neque adoratione interiori, aut exteriori, neque per ſe, neque per accidens.

Hic clarius loquit̃ author.

Secundo modo poteſt conſiderari prout eſt ordinata ad repreſentandum Chriſtum, uel uirginem Mariam, aut beatum Petrum, & tunc dicendum eſt talem imaginem non eſſe adorandam adoratione interiori, ſcilicet latria, uel hyperdulia, aut dulia. Sed tantum eſt ueneratione exteriori colenda, non per ſe, ſed per accidens, ideſt ratione imaginati.

Tertio modo poteſt conſiderari Chriſtus, qui nobis per illam imaginem repreſentatur, & tunc abſq; ulla mentis ambiguitate, duplici latria eſt adorãda, ſcilicet interiori, per fidem, ſpem, & charitatem, & exteriori per corporis humilitatem, uel ſi per illam imaginem repreſentatur uirgo Maria adoratione hyperdulia eſt adoranda, ſeu dulia, ſi præſentatur nobis beatus Petrus, uel alius ſanctus &c.

Quarta Concluſio.

SAnctæ ac iuſtæ & laudabiliter chriſtiana religio ſuſtinet Chriſti, & ſanctorum imagines in eccleſia, & oratorijs, non eo fine, ut ipſæ per ſe adorentur; ſed ut fidelium mentes per earum inſpectiones excitentur ad reuerentiam, & honorem exibendum, ijs quorũ ſunt imagines, in quorumue cognitionem recordatiuam ducunt &c.

Hæc concluſio eſt de ſe clara. Quid eſt enim adorare imaginem Chriſti, niſi adorare Chriſtum per fidem, ſpem, & charitatem in illa imagine, uel in præſentia illius imaginis? Quid eſt inſuper imaginem Virginis Mariæ colere, uel alterius ſancti, niſi uirginem Mariam, uel alium ſanctum in ſuæ imaginis uenerari præſentia? Et ſic de alijs. Non enim adoro imaginem Chriſti quia lignum, nec quia imago niſi forte per accidens. Sed adoro Chriſtum corã imagine Chriſti, quia ſcilicet imago Chriſti excitat me ad amandum, & adorandum Chriſtum, & ita dicendum eſt de imaginibus aliorum ſanctorum, quę excitant nos ad eorum uenerationem, & hac de cauſa ut dictum eſt in præcedenti concluſione, eccleſia ſuſtinet imagines in templis & oratorijs. unde beatus Gregorius hoc idem confirmat, qui Sereno Epiſcopo Maſsilienſi imagines deſtruenti ne adorarentur, ita ſcribit ut habetur de conſe. diſtin. 3. dicens. Perlatum eſt ad nos quod inconſiderato zelo ſuccenſus, ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione ne adorari debuiſſent confregeris, & quidẽ quia eas adorare uetuiſſes omnino laudamus, fregiſſe uero reprehendimus. Dic frater, à quo factum: ſacerdote aliquando auditum eſt,

Quid ſit imaginẽ adorare.

Cur eccleſia ſuſtinet imagines.

Gregori⁹.

quod feciſti ? Aliud eſt enim picturam adorare, aliud per picturam hiſtoriám quid ſit adorandũ addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc & idiotis præſtat pictura cernentibus, quia in ipſa ignorantes uident, quid ſequi debeant, in ipſa legunt, qui litteras neſciunt, unde & præcipue rudibus, pro lectione pictura eſt. Quamobrem ait Damaſce. libro. 4. ſenten. Quia non omnes noſcunt litteras, neque lectioni uacant, patres excogitauerunt: uelut quoſdam triumphos in imaginibus hæc deſcribere ad uelocem memoriam, quapropter multoties non ſecundum mentem habentes domini paſsionem, imaginem crucifixi Chriſti uidentes, & in ſalutaris paſsionis memoriam uenientes, ſupplices uiſis imaginibus nos ducentibus procidentes adoramus Chriſtum. Ecce dicit Chriſtum adorari in notitia rememoratiuam Chriſti, quod equidem uerum eſt &c.

Obijciunt Lutherani.

AT contra dicta acriter inſtant moderniores hæretici dicentes. Si in nullis Chriſti & ſanctorum imaginibus eſt aliquid numinis, gratiæ, uel ſanctitatis, uirtutis, aut poteſtatis, quib. imagines illæ potentes ſint facere miracula, præſtare ſanitates, eripere à periculis, & à nocumentis, ac inſidijs præſeruare. (ut recte dictum eſt in ſecundo notabili) igitur falſe, rude, ſtulte, ac improuide, chriſtiani uota emittunt ad imaginem Chriſti, ac Mariæ uirginis, & aliorum ſanctorum. Necnon ſtultiſsime, abſque ulla utilitate, immo maximo cum ſui ac ſuorum detrimento, ad peregrinandum ſe obligant, nunc ad illam,

nunc ad aliam eccleſiam, utpote ad uiſitandum apoſtolorum limina Romæ, aut ad ſanctum Iacobum in compo ſtella, ſeu ad beatam Virginem apud Lauretum, aut ad imaginem annunciationis beatæ Virginis de Florentia, uel ad aliam uirginis imaginem in monte, extra muros ciuitatis Bononiæ & ad quamplura alia Chriſti, uel Virginis Mariæ, ſeu aliorum ſanctorum loca &c.

Reſpondent Catholici.

AD hanc Lutheranorum obiectionem facile reſpondetur, quod ſi aliquando miracula fiunt hominibus ad eccleſias, & ad imagines confluentibus, & adiutoria aut ſanitates præſtantur, non quidem uirtute imaginum, ſed uirtute Dei & Angelorum ſanctorum miniſterio, ad interceſsiones ſanctorum contingunt, Ideo peregrinationes ad certas imagines, uel determinata loca, præſertim conſecrata, uel etiam conſecranda fideliter commendamus. Non enim uſquequaque negandum eſt quin in certis locis ſingulariter appareant beneficia dei, & maiora crebrius, quam in aliis: uel propter ſanctorum reliquias ibi conditas, uel occulta miniſteria (Alias myſteria futuris temporibus, ibi celebranda, aut celebrata) uel alias cauſas nobis occultas propter quas deus unum locum elegit ſuo cultui, et non alium. unam eccleſiam, & non aliam. Pariter & unam imaginem, in qua ſua diuina refulgent opera, & non aliam, quod ſcripturarum teſtimoniis demonſtratur. Nam primo Deus elegit tabernaculum, quod per Moyſen erigi mandauit. Deinde locum in ſilo. Denique templum Salomonis in Hieruſalē. Vnde ait Moyſes. Caue ne offeras holocauſta

Relucent dei miracula magis in uno loco quam in alio diuina ſane gratia.

Deut. 12.
3. Reg. 7.

tua in omni loco quem uideris. Sed in eo quem elegerit dominus.

Præterea Iacob patriarcha, poſt ſcale cuius ſumitas cœlum tangebat, angelorumq́; in ea aſcendentium & deſcendentium uiſionem ait. Vere dominus eſt in loco ſancto iſto, & ego neſciebam. Surgenſque erexit lapidem in titulum, fundens oleum deſuper, appellauitq́; nomen loci illius Bethel, quod interpretatur domus, uel habitaculum dei. unde & dixit terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud, niſi domus dei & porta cœli. Idcirco locum iſtum, tituli erectione ſacrificio, & uoto quod dominus uouerat honorauit, edoctus inquam diuinitus didicit quanta, & quam mirabilia operaturus erat dominus in loco illo, nam ibi fundandum erat templum ad Dei ſpecialem cultum. Ibi inſuper conſumaturus erat dominus. opus noſtræ redemptionis: ſe ipſum patri in cruce offerens. Propinquus enim erat locus crucifixionis. Ideo poſt reditum de Meſopotamia ibidem ſacrificium deo obtulit. Non ergo locum propter locum, ſed propter miſteria ibidem futura in loco illo domino ſacrificauit. unde Auguſtinus in hoc loco ait. Super lapidem libauit Iacob, non autem lapidi. Sic in propoſito nec reprobari poteſt, nec mirari debemus, ſi dum in uno loco, uel coram una imagine, crebreſcunt miracula, ſanitates & cætera beneficia in eodem loco, non locum, ſed deum qui ibi operatur laudare. Nec imaginem, ſed coram imagine Deum, & Sanctos contingat adorare. Itaque non rebus inanimatis, non ſculptilibus, aut imaginibus ſed Deo & ſanctis eius honor, laus, & adoratio impenditur. Nam ut ſupra di-

Gene. 28.

Gene. 35.

Hiſtoria iacob reducitur ad propoſitum.

ximus ſemper imaginum adoratio debet referri ad prototypum, quare rationabili cauſa, modo in uno loco, modo in alio, nunc in uno tempore: nunc in alio, modo ad unum ſanctum, modo ad alium, pro diuerſis donis uirtutibus, & gratijs recurrere licet, eaſque deuotis orationib. impetrare. Liquet nempe quod in ſanctorum uenerationibus diuina bonitas, ſapientia, potentia, extollitur, & laudatur, & ſic patet ad obiectionem modernorum hæreticorum clariſsima reſponſio, & hæc de imaginum adoratione ſatis ſint dicta &c.

De ſanctorum reliquiarum ueneratione.

Concluſio Quinta.

SVnt etiam ſanctorum reliquiæ uenerabiliter honorandæ, tanquam ea quæ fuerunt partes corporum ſanctorum. Non tamen eo proprio cultu quo ſancti uenerari merentur &c.

Hanc concluſionem quo ad primam partem probat beatus Hieronymus contra Vigilantium, qui cultum reliquiarum Sanctorum reprobauit quod ex hoc etiam probari poteſt. Quoniam per contactum illorum multa nobis dominus beneficia contulit ad earum dignitatem declarandam, igitur prima pars concluſionis uera, antecedens probatur. Nam ad contactum oſsium Heliſei Prophetæ, uita reſtituta eſt mortuo. Pariter & ad contactum ſemicinctiorum Pauli, & ſudariorum ſanati ſunt languidi. 4.Reg.13. Actu.19.

Legitur etiam quod ad contactum ſepulchri

beatæ Agatæ, curata eſt mater ſanctæ Luciæ à ſanguinis profluuio. Et illa inſuper alia, quæ eandem infirmitatem patiebatur ſcilicet ſanguinis fluxum duodecim annis acceſsit retro & tetigit fimbriam ueſtimenti Chriſti, & illico ſanata eſt.

Act. 5. Sed quid moror in tot ſcripturarum exemplis aut quid plura dicam? Nonne ad umbram Petri ſanabantur infirmi? Si enim uult deus ſuorum corpora ſanctorum ac eorum reliquias per miraculorum corruſcationem honorare. Cur igitur uos o Lutherani eas uenerari contemnitis? Honor ergo ſanctorum reliquijs impenſus quantum ad interiorem actum, nihil aliud eſt quam recognitio interior qua huiuſmodi reliquię creduntur eſſe uel fuiſſe partes corporum ſanctorum dum uixerunt in hac mortali uita, quibus deuote ſeruierunt domino & meruerunt gloriam. Cuius poſt reſurrectionem dum reuniuntur animabus eorum participes erunt per dotes gloriæ corporis. Honor autem exterior ſanctorum reliquijs exhibetur per capitis denudationem, & inclinationem, etiam genua flectendo coram eis &c.

Quomodo reliquie ſunt honorande.

Secunda pars Concluſionis ſic oſtenditur quoniam corpora, & reliquiæ ſanctorum non recognoſcuntur tanquam rationales creaturæ habentes in ſe diuinæ gratiæ dona & merita, ac uirtutes Dei per actus beatificos capaces ſecundum potentiam Dei ordinatam, quæ quidem recognitio eſt actus adorationis duliæ proprie accepte. Sed recognoſcuntur tanquam aliquid pertinens ad eas, Ideo non eo proprio cultu adorantur quo ſancti uenerari merentur, &c.

De præcipua Chriſti adoratione.
Concluſio Sexta.

SAluator noſter Chriſtus qui eſt uerus deus & homo una adoratione quæ eſt latria proprie ccepta eſt adorandus,&c.

Hæc Concluſio ſic clariſsime demonſtratur quoniam Chriſtus eſt perſona uerbi, & ita deus, ideo ea adoratione quæ ſolius dei, eſt adorandus,hęc autem eſt latria proprie dicta igitur,&c. Præterea credendum & profitendum eſt Chriſtum eſſe ſummum,& uniuerſale omnium principium quia deum,iuxta illud ſimboli Athanaſii dominus noſter Ieſus Chriſtus dei filius deus & homo eſt. Ab hac enim adoratione natura humana ſecludenda non eſt, non quod natura humana ſit terminus huius adorationis,& per ſe hac adoratione latria adoretur. Sed quia tota perſona uerbi(hoc eſt perſona uerbi in humana & diuina natura ſubſiſtens)adoratur.Hæc enim perſona,quæ uere eſt homo, eſt ſummum & uniuerſale omniũ principium, Et ad hoc attinet ſimilitudo purpuræ, & diadematis regis. Similiter igniti carbonis. Ideo Damaſcenus poſtquam dixerat. Adoro Chriſti dei mei ſimul utranque naturam, propter carni unitam diuinitatem addidit.Non enim quartam appono perſonam in trinitate, ſed confiteor perſonam unam uerbi & carnis eius. His uerbis inſinuare uidetur Chriſti humanitatem cum uerbo una adoratione eſſe adorandam attendendo unitatem perſonæ, quod nihil aliud eſt dictu quam adoro ſimul utranque naturam, diuinam, ſcilicet & humanam. Ad hunc ſenſum, ideſt adoro Chriſti perſonam in utraque natura

Damaſce.

Ioan. 14. ſubſiſtentem,& in hoc idem(ut uerum fatear)prę tendunt uerba diui Auguſtini in ſermone ſuper illud. Non turbetur cor ueſtrum,ubi ait. Ego dominicam carnem,immo perfectam in Chriſto humanitatem, ideo adoro, quia à diuinitate ſuſcepta,& deitati unita eſt, ut non alium, & alium ſed unum eundemq; deum, & hominem filium dei eſſe confiteor. *Auguſtinus.*

Pulchrũm exemplũ. Deniq; ſi hominem ſeparaueris à deo, illi nunquam credo, nec ſeruio, Velut ſi quis purpuram, uel diadema regale iacens inueniat, nunquàm ea conabitur adorare. Cum uero rex ea fuerit indutus, periculũ mortis incurrit.ſi ea cum rege quis adorare contempſerit. Ita in Chriſto domino humanitatem non ſolam, uel nudam, ſed diuinitati unitam ſcilicet,unum filium, uerum deum,& hominem uerum.Si quis adorare contempſerit eterualiter morietur.

Pſal. 80. Præterea ille idem ſuper pſal.80.ait. Caro ſine impietate à uerbo Dei aſſumpta adoratur à nobis quia nemo carnem eius manducat, niſi prius adoret. Sed qui adorat non terram intuetur, ſed illum potius cuius ſcabellum eſt propter quem adorat.Ex his igitur clare liquet,qualiter unio naturæ humanæ, cum natura diuina, quæ quidem hypoſtatica unio nihil aliud eſt, quam Chriſtus, qui eſt uerus deus & homo, ſumma adoratione, quæ eſt latria,proprie dicta adorari decet.ſ.per fidem,ſpem,& charitatem,quare &c.

De Chriſti humanæ naturæ adoratione.
Concluſio Septima.

HVmana natura in ſe, & abſolute, ut Chriſti pars conſiderata,etiam diuinæ in Chriſto hy

poſtaticæ unita non eſt adoranda latria proprie dicta, licet alia ſumma ueneratione, quæ eſt hyperdulia, ſit ueneranda, atq; colenda &c.

Prima pars concluſionis eſt nota. Nam humana natura, etiam unita deitati in Chriſto non eſt Deus, quia per illam unionem, licet excellentiſsimam non mutatur illa natura humana, quantum ad ſubſtantialia, & ita manet creatura. Solus autem deus latria proprie dicta merito adoratur, hoc eſt fide, ſpe, & charitate, igitur &c.

Item nulla pura creatura (ut omnes aſſerunt) eſt latria adoratione adoranda, quia aliter, quod conueniret creatori, attribueretur puræ creaturæ: quod eſſet idolatrare, & deum blaſfemare. Cum autem natura humana in ſe, & abſolute, conſiderata ut Chriſti pars, etiam diuinitati coniuncta ſit pura creatura. igitur non eſt adoranda adoratione latria proprie dicta. Conſequentia patet. Maior ab omnibus conceditur. Minor autem eſt de ſe nota. Ergo prima pars concluſionis eſt uera &c.

Secunda pars ſic oſtenditur, quia humana natura in ſe conſiderata eſt creatura. Sed ſecundum gratiam, & gloriam eſt omnium creaturarum perfectiſsima. Ergo ſibi debetur ſumma ſeruitus creaturæ debita quæ eſt hyperdulia proprie dicta. Nam ut ſupra diximus, hyperdulia adoratio eſt ſeruitus quædam magnæ reuerentiæ, exhibita ratione excellentiæ ſingulariſsimæ & eminentis in eo cui exhibetur. qualis eſt reuerentia, quæ exhiberi debetur humanitati Chriſti ſeorſum ſumptæ & uirgini glorioſe. Sic generaliter dicendum eſt de ſanguine Chriſti effuſo & præputio eius. ſi adhuc in terris conſeruan-

Qualiter humanitas Chriſti abſolute conſiderata eſt adoranda.

tur. Nam utrunque in eccleſia lateranenſi urbis Romæ contineri dicitur, & in die ſancto paſcæ populo adorandum, oſtenditur. Sanguis quoq; Chriſti etiam in ſancto Andrea ciuitatis Mantuæ conſeruari publice fertur, Quemadmodum igitur humanitas Chriſti eſt adoranda hoc eſt ſanctiſsimum corpus & eius anima benedicta non difformiter dicendum eſt, de cruce dominica, clauis, lancea, ſepulcro, & cæteris Chriſti ſanguine perfuſis, at quanto res adoranda eſt honorabilior & dignior tanto adoratio debet eſſe maior, citra latriam adorationem quæ tantum Deo conuenit & Chriſto Ieſu.

De ſpeciali crucis adoratione.

Adoratio crucis Chriſti ſiue crux illa fuerit picta ſiue ſculpta ſiue ex quacunque materia fabricata etiam ſi fuerit de ligno dominico. Si huiuſmodi adoratio referatur ad prototypum, ut referri debet ſcilicet ad Chriſtum crucifixum repræſentatum clare dicendum eſt quod crux chriſti latria adoratione, quæ eſt per fidem, ſpem, & charitatem adorari licet. Si autem adoratio crucis referatur ad ipſam crucem prout eſt lignum membris Chriſti in eo ſuſpenſis conſecratum, & in quo ſalus noſtra Chriſtus pependit. In quo etiam ſalutem operatus eſt in medio terræ, tunc liquet crucem Chriſti adoratione Hyperdulia uenerari debere. Quare, &c.

De Euchariſtiæ adoratione.
Concluſio Octaua.

CHriſtus Ieſus, qui uere ſub ſacramenti ſpeciebus in euchariſtia continetur, ſumma latria adoratione

adoratione,tam interiori,quam exteriori eſt adorandus &c.

Hæc concluſio multis Lutheranorum fautoribus,& his peiorib,aduerſatur,quoniam declarat ſub ſacramento euchariſtiæ,ſacratiſſ.Chriſti corpus, animæ rationali, & diuinitati coniunctum uere,& realiter contineri, ut in tractatu de eucha riſtia ſcripturarum teſtimonijs, apertiſſime demonſtrabitur,contra Zuinglium:& Oecolampadium, alioſq; antiquos & moderniores hæreticos. Suppoſita igitur prima parte concluſionis ut decet,tota hæc concluſio relinquitur uera, nec alia indiget probatione. Vnde dum ſacerdos in diuino celebrando officio ſacramentum eleuans in altum populo oſtendit. adorandus eſt Chriſtus actu interiori, & exteriori. Interiori quippe magna mentis deuotione,quieto corde, excluſis tumultuantibus temporalium rerum cogitationibus: ſe recolligat: quiſquis circunſtans ad deum creatorem ſuum redemptorem & ſaluatorem: q uere ſecundum utranq; naturam, ſub ſacramenti ſpeciebus,quas corporalibus uidet oculis inuiſibiliter continetur,adorandum,dicens uerbo mētali. Adoro te Ieſu Chriſte ſaluator qui per mortem tuam redemiſti mundum. Adoro per fidem te Chriſtum in hoc ſacramento contentum,pro- . endo uerum deum,æterni patris conſubſtantia l. m filium,pro nobis hominem factum:qui quos creaſti ſanguinis proprij effuſione, a morte perpetua redemiſti,in cuius.ſalutarē memoriā p̄ſentem te exhibere dignatus es his ſpeciebus &c.

De ſingularißimo modo adorādi Chriſtū in euchariſtie ſacramēto.

Adoratio per fidem.

Adoro te per charitatem diligens corde toto, tota mente,& totis uirib. meis,te ſummum,& in

Adoratio per charitatem.

comprehenſibile bonum, qui dilexiſti nos dum inimici eſſemus, te ipſum in mortem tradens: ut nos patri reconciliando amicos faceres.

Adoratio per ſpem. Adoro te ſola ſpes omnium uera bona diligẽtium, ſumma & finalis beatitudo, in te confidentium, uiaticum militantium, cibus eſurientium uetus, mediator dei, & hominum tuam pleniſſimã pietatem (in cuius memoriam patri libaris acceptabile ſacrificium) pro me extende, & per hoc præſens holocauſtum, omnia peccata mea expiando miſericorditer dele &c.

Adoratio Chriſti p exteriorẽ latriam. Similiter adoretur latria exteriori decenti corporis geſtu in ſacramento eleuatione ad ſignificandum internam fidem, & reuerentiam, qua ipſum actu interiori, ut omnium creatorem, deum & dominum ueneratur, & quemadmodum in ſua crucifixione ab incredulis fuit turpiter confuſus, blaſfematus, irriſus uerbis & exterioribus inordinatis capitis, & membrorum motibus. Ita uice uerſa a fidelibus in ſacro ſancto miſſe officio (quo illius paſſionis memoria agitur) exteriori corporis geſtu honoretur. Debent igitur Chriſti fideles humiliter nudata capita Chriſto in ſacramento quod oſtenditur inclinare, cuius caput ſpinarum aculeis pro delictorum noſtrorum expiatione mille uulneribus fuit cruentatum, et in mortis hora inclinato capite tradidit ſpiritum. Ita nos caput inclinare debemus, ob eius reuerentiã, & honorem. Debent inſuper genua in terram flectere ſe humiliantes ei, qui ſe ipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, factus obediens uſq; ad mortem, mortem autem crucis, & ſicut inuerecundiſſimi canes deriſorie genu flectentes eter-

De capitis inclinatione.

De genuũ inflexione

nam Dei patris ſapientiam blasſemauerunt dicentes. Aue rex iudeorum, & iterum ſi rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce & huiuſmodi. Ita econtrario genua curuantes, intus corde humilientur, adorantes, & dicentes. Adoramus te Chriſte Rex Iſrael, rex gentium, princeps regum terræ, ac perpetua beatitudo noſtra & cætera.

Debent proinde & manus deuote componere contra crudeliſſimorum iudeorum & gentiliũ furorem. manus ſuas impie alaphizando, collaphizando, crucifigendo extendentium. Rurſus debent manus ſuas in cœlum tendere cum mentis affectu (ſicut Chriſtus ſuas miſericorditer in cruce extendit manus) gratias agentes pro tanto beneficio redemptionis accepto, & pro cœleſtis curiæ aperitione. Debent denique & pectora tondere in memoriam diri uulneris dominici pectoris, aperti lancea militis. unde ſanguis pro fluxit & aqua in lauacrũ ſimul, & redemptionẽ peccatorum. Debent etiam pectora tondere in confeſſione laudis dei, & propriæ fraudis, dicentes una cum ſacerdote. Agnus dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Dimitte peccata noſtra, relaxa facinora, præſta nobis gratiam, & indulgentiam, da pacem in diebus noſtris, & in fine uitam eternam. Qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuis in ſecula & cętera. Sed heu quoniam plures cernimus in eccleſia, qui tanquam beneficijs de ingratiſſimi, paruam uel nullam huic diuiniſſimo ſacramento exhibent reuerentiam. Stant nempe erecti non attendentes illud Apoſtoli ad Philippen. 2 ubi poſt commemoratam chriſti humilitatem uſq; ad mortem crucis, ſubdit, ꝓpter

De manuum compoſitione.

De pectoris tonſione.

Exageratio aduerſus populum circũſtantem.

Philip. 2.

quod exaltauit illum deus,& donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genuflectatur cœleſtium,terreſtrium,& infernorum, & omnis lingua confiteatur quia dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Quibus igitur comparandi ſunt,qui hunc honorem Chriſto exhibere contemnunt? quem demones omittere non audent,ſed quam deteſtandi ſint, qui etiam in ſummo hoc ſacrificio capita
2. Corin. 11. ſua nudare negligunt,claret per illud Apoſtoli ad Corinth. Omnis uir inquit orans uel prophetans uelato capite deturpat caput ſuum. Caput enim uiri Chriſtus. Quantum igitur debet argui qui etiam Chriſtum in ſacramento ſub oculis pręſentem,uelato capite,adorare pręſumit.Contra pro
Eſaie. 1. fecto tales eſt ſermo Dei per Eſaiam. Filios enutriui & exaltaui,ipſi autem ſpreuerunt me exaltauit quippe,dum noſtram naturā aſſumpſit. Enutriuit autem, dum ſe nobis in ſacramento cibum uitę tradidit.Et ſequitur.Cognouit Bos poſſeſſorem ſuum,& Aſinus præſepe domini ſui.Iſrael autem:ideſt populus fidelis,uidens me ſub ſacramēti ſpeciebus per fidem, me non cognouit, & populus meus non intellexit,Quomodo enim Chriſti fides cognoſcunt in ſacramento contineri redemptorem ſuum? Quomodo ſuum iudicem intelligunt,qui debitam ſubtrahendo reuerentiam uiſo ſacramento,nec amore liqueſcunt in gratiarum actiones, nec timore humilies redduntur in iudicis ſui recognitionem. Agnoſcant igitur ſeculares errorem ſuum, ſi ueri Chriſti fideles cupiūt appellari, & in ſacramenti eleuatione humiliter, & deuote adorando dicant. Adoramus te pre-

tioſum pretium redemptionis noſtræ hoſtia pacifica, quæ ſola odoris tui ſuauitate inextimabili, patrem qui in altis habitat ad reſpiciendum humilia inclinaſti, & filijs iræ placabilem reddidiſti, eſto etiam & tu placabilis ſuper multitudinē malitiæ noſtræ &c.

DE CONFESSIONIS SACRAmento aduerſus Lutheranos Sexta terribilis propugnatio.

De confeſſione in genere.

COnfeſſionem generaliter ſumptam diuidi in cōfeſſionem laudis & fraudis in pleriſq; locis ſcriptura nos admonet, Confeſſio quippe laudis atteſtatio eſt diuinæ perfectionis, ut cū Deū prędicamus omnipotentem, pium, bonum, miſericordem, & iuſtum, Sic enim filius in diuinis confeſſus eſt patrem .d. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis & cæté. Et ille idem Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, Dauid inſuper ait, Confitebor tibi domine in toto corde meo, in conſilio iuſtorum & congregatione. Et alibi, Confitebor tibi domine in toto corde meo, quoniam audiſti uerba oris mei, Sed quid hic moror? Nonne omnes

Confeſſio laudis & fraudis.

Matth.12.

Matt.10.

Pſal.110.

Pſal.137.

pſalmi & cantici confeſſiones ſunt Dei laudis.

Quid fraudis confeſſio. Confeſſio uero fraudis eſt accuſatio qua peccator ſeipſum accuſat, & hanc duplicem eſſe non ambigimus, ſcilicet in uoto & in actu, confeſſio in uoto eſt quæ fit deo de peccatis commiſſis, de qua Dauid. *Confeſſio in uoto actu.* Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti iniquitatē peccati mei, Et infra. Reuela domino uiam tuam & ſpera in eo. &c. De qua etiam in pluribus ſcri- *Pſal. 31.* pturarum locis habetur. Hanc quippe confeſſio- *Pſal. 34.* nem in uoto deo factam per cordis contritionem ſemper exigit deus. Quare ipſam neceſſariam eſſe ad ſalutem cuilibet actu peccanti. Omnes tam *Confeſſio generalis & ſpecialis.* catholici ꝙ hæretici firmiter aſſerunt. Confeſſionem autem in actu etiam duplicem in ſacris ſcripturis reperiri uolumus, generalem uidelicet ſpecialem. Generalis enim confeſſio eſt quæ in templo Dei fit a ſacerdotibus uel miniſtris pro tota uniuerſali Eccleſia in introitu miſſę, in perſona totius Eccleſiæ dicentibus. Confiteor Deo, & beatæ Mariæ, & omnibus Sanctis, quia peccaui nimis &c. Quę ut recte arbitror originem habuit ab illa generali confeſſione pręcepta a Deo in ueteri teſtamento. Nam pontifex legalis quādo offerebat ſacrificium pro delicto filiorum Iſrael qꝺ legem a Deo datam non obſeruaſſent tunc quoque confeſſionem generalem faciebat pro toto populo, quemadmodum docuerat & pręceperat *Leuit. 16.* ei dominus in Leuitici libro. d. Poſtquam ſcilicet ſacerdos emundauerit ſanctuarium, & tabernaculum, et altare tunc offerat hircum uiuentem, & poſita utraque manu ſuper caput eius confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & uniuerſa

delicta atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum in deſertum. Cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram ſolitariam & dimiſſus fuerit in deſerto reuertetur in tabernaculum teſtimonij &c. Paulo enim ante pręceperat dominus alium hircū mactari pro peccato populi, hij Duo nempe hirci Leuitici.16. deſcripti, geminam ſignificabant naturam Chriſti, diuinam, ſcilicet & humanam. unus enim imolatus & mortuus humanitatem ſignificabat in cruce mortuam. Alter autem hircus qui mittebatur in deſertum & portabat iniquitates populi diuinitatem Chriſti pulcherrime figurabat. Sic enim confeſſione generali confitebatur peccata populi Iſrael Neemias dicēs. Queſo domine Deus cœli fortis magnę atque terribilis qui cuſtodis pactum & miſericordiam cum his qui te diligunt, & cuſtodiunt mandata tua, fiant aures tuæ auſcultantes. Et infra ſtatim ſubdit. Ego & domus patris mei peccauimus, uanitate ſeducti ſumus, & non cuſtodiuimus mandata tua, & cerimonias & iudicia quæ præcipiſti Moſi famulo tuo &c. Ecce qualis erat confeſſio illa generalis obſeruata in lege Moſi. Ita inſuper populus confitebatur peccata ſua apud Neemiā, ut infra ſcribitur. Conuenerunt enim filij Iſrael in ieiunio, & in ſaccis & humus ſuper eos, & ſeparatum eſt ſemen filiorum Iſrael ab omni filio alienigena, & ſteterunt & confitebantur peccata ſua, & iniquitates patrum ſuorum &c.

Pulchra duorū hircorum figura.

De generali confeſſione in ueteri lege facta.

Neemie. 1.

Neemie. 9.

At forte quiſpiam dicet. Patres illi ueteris teſtamenti tantum cōfitebātur peccata ſua ſimpliciter in genere nunquam autem de aliquo ſpeciali cri

Obiectio.

mine ſe accuſabant, ideo de facili fieri poterat huiuſmodi generalis confeſſio quẽadmodum quotidie etiam nunc fit in principio diuini officij a miniſtro altaris in perſona totius populi credentis.

Reſponſio Reſpondetur quod etiam ſigillatim aliquãdo coacti fuerunt in genere ac in ſpecie confiteri ſacerdoti peccata ſua prçcipue publica & notoria, ut liquet ex capitibus. 4. 5. & 6. in quibus deſcribitur quo ſacrificio expiari debeat peccatum ex ignorantia factum, uel a ſacerdote uel a principe, uel a multitudine ſeu ab uno priuato, ſimiliter de peccante ex paſſione, aut malitia. Modo quando prçſentabat quis ſacerdoti hoſtiam petens hanc pro ſe, in hac uel hac forma offerri, ſatis iam manifeſtabat ſacerdoti peccatum ſuum in ſpecie, tali aut tali ſacrificio expiandum, (uide omnino capita illa) Leuitici. Varietatem enim ſacrificiorũ breuitatis cauſa omitto. Sufficiat tamen ꝓpoſito noſtro ipſos in p̃ſentatione hoſtiæ fuiſſe cõfeſſos crimen ꝑ quo uolebant hanc hoſtiam offerri aut ſaltem ipſo ſacrificio ſpeciem delicti indicaſſe, & hoc clare patet per illud numeri ubi dicitur Locutus eſt dominus ad Moſen dicens Loquere ad filios Iſrael, Vir ſiue mulier cum oĩbus peccatis quæ ſolent hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum domini, atq; deliquerint confitebuntur peccatum ſuum. &c. Poſſumus nempe hanc confeſsionem legalem appellare, uelut noſtræ auricularis confeſsionis ſignificatiuam, & tanquam ad hanc noſtram ſacramentalem cõfeſsionem faciliter inductiuam.

Leuit. 4. 5. & 6.

Iudei interdum cõfitebãtur peccata ſua in ſpecie.

Nu. 5.

Quantæ autem utilitatis ſit confeſsio peccatorum ſcriptura non tacuit etiam currente lege Mo

ſaica, Sed quamplura ſpiritus ſanctus huius rei teſtimonia profert. Ait enim ſapiens in prouerbijs Iuſtus prior eſt accuſator ſui. Et infra qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea miſericordiam conſequetur. Nõ poterat quippe ſpiritus ſanctus expreſſius confeſſionem comendare. Vulgata eſt inſuper illa Eccleſiaſtici authoritas, Non cõfundaris confiteri peccata tua, & ne ſubijcias te omni homini pro peccato. Et infra Confiteberis uiuens uiuus ſanus confiteberis, & laudabis deum & gloriaberis miſerationibus illius, Eſaias quoque peccatorum confeſſionem commẽdat .d. Narra ſiquid habes ut iuſtificeris, uel ut nonnulli interpretantur, dic tu iniquitates tuas ut iuſtificeris. Ad tale igitur & tantum bonum ſicut eſt confeſſio, deus ſemper per ſcripturas hortatus eſt hominum genus, ut quamplura animę commoda inde prouenientia ſuſcipere ualeat.

Magne utilitatis eſt peccatorũ confeſſio.

Prouer. 13.

Eccle. 4.

Eccle. 47.

At ubi uenit plenitudo temporis quando miſit Deus filium ſuum natum ex muliere factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret, & ut gratiam euangelij mundo elargiretur, factum eſt ut confeſſio adhuc explicatior eſſet & ꝑpria quiſqꝫ delicta etiam occulta in aurem cõgereret ſacerdotis, qui uelut arbiter inter deum & hominem conſtitutus, per abſolutionis beneficium illi pœnitentiæ ſacramentum adminiſtraret, & de hac ſpeciali ſecreta & auriculari confeſſione plenius hic tractabimus, remouentes ſecundum ingenij noſtri facultatem, quinimmo ſecundum gratiam illam quam nobis præſtare dignabitur dominus, modernorum hæreticorũ errores &c.

Legalis confeſſio noſtre ſacramẽtalis cõfeſſionis figu. fuit.

DE SECRETA AVRICVLARI Confeſſione.

Concluſio Prima.

FAtemur confeſſionem auricularem pro ſacramento pœnitentiæ neceſſariam eſſe cupientib. ſaluari (diuina imperante lege) quod & ſi etiam ex ſola eccleſiæ authoritate ut nonnulli putant, quis confiteri teneatur non minus tamen eam neceſſariã fore pro fideliũ ſalute cenſemus.

Sed antequam ad huius concluſionis ueritatẽ deueniamus, quærendum eſt prius a quo uel a q. bus inſtituta fuerit hęc auricularis & ſacramentalis confeſſio.

Aliquorum legiſtarum. Opinio Prima.

PVtant aliqui ſacramentalem confeſſionem, in lege naturę inſtitutam fuiſſe, eo quod dominus a principio generationis humanę, et legis naturæ dixerit Adæ, poſt commiſſum peccatum, *Gene. 3.* Adam ubi es, quaſi uoluerit dicere, confitere reatum tuum, ſuper quo Aug. Adam ubi es? Verba ſunt increpantis, & ad confeſſionem cogentis, nõ autẽ ignorantis, dixit inſuper Deus ad Caym *Gene. 4.* poſt fratricidium ab eo cõmiſſum, ubi eſt Abel frater tuus? quę quidem uerba non ſunt ignorantis, ſed potius inducentis ad fratricidij confeſſionem, quaſi diceret confitere, hoc tuum nephandũ *Ratio pro hac opinione.* ſelus ac dole & miſericordiam conſequeris, Præterea arguunt ſic ratione, Nullus reus debet eſſe iudex in propria cauſa, Sed quilibet obnoxius pec-

cato mortali eſt reus, ergo nullus talis debet eſſe iudex in propria cauſa. Maior eſt notiſſima in lege naturæ. Minor eſt de ſe clara, conſequentia autē liquet intuenti, igitur quilibet peccator & reus debet iudicari per alium, Sed non poteſt iudicari per alium, niſi accuſetur illi. Nec poteſt de occultis accuſari niſi per ſe ipſum, ergo debet per ſe ipſum accuſari ei a quo iudicetur, Cum autē magis conſonum ſit rationi quod in ſecreto fiat accuſatio quam in publico, ſi peccatum fuerit ſecretum & nulli rationabilius quam ſacerdoti detegendum, ergo uidetur a primo ad ultimum confeſſionem ſacramentalem ſacerdoti faciendam eſſe de lege naturæ. Reſpondetur quod & ſi notum ſit in lumine naturali, uel ſaltem ualde conſonum propoſitioni per ſe notę, ac humano intellectui, quod quilibet reus eſt iudicandus, eo quod nullum delictum relinquendum eſt impunitum. Cum ſit unus Rector in toto uniuerſo iuſtus, Et hoc quidem notum eſt naturaliter, & conſonum rationi, pariter & quod quilibet reus iudicandus ſit ab alio, tamen quis ſit ille alius, non eſt notum per rationem naturalem, nec per aliquod ei conſonum, niſi deo: qui eſt retributor meritorū̃ *Reſponſio.*

niſi deo: qui eſt retributor meritorum, & ultor peccatorum. Ille autem non indiget accuſatione rei, cum omnia ſint ſibi nota ante quam fiant ſine accuſatione, dico etiam quod ſi teneretur reus ſe accuſare Deo uniuerſali iudici (ut de facto tenetur) non ſequitur quod peccator debeat confiteri niſi Deo, hoc autem eſſe de lege naturæ recte ab omnibus conceditur. Ideo concedendum eſt totum argumentum, quia nihil aliud concludit, niſi quod de lege naturæ tenemur confite-

ri peccata noſtra deo, uniuerſali iudici. Sed hæc confeſsio non eſt illa de qua ſit quęſtio. Et ita pari modo dicendum eſt de confeſſione, Ade & Caym quam exigebat Deus ut ipſi confiterentur peccata ſua ſibi, nam ſi confeſſi fuiſſent, ſcilicet Adam inobedientiam ſuam, & Caym fratricidium Deo, & eos penituiſſet, deum eis ueniam daturum fuiſſe arbitror. Cum itaq; ſacramentalis confeſsio non eſt de lege naturę, querere oportet aliam legem poſitiuam, & cum hæc duplex ſit, diuina ſcilicet & humana. Ideo de ipſa duplicem opinionem uidere decet. &c.

Secunda Canoniſtarum opinio.

ARbitrantur nonnulli Canoniſtæ confeſsionem ſacramẽtalem eſſe de lege poſitiua Eccleſiæ quam quidem opinionem tenet gloſa de pœnitentia diſtin. quinta, capite primo. ubi poſt diuerſas opiniones recitatas ſubdit. Melius dicitur eam inſtitutã a quodam generali, ſiue a quadam uniuerſali eccleſiæ traditione. Potius quam ex noui uel ueteris teſtamenti authoritate. Et hãc quidem opinionem ſequitur Panor. in capitulo omnis. de pe. & re. & aſſumit tam glo. quam Panor. pro ſuo argumento & fundamento, quod dñ magis dubium, ſcilicet quod græci non peccant non utendo confeſſione, confitẽtur. n. ſoli deo in ſecreto, quia apud eos non emanauit hæc conſtitutio, & ideo eos non obligat, ſicut nec conſtitutio continentie quo ad exiſtentes in ordinibus ſacris quoniam eam non acceptarunt. &c.

I. Rom. Sed contra hanc canoniſtarum opinionẽ cõmuniter ſunt Theologi præcipuæ Scotus & alij quamplurimi. Quoniam non uidetur quod Eccleſia tam oneroſum & arduum præceptum

imponeret omnibus Chriſtianis (contra illud Matth. Iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue) niſi eſſet præceptum diuinum, Quanti nempe oneris ac ſeruitutis ſit humanæ infirmitati ſecreta ſui cordis manifeſtare, contra ſeipſum, alteri ſacerdoti ſimili mortali, non ſine uitæ ſuę interdum periculo quis ignorat? Neq; aliquod tantæ grauitatis præceptum in tota ueteri hiſtoria reperitur. Vnde non eſt probabile quod Eccleſia mater tantum onus imponeret filijs ſuis, niſi fuiſſet a deo pręceptum. Præterea non inuenitur ubi ab Eccleſia hoc pręceptum inſtitutum ſit. Nam Glo. allegata tenens, quod ab Eccleſiā ſit præcepta confeſſio, non allegat locum uel canonem aliquem, Sed nec Pano. imittans in hoc gloſam. Turpe autem eſt dicere aliquid eſſe traditum ab Eccleſia, & non poſſe oſtendere ubi uel quando: quemadmodum turpe eſſet Theologo ſeu alicui incumbenti litteris ſacris dicere aliquid contineri in Biblia & non poſse demonſtrare locum. Et ſi ab eis allegatur capitulum omnis utriuſq; ſexus. de pœni. & re. ſiquidem claret quod illud cap. eſt Innocentij. iij. in concilio Lateranenſi quod cęlebratū eſt anno domini. M.cc.x. Longe autem ante illud tempus, ſcilicet per multos pluſquam trecentos annos fuit beat. Augſt. qui prędicauit, & ſcripſit confeſſionem eſse neceſſariam, ut patet in lib. de uera & falſa pœnitentia & in alio libello de penitentia, cuius dicta aliqua Magiſter recitat Diſt. 17. 4 q. i. Necnon & Gratianus de pœni. diſtin. 5. & ſexta. Item magiſter ſenentiarum præceſſit Inno. in. l. annis a quo Inno. edita eſt conſtitutio, omnis, & tamen Magiſter determinauit confeſſionem eſse neceſſariam,

Matth. 11.

Alia per pulchra Ratio con ducens.

cuius etiam doctrinam Inno. contra Abbatem Ioachin approbauit, ut habetur de ſumma tri. & fi. ca. c. Damnamus. Conſtat igitur euidenter hanc decretalem (omnis utriuſque) longe poſt illam determinationem magiſtri editam eſſe, Et ideo decretalis non inſtituit confeſſionem, nec pręcepit tanquam prius non præceptam, floruit nempe Aurelius Aug. anno.ccc.xxx. Magiſter uero ſententiarum anno domini. M. c.l. concilium autem Lateranum in quo Papa decretales ſuas edidit celebratũ fuit anno domini. M. ccx. ut dictum eſt ſupra, Ecce quanta temporum uarietas interponitur, quare, &c.

Sed ad illud, quod adduxit gloſa de gręcis. ſ. quod confeſſio non ſit neceſſaria apud gręcos reſpondetur hoc non eſſe notum, ſed magis oppoſitum. Nam ſicut apud eos, neceſſarius eſt baptiſmus fluminis, tãquam tabula prima poſt naufragium. Ita & ſacramentum pœnitentię quod eſt tabula ſecunda licet forte conſtitutio, omnis, eos non liget, Quod uero apud eos non ſit conſuetudo confitendi non eſt notum nec certum: quod et ſi etiam uerum eſſet quod non haberent confitẽdi conſuetudinem: non hoc eos eſcuſaret, nec propoſitum probaret. quoniam illam conſuetudinem non ſolum laudabilem, uerum etiam neceſſariam potuerunt omittere. Quemadmodum etiam in alĳs errauerunt: ut de ſpiritu ſancto & de pane fermentato, &c.

Tertia Quorundam Theologorum opinio.

TEnẽt inſuper Theologi quidam ut ſanctus Bonauen. & alĳ ſacramentalem confeſſionem a Chriſto inſinuatam fuiſſe, ab Apoſtolis

autem inſtitutam: & a Iacobo Hieroſolimorum *Iacobi. 5.*
Epiſcopo promulgatam. Ait enim ipſe Iacobus in epiſtola cano. Confitemini alterutrum pecca ta ueſtra &c. Sed hęc opinio non uidetur uera quoniã ſacramẽta inſtitui non poſſunt, niſi a ſolo Chriſto quod ſic oſtenditur: Nemo enim poteſt inſtituere ſacramentum niſi qui poteſt dare efficatiam & certitudinem ſacramento, ſed ſolus Chriſtus hoc poteſt, ergo ſolus ipſe ualet, & poteſt ſacramẽtum inſtituere. Nunc autem confeſſio pars eſt ſacramenti pœnitentiæ uel de neceſſitate eius, igitur ipſius inſtitutio ſolius dei eſt & tantum ad chriſtum ſpectat, qui eſt uerus deus et homo, Quod uero Iacobus ait, confitemini. &c. non ibi loquitur de confeſſione ſacramentali. Non enim exprimit cui fieri debeat, an ſacerdoti uel non ſacerdoti. Intelligenda autem ſunt uerba iſta ſicut ſequentia. ſ. & orate pro inuicem ut ſaluemini, Quæ quidem uerba perſuadere uidentur homines ad mutuam correctionem & humilitatem per quam generaliter nos ipſos eſſe peccatores fatemur & orationes mutuas expetimus, deniq; nihil ibi addit beatus Iacobus (ut colligi poſſet) ut loquatur, tanquam præco Chriſti, quod tamen neceſſarium eſſet, in tam neceſſario ſacramento. Si per hęc uerba inſinuare uellet præceptum quẽmadmodum Paulus. Dum ponit præceptum de non dimittenda uxore ait. His qui matrimonio iuncti ſunt præcipio non ego, ſed dominus. Vxorem a uiro non diſcedere, cum autem conſulit, unum quemq; habere uxorem ſuam, & mulierem habere uirum ſuum ſubdit. Hoc uero dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium, & in cęteris dico ego non dominus, &c.

Ratio contra opinionem.

Quomodo intelligitur apoſtoli Iacobi dictum.

1. Cor. 7.

Has præcedentes opiniones, de quibus Theologi diſ.17.4.q.1. diffuſius loquuntur, ego ſub breuitate tranſcurrere uolui, ad maiorem noſtrę ſacramẽtalis confeſsionis elucidationem, et ut alia ſequens opinio magis eluceſcat &c.

Opinio quarta catholica uera.

ASſerunt fideliter Theologi alij, & ueri diuinarum ſcripturarum interpretes, auricularem confeſsionem, & ſacramentalem eſſe ſimpliciter de lege diuina & a ſolo Chriſto inſtitutam, ut per pulchrę, & clare habetur in euange. Ioannis, Vbi maximopere ſecreta miſteria ſunt conſideranda, ac ordo uerborum præcipue eſt attendendus, Statim enim poſt quã Chriſtus reſurrexit a mortuis & non ante, hanc abſoluendi authoritatem, dedit Apoſtolis, ad denotandum quod illi qui appetunt per confeſsionis ſacramentum a peccatis abſolui prius debent & tenentur per cordis contritionem, a peccatis reſurgere, a morte ſpirituali, ad uitam ſpiritualem per gratię infuſionem. Deinde Chriſtus alloquutus eſt diſcipulos ſuos dicens, pax uobis, Sicut miſit me pater, & ego mitto uos. Sed ut clare liquet deus pater æternus miſit filium ſuum ad remittẽdum hominum peccata teſte Ioan. qui ait Ecce agnus dei e.qui.t.p.m. & ad ſaluandum credentes in ſe. Sic pariter dicẽdũ eſt quod miſit Chriſt. Apoſtolos ſuos ad remittendum peccata eo qđ dixit ſicut miſit me pater, ita mitto uos. Sed quoniam hominum peccata dimitti non poſſunt ab alio conſimili homine peccatore, uirtute pro

Ioan. 10.

Nota per pulchra dicta.

pria

pria, ſed uirtute ſpiritus ſancti, ideo cum hæc dixiſſet inſufflauit, & dixit eis. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, quaſi uelit dicere. Habetis nunc poteſtatem a me dimittendi & retinendi hominum peccata at non ob ueſtram uirtutem, ſed uirtute ſpiritu ſancti, quam nunc inſufflando dedi, firmiter igitur fatendum eſt, ſummum pontificem, & præſules ac cæteros Sacerdotes Apoſtolorum ſucceſſores, ut miniſtris & diſp. miniſt. dei dimittere peccata, non quidem uirtute propria, ſed per poteſtatem eis a Chriſto traditam, & uirtute ſpiritus ſancti in eis inuiſibiliter operantis, quemadmodum Apoſtoli ante eis traditam poteſtatem, a Chriſto dimittendi peccata, prius receperunt ſpiritum ſanctum in cuius uirtute huiuſmodi poteſtatem exercuerunt. Ecce qualiter mirum in modum in hoc Ioan. cap. 20. attendendus eſt uerborum Chriſti, & hiſtoriæ ordo, qui forte moderniores hæreticos latet. his igitur declaratis probandum eſt propoſitum, ſcilicet Auricularem & ſacramentalem confeſsionem eſſe ſimpliciter de lege diuina immediate a Chriſto inſtitutam, & ex conſequenti per authoritatem apoſtolis datam, & eorum ſucceſſoribus, tenentur omnes utriuſque ſexus, ſub diuino præcepto, cum ad annos diſcretionis peruenerint confiteri peccata ſua ſacerdotibus, quod fuit prima pars noſtræ concluſionis quæ non tantum diuinarum ſcripturarum authoritatib. uerum etiam clariſſ. rationib. (ex illis ſumptis) euidentiſſ. demonſtratur.

Primo igitur aduerſus Luthe. ac eorum fautores ſic inſto Chriſtus uerus deus & homo de-

Sufficientiſsima authoris ratio pro confeſsionis ſacramento. dit Apoſtolis ſuis authoritatem pariter & poteſtatem remittendi ac retinendi hominum peccata, ut liquet in euangelio Ioan. ergo dedit eis authoritatem cognoſcendi peccata, conſequentia de ſe claret, quoniam remittere uel retinere peccata inſinuat eorundem cognitionem. Impoſsibile eſt enim aliquem remittere uel retinere aliorum peccata, niſi prius præcognoſcat illa. Vlterius Apoſtoli habuerunt authoritatem cognoſcendi hominum peccata, igitur & poteſtatem habuerunt audiendi illa, conſequentia eſt clara quia cum peccata, quæ confiteri debent ſint ſecreta, non poſſunt cognoſci niſi prius audiantur, ergo manifeſte conſtat, quod ſi Chriſtus dedit Apoſtolis authoritatem, ac poteſtatem remittendi ac retinendi peccata, dedit & poteſtatem cognoſcendi, ſimul & audiendi, & per conſequens authoritatem ſuper peccatores, ergo à primo ad ultimum ſequitur Apoſtolos conſtitutos eſſe iudices omnium peccatorum (ut intuenti liquet) quia ſi ſecus dicatur, nunc ſic inſto Apoſtoli non ſunt iudices peccatorum, igitur non habent poteſtatem remittendi & retinendi eorum peccata, Conſequentia eſt nota, conſequens autem eſt contra illud quod dixit

Ioan. 20.

Ioan. 20. Chriſtus Apoſtolis ſuis. Accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, quorum retinueritis retenta erunt, igitur dedit eis poteſtatem iudicandi inter peccata dimittenda & retinenda, & ex conſequenti liquidum eſt Apoſtolos conſtitutos eſſe iudices omnium peccatorum, quapropter ulterius ſequitur quod omnes peccatores tenentur ſubeſſe eorum tribunali & iudicio, & per conſequens ex

diuino præcepto tenentur eis uel eorum ſucceſſoribus ſua confiteri peccata quod erat propoſitum probandum &c.

Et ſi dicat Lutheranus, concedo quod data eſt poteſtas arbitraria Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus, ſcilicet ſacerdotibus cognoſcendi & iudicandi, ſed non imponitur neceſsitas peccatori ſe accuſandi, ſed tunc tantum ſacerdos poteſt exequi ſuam poteſtatem, dum peccator ſe ſubijcit ſuo iudicio, et ideo illa conſequentia ultima nõ ualet, Apoſtoli conſtituti ſunt iudices omnium peccatorum, ergo omnes peccatores ſub præcepto tenentur ſubeſſe eorum tribunali, & iudicio, ac confiteri peccata ſua. *Hæreticorum obiectio.*

Reſpondeo quod hæc obiectio friuola eſt. Nam nullus eſt iudex meus in re aliqua, in qua non teneor facere niſi quantum uoluero. Cum ergo Chriſtus conſtituit Apoſtolos, & eorum ſucceſſores eſſe iudices peccatorum, tenentur peccatores neceſsitate ſalutis ſe eis ſubmittere, peccata confitendo. Nulla nempe poteſtas iudiciaria committitur alteri, niſi alicui imponatur neceſsitas ſubmittendi ſe huic poteſtati. nam illius iudicium etiam redditur in inuitum. Quomodo enim poſſet aliquis eſſe iudex illius, in cuius uoluntate eſt ab illo iudicari, uel non iudicari? loquimur de reo alioqui poteſtas plus eſſet apud illum potentem ſubire iudicium, uel recuſantem, quam apud iudicem, & hoc quippe dicere, nullam prorſus habet rationem, cum iudicare non reſpiciat uoluntatem rei, ſed determinationem legis, omnino enim ſic dicere (ut hæretici dicunt) eſſet irridere ſacramentum pœnitentiæ, & poteſtatem Apoſtolis, & ſacerdotibus traditam. *Reſpõſio.*

Bona comparatio. Si enim alicui reo diceretur, uis iſtum eſſe iudicem in hac tua cauſa, & is reſponderet uolo, dum modo ferat iudicium ad uoluntatem meam. nonne hoc potius eſſet irridere poteſtatem iudicis, quã amplecti? At poteſtas iudiciaria commiſſa eſt Apoſtolis, & ſacerdotibus, ergo erit aliquis ſubiectus, huic iuriſdictioni, ne illudatur, & irrideatur hæc cœleſtis poteſtas, talis autem ſubiectus, eſt ipſe reus peccator igitur &c.

Alia obiectio. Et ſi iterum dicat Lutheranus, quod hæc ſolutio non excludit replicam, quoniam frequenter conſtituitur partibus iudex arbitrarius, qui poteſt diſcernere & iudicare in cauſa earum, dum partes ſe ſubmiſerint, & iudicium ab eo petierint & tamen ob id non imponitur neceſsitas partibus ſeſe ei ſubmittendi. nec fruſtra datur poteſtas, quoniam efficax eſt, dum ſe ſibi ſubmiſerint. Tunc enim non eſt in poteſtate partium, recedere a ſententia, licet fuerit in earum poteſtate ſe non ſubmittere, ſic in propoſito, apoſtoli, & eorum ſucceſſores, conſtituti ſunt a Chriſto iudices arbitrarij ſuper peccatores, dummodo ipſi ſe ſubmiſerint eis, tamen per hoc non imponitur neceſsitas peccatoribus ſe ſubmittendi, nec ut dictum eſt fruſtra data eſt poteſtas Apoſtolis & Sacerdotibus, quoniam ſemper efficax eſt, dum ſe ſubmiſerint, & ideo peccatores, ſuo arbitrio poſſunt ſuas cauſas Sacerdotibus ſubmittere, ut abſoluantur, non tamen tenentur ex neceſsitate, &c.

Reſponſio. Reſpondeo, quod hæc obiectio nulla eſt, quoniam Apoſtoli & eorum ſucceſſores conſtituti fuerunt a Chriſto, iudices ordinarij, & non arbitrarij, quia hoc non reperitur in ſcripturis, ſed

quod ſimpliciter Chriſtus dedit eis poteſtatem abſolutam, & non conditionatam dicens Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt. *Ioan. 20.*

Præterea in cauſis criminalibus, non conſtituuntur ſimpliciter iudices arbitrarij, ſed ſolum in cauſis ciuilibus. nam ſi Papa uel Imperator conſtitueret in cauſis criminalibus omnes iudices arbitrarios ſuper maleficos. Quis fur, aut homicida uellet ſe ſubmittere eorum tribunali & iudicio? cum haberet poteſtatem & libertatem ſe ſubmittendi, uel non ſubmittendi?(profecto nullus)Et ſic eorum poteſtas non eſſet efficax, immo nulla eſſet, quia nullus reus uellet ire ad eorum tribunal cum eſſet in ſua poteſtate, ſe non ſubmittere, Quare concludendum eſt, quod Apoſtoli & Sacerdotes conſtituti ſunt a Chriſto iudices ordinarij, & non arbitrarij in peccatorum cauſis, potentes remittere & retinere peccata, aliter eum ſufficeret ire ad deum, eorum auctoritas non eſſet efficax. Quinimmo nulla & fruſtratoria eſſet, ideo tenentur peccatores de neceſsitate ſalutis ſe ſacerdotibus ſubmittere peccata confitendo. *Confirmatur ratio.*

Item confirmatur, omnes Apoſtoli conſtituti ſunt a Chriſto iudices ordinarij & non arbitrarij in maioribus cauſis, ſcilicet in iudicando bonos, & malos in uniuerſali iudicio, & hos ſaluari, alios uero damnari, ut habetur in euang. Mathei ubi Chriſtus dixit illis, Amen dico uobis quod uos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, *Alia confirmatio.* *Matth. 19.*

iudicantes duodecim tribus Iſrael, igitur conſtituti ſunt iudices ordinarij in minoribus cauſis, ſcilicet in iudicando, quæ peccata remittenda, & quæ retinenda ſint & ita dicendum eſt de eorum ſucceſſoribus quare, &c.

Alia obiectio. Et ſiquis dicat, Non cogor confiteri peccata mea iſti, uel illi ſacerdoti, ſed cuilibet, habenti authoritatem abſoluendi, ut confeſsio ſit libera, igitur nullus particularis Sacerdos eſt iudex ordinarius, ſed potius arbitrarius &c.

Solutio. Reſpondeo, quod licet iſte uel ille ſingularis ſacerdos, non ſit iudex ordinarius, abſolute & ſimpliciter loquendo, niſi forte ille ſit proprius ſacerdos, de quo infra dicetur, tamen omnes ſacerdotes communiter dicuntur iudices ordinarij, quia illi ſoli poſſunt te abſoluere, & nulli alij, teneanturq́ue omnes peccatores de neceſsitate ſalutis, ſe ſacerdotibus ſubmittere, peccata confitendo, ſiue modo illi, ſiue alteri nihil refert.

Iterũ obijciunt Lutherani. Sed forte Lutherani & eorum fautores, hac ratione coacti dicent, concedimus Apoſtolos, quibus Chriſtus dedit poteſtatem remittendi & retinendi peccata, fuiſſe iudices ordinarios, omnium peccatorum tunc temporis, ſed quod nunc Summus Pontifex, Epiſcopi, & alij ſacerdotes ſint iudices ordinarij, & quod talem habeant poteſtatem ſuper peccatores, qualem habuerunt Apoſtoli, hoc reſtat probandum &c.

Reſpõſio. Reſpondetur. quod omnis poteſtas data à Chriſto Apoſtolis translata eſt in ſuos ſucceſſores. aliter eadem ratione facile poſſet probari, quod neque Papa, neque Epiſcopi, minus autem alij Sacerdotes haberent authoritatem, & poteſtatem baptizandi, nec conſecrandi, nec

prædicandi, eo quod illa poteſtas tantum Apoſtolis, & diſcipulis Chriſti fuerit conceſſa, & ſic querendum eſt à Lutheranis, qua authoritate ipſi baptizant, & prædicant, & alij ſacra conficiunt, & ſi dicant hanc plerique facultatem habuiſſe à Chriſto uel ab Eccleſia, igitur poteſtas illa translata eſt ab Apoſtolis, & a diſcipulis Chriſti ad ſuos ſucceſſores, & non eſt maior ratio de una, q̃ de alia, igitur.

Præterea Apoſtoli habuerunt authoritatem eligendi & ordinandi alios Apoſtolos, præsbyteros, & diaconos, ut clare liquet in actibus Apoſtolorum. nam primo ordinauerunt Matthiam Apoſtolum, quando propria authoritate ſtatuerunt duos, Ioſeph qui uocatur Barſabas, qui cognominatus eſt iuſtus, & Matthiam, & orantes dixerunt. Tu domine &c. Inde ordinauerunt ſeptem Diaconos, quos ſtatuerunt ante conſpectum eorum & orantes impoſuerunt eis manus, ut acciperent Spiritum ſanctum, & in ſignum quod dabant authoritatem eis, & poteſtatem illam quam a Chriſto receperant, & ſequitur, Verbum autem domini creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Hieruſalem ualde. De quibus etiam clarius dicetur in tractatu de primatu Petri & ſedis apoſtolicæ. Ecce illi erant Apoſtolorum ſucceſſores: ad quos translata eſt omnis eorum poteſtas uſq; ad præſens tempus, in quo tempore & Summus Pontifex, & præſules, ac cæteri Sacerdotes ſunt Apoſtolorum, & Chriſti diſcipulorum ſucceſſores (quod ſi neges aſsignentur alij) in quibus omnis poteſtas Apoſtolis conceſſa uigeat, aliter defunctis Apoſtolis, abolita fuiſſet omnis poteſtas eis.

Actuū. 1.

Actuū. 6.

a Chriſto conceſſa,quod eſt ueritati diſſonum,et manifeſte falſum,quare &c.

Secunda ratio pro eadem auricular & ſacramentali confeſsione.

Optimũs naturalis diſcurſus. SEcundo principaliter inſto ex ordinatiſsimo Dei procedendi modo, ipſe enim ſua diuina ſapientia, ordinatiſsime mundum adminiſtrat, quemadmodum natura in generatione hominis, Primo in materia diſpoſita introducit animam uegetatiuam, deinde ſenſitiuam, poſtremo perfecto corpore,introducit intellectiuam,ſeu,ut uerum fatear,creatur a Deo. unde philoſophi communiter dicunt quæ ſunt poſteriora, natura perfectiora uidentur. Ita Deus ſemper progreditur a minori ad maius, ab imperfecto ad perfectum, a perfecto ad perfectius,et perfectiſſimum,ſic enim dei perfecta ſunt opera,& hoc quidem euidenter claret in toto ſcripturarum diſcurſu.

Primus de lege diſcurſus. Primo enim hoc patet de lege. Nam a principio mundi uſque ad Moyſem: omnes homines uiuebant lege naturæ, quæ mentibus hominum inſita erat, Deinde tempore Moyſi, Deus dedit legem ſcriptam clariorem,& perfectiorem in duabus tabulis lapideis,in quibus ſcripta erant præcepta legis. *Exod. 20. Deut. 10.*

Poſtremo per filium ſuum tempore gratiæ, aliam perfectiſsimam, ſeu eandem, perfectiſsimo modo declaratam, & in ſumma perfectione largitus eſt nobis legem,ut clariſsime conſtat per totum quintum & ſextum,ac ſeptimũ Matt. caput, ubi Chriſtus ait. Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra,plus quàm Scribarum, & phariſeorum *Matth. 5. 6.&.7.*

non intrabitis in regnum cœlorum. Hæc enim fuit illa lex ſingulariſsima, quę tantum conſiſtit in dilectione dei & proximi.

Secundo hoc idem claret, de remedijs peccati originalis quæ fuerunt quinque, alterum altero perfectius, poſteriora nempe ſemper perfectiora fuerunt. Primum igitur remedium fuit oblatio, quæ incepit ab Abel perdurans uſque ad diluuium, ubi dicitur, quod Abel obtulit Deo, de primogenitis gregis, & de ouibus eorum. Caym uero de fructibus terræ. Secundum remedium aliquantulum perfectius, fuit ſacrificiorum imolatio, & hoc quidem incepit a Noe, & durauit uſque ad Abraam. Tertium fuit decimatio tempore Abraæ & Melchiſedech. Quartum fuit circunciſio in lege ſcripta, unde ait dominus. Circuncidetur ex uobis omne maſculinum, & hoc quippe remedium perfectius habebatur. Quintum perfectiſsimum remedium fuit baptiſmi ſacra regeneratio, tempore Chriſti & legis gratiæ, prius tamen ſuperuenit baptiſmus Ioannis alijs remedijs explicatior. deinde Chriſti baptiſmus, in regenerationem uitæ, illo excellentior &c.

2. diſcurſus de originali peccato. *Gene. 4.* *De quinque remedijs peccati originalis.* *Gene. 8.* *Gene. 14.* *Gene. 17.*

Tertio hoc liquet de ſacrificijs. uide enim ſacrificia in lege naturæ tenuiter orta, ubi uir iuſtus altare erexerat ubi tantum nomen domini inuocabat. At in lege ſcripta modus ſacrificijs impoſitus, & quid ubi, pro quo, & a quo offerendum erat diffiniebatur, unde oues, agni, uituli, hirci, & columbæ, in templo Dei offerebantur, & hic quidem modus ſacrificiorũ perfectior erat illo, quo utebatur in lege naturæ. Adueniente autem lege gratiæ iam ſanguis Chriſti offertur,

3. de ſacrificijs diſcurſus.

& corpus Dominicum quod eſt ſacrificium omnium ſacrificiorum nobiliſsimum, & excellentiſſimum, de quo Paulus ad Hæbreos pulcherrime ait. Chriſtus autem aſsiſtens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, ideſt non huius creationis, neque per ſanguinem Hircorum, aut uitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis Vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat, ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo uiuenti? Ecce ſacrificiorum ordo, in triplici lege, alter altero perfectior.

Hæbre. 9.

4. de chriſti pphe. uenturi diſcurſus. Quarto hoc idem conſtat de prophetia Saluatoris futuri, Adam enim & Noe crediderunt mediatorem futurum, ſed obſcurius intellexerunt, Abraæ uero certius dictum eſt, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Et Iacob quidem præuidit ex ſemine Iudæ hoc futurum cum dixit. Non auferetur ſceptrum de Iuda &c. Sed adhuc clarior, repromiſsio facta eſt Regi Dauid, unde ſcribitur, iurauit dominus Dauid ueritatem, & non fruſtrabitur eum de fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam. Item in lumine clariori locutus eſt Daniel. d. Cum uenerit, ſanctus ſanctorum ceſſabit unctio ueſtra. Et inde quid clarius loquitur Hieremias? Nouum faciet dominus ſuper terram, fœmina circundabit, &c. Adhuc autem certiori lumine. uidit Micheas meſsiam futurum. d. clamando, Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in prin

Gene. 22. Gene. 48. Pſal. 131. Danie. 9. Hiere. 31. Miche. 5.

cipibus Iuda ex te enim exibit dux, qui regat populum meum Iſrael, & egreſſus eius ab initio, & a diebus æternitatis, Eſaias quoque maiori lumine infuſo uidit Saluatorem, ex uirgine uenientem. Ecce inquit uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, de quo tam certiſsimus, ac ſi iam hoc factum fuiſſet ſubiunxit: Populus qui ſedebat in tenebris, uidit lucem magnam, ambulantibus in regione umbre mortis, lux orta eſt eis, ſequitur, Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & uocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis, & cætera. Certiſsima inde fuit Ioannis præcurſoris prædicatio, qui eum digito demonſtrauit dicens Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Habes igitur candide lector ex his miſteria ſemper fuiſſe adaucta per incrementa temporum. *Eſai. 7.* *Eſaias. 9.* *Ioan. 1.*

Quinto. Hoc dilucidũ eſt de ſacerdotio. Nam in lege naturæ erat unus Melchiſedech, Rex ſalem ſacerdos Dei altiſsimi, offerens Deo panem & uinum, In lege uero ſcripta, legale ſacerdotium & leuitarum genus eſt conſtitutum, quos uoluit fungi ſacerdotio de tribu leui, & habetur in Exodi libro. Vbi etiam Deus modum præſtituit & formam conſecrandi, & ordinandi ſacerdotes: ut infra. Executio autem huius Leuitici deſcribitur. At quanto excellentius ſit ſacerdotium, in lege Chriſti & gratiæ, quemadmodum præexcellentiam ſacerdotij Chriſti ultra ſacerdotium leuiticum, Apoſtolus Paulus ad Hæbreos deſcribit.d. Tranſlato enim ſacerdotio, *5. de ſacerdotio diſcurſus.* *Gene. 14.* *Exo. 28. & 29.* *Leui. 8. 9.* *Hebre. 7. & 8.*

ſcilicet de Tribu leui, in tribum Iuda, neceſſe eſt, ut & legis translatio fiat, Propterea infra docet quomodo melius miniſterium ſortitus ſit Chriſtus, quanto & melioris teſtamenti mediator fuit. d. Talem habemus pontificem. qui cum ſedit in dextra ſedis magnitudinis in cœlis, ſanctorum miniſter, &c. Inde capite. ix. oſtendens excellentiam ſacerdotij Chriſti ſubdit, Chriſtus autem aſsiſtens pontifex futurorum bonorum &c.

Hebre. 9.

Sic igitur euidenter claret ex dictis, peculiare eſſe Deo, a minori ad maius, ab imperfecto ad perfectum, & perfectiſsimum, in operibus mirabilibus progredi, quod & de confeſsione obſeruauit, Nam in lege naturæ confeſsio exigebatur interior, & fiebat tantum deo tam de peccatis occultis quàm manifeſtis per cordis contritionem. Hanc autem confeſsionē exigebat Deus cum dixit, Adam ubi es? quaſi dicat. Confitere reatum tuum, & ad Caym ubi eſt Abel frater tuus? Deinde ad exteriorem confeſsionem uentum eſt, ſed generalem. Duplici igitur confeſsione utebantur patres in lege ſcripta, ſcilicet interiori per cordis contritionem, quæ tantum fiebat Deo & hæc ſemper neceſſaria fuit & erit. Alia uero exteriori, ſed generali, ſcilicet publicorum peccatorum, de qua ſupra diximus, Tandem ad occultorum etiam propalationem in aurem Sacerdotis progreſſa eſt confeſsio, ut de minori ad maius, & de imperfecto ad perfectum, ac perfectiſsimum, in illa, ſicut in alijs operib. mirabilib. fieret progreſsio. Quam conueniens autem fuerit perfectiorem inſtruere confeſsionem, in perfectiori lege, ex hoc ſic oſtenditur, quo-

Author hic concludit propoſitū: de cōfeſsione multiplici diſcurrendo. Prima fuit cōfeſsio cordis. 2. exterior ſed generalis. 3. auricularis & ſacramentalis.

niam in nulla alia lege fuit illuſtrior ueritatis manifeſtatio, quàm in lege euangelica. Nam ut Ioan. ait. Lex per Moyſem data eſt, gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum, ſed per confeſsionem in eccleſia factam, manifeſtatur ueritas, & deteſtatur peccatum factum in tenebris, quia qui male agit odit lucem, & opera tenebrarum quę arguuntur, manifeſtantur à lumine, Igitur non immerito, & non ſine auguſtiſsima ratione factum eſt, ut inſtitueretur auricularis & ſacramentalis confeſsio ſub ueritatis lege, ad manifeſtationem peccatorum, ueritatem fatendo, tum ob inſtructionem peccatoris per idoneum Sacerdotem, tum ob peccatorum cognitionem, tum propter abſolutionem, & Eccleſiæ reconciliationem habendam, mediante humano arbitrio. Nam ante aduentum mediatoris Dei, & hominum plena reconciliatio fieri non potuit, Sed cum illi data eſſet poteſtas in cœlo & in terra, & deſtruxiſſet portas inferorum, & euacuaſſet regnum principis tenebrarum, commode potuit hanc Chriſtus poteſtatem alijs committere, qui huiuſmodi poteſtatem abſoluendi & ligandi peccata exercerent, Et ad hoc ſacrum pœnitentiæ ſacramentum eſt inſtitutum, de quo pœnitentiæ & confeſsionis ſacramento plura alia copioſius pertractat eximius doctor, Ioan. Ecchius Luthe. hoſtis accerrimus ad confundendam eorum hæreſim, ex his igitur ſcripturarum diſcurſis, ut ſaluetur diuinę ſapientię ordinatiſsimus ordo, in operibus mirabilib. ſuis, clare liquet, in toto hoc tempore legis gratiæ. Confeſsionem auricularem pro ſacramento pœnitentię neceſſariã eſſe cupientib. ſaluari: diuina Chriſti imperante lege,

Ioan. 1.

Ioan. 13.

Ephes. 5.

Cur instituta eſt ſacramentalis confeſsio.

quod fuit prima pars noſtræ concluſionis.

Tertia ratio idem probans.

Ioan. 10. TErtio principaliter inſto. Nullus iuſte in aliquam domum per ianuam clauſam, ſine clauib. ingredi ualet, nam qui aſcendit aliunde ille fur eſt & latro, ſed regnum cœlorum eſt quædam pulcherrima domus, de qua Chriſtus ait. Ioan. 13. In domo patris mei manſiones multæ ſunt, igitur in regnum cœlorum nullus peccator, per peccata ſua clauſum, introire ſine clauibus poterit, cõſequentia eſt nota cum maiore & minore. Sed claues regni cœlorum date ſunt in primis Petro deinde omnibus alijs Apoſtolis & ex conſequenti per primam rationem factam omnibus eorum ſucceſſoribus. Igitur ſine ſacerdotibus claues habentibus nullus peccator adultus in regnum cœlorum ingredi ualet. Nam poſtquam Petrus con- Matth. 16. feſſus eſt Chriſtum eſſe filium dei, dicens: Tu es Chriſtus filius dei uiui: cui cum dixiſſet Chriſtus. Beatus es. Simon bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi hoc ſcilicet, ſecretum quod ſim filius dei uiui ſecundum naturam ſed pater meus qui eſt in cœlis, immediate ſubdit. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis &c. Ecce quanta uerborum atteſtatione ei claues promiſit dicens. Et ego dico tibi. Ego ſcilicet, cuius dicere eſt facere: cuius uerbo cœli firmati ſunt. Ego quem confeſſus es filium dei uiui qui ſum uia, ue-

ritas, & uita. Ego qui mentiri neſcio, tibi dico ne dubites, ne timeas hæreticos ac Eccleſiæ tyrannos, quia portæ inferi non præualebunt aduerſus Eccleſiam meam, & pro tuitione pro nobilitate & illius dominio, dabo tibi claues regni cœlorum, forte ignoras quantum donum tibi pollicear, & quam magnum & præſtabile: Ego qui talem tibi conferam dignitatem, earum clauium tibi exponam. Non ſunt quippe claues ſolum ſcientiæ de quib. dixi Iudæis, Ve uobis legis peritis qui tuliſtis clauem ſcientiæ ipſi non introiſtis: & eos qui introibant prohibuiſtis &c. At huiuſmodi claues ſunt quibus poteris ligare, & ſoluere in terris, & erunt ligata & ſoluta in cœlis. Ligabis tu, & ſucceſſores tui, & ſolues in terra iudicando. Ego autem in cœlo iudicium ueſtrum approbabo. Non poterit igitur non magna eſſe clauium poteſtas quę tanto uerborum pondere promittitur. Deinde hanc eandem clauium poteſtatem (in maiorem hominum admirationem) paulo poſt promittit omnib. diſcipulis dicens Amen amen dico uobis quecunq; ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cœlo. Certe (ut recte arbitror) non parua res eſt hæc clauium poteſtas toties promiſſa. Petrus autem eo quod prius dixerat ei Chriſtus. Si peccauerit in te frater tuus uade & corripe eum inter te & ipſum ſolum, quaſi iam pontificij ſui futuri præſcius, formulam iudicij habere uoluit dicens. Domine quoties in me peccauerit frater meus, dimittam ei uſq; ſepties? cui Ieſus. Non dico tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties. Nullus quippe abſoluit ſeipſum.

Luce. 11.

Matth. 18

Nullus ſibi referat ianuam ſed clauiger & hoc alta mente reuoluat catholicus. Maximam rem oportere eſſe poteſtatem clauium a Chriſto tam ſepe promiſſam, & tandem exhibitam. Nam in ipſo die dominice glorioſe reſurrectionis de facto hanc clauium poteſtatem tradidit Apoſto.
Ioan.20. lis ſuis dicens. Accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt. Non enim ſimplici uerbo eis hanc dedit poteſtatem, ſed ut eius monſtraret excellentiam ſpiritu oris ſui eam dedit, inſufflauit nanque in eos, & non ſimpliciter inſufflauit quia ſpiritus ubi uult ſpirat. Ideo dedit eis ſpiritum ſanctum, ac ſi diceret. Daturus uobis tam amplam poteſtatem prius ſpiritum ſanctum do uobis ut ſciatis neminem digne hac uti poſſe poteſtate ſine ſpiritu ſancto ut ſupra oſtenſum eſt.

Quis ergo catholicorum arbitratur, tam fruſtratoriam eſſe: & ridiculam poteſtatem clauium tanta ſolennitate a Chriſto promiſſam, & collatam: ut peccator non cogatur, ſub diuino præcepto confiteri peccata ſua proprio ſacerdoti? Conſtat igitur euidentiſsime, confeſsionem auricularem, & ſacramentalem cupientibus ſaluari neceſſariam eſſe: quare &c.

Quarta ratio ad eandem confeſsionem.

QVarto principaliter argumentor, præſupponendo prius illud, quod ait Apoſto. ad
1.Cor.10. Corint. ubi loquens de figuris ueteris teſtamenti reſpectu noui ait. Omnia in figura contingebant patrib. illis, Qua de re ſacerdotium legale figuram fuiſſe ſacerdotij gratiæ non ambigimus

gimus, ut etiam ex plurib. locis Pauli ad Hebre. colligitur, &.2. Co.7. At ſacerdos ueteris legis habebat iudicare inter lepram, & nõ lepram corpoream ſicut clare liquet in Leuiti. ubi dicitur. *Leuit. 13.* Homo in cuius cute ortus fuerit diuerſus color, &c. adducetur ad Aaron ſacerdotem, uel ad unũ quemlibet filiorum eius: qui cum uiderit lepram poterit iudicare. &c. uide omnino. Inde cap. ſequenti locutus quæ eſt dominus ad Moyſem dicens. Hic eſt ritus leproſi, quando mundatus eſt adducetur ad ſacerdotem &c. & hoc idem iterum confirmauit dominus in Deut. &c. His ſup- *Deut. 17.* poſitis. Quero ab hæreticis: cur leproſi ex diuino precepto mittebantur ad Sacerdotes, ut ipſi iu- *Pulchra* dicarent inter lepram, & nõ lepram corpoream *inquiſitio.* & ut leproſos ſanarent, & mundarent ac mundatos iudicarent. Nunquid ipſi erant phiſici, uel chirugici, & corporales medici? Nunquid ipſi forte tenebantur incumbere medicinalib. artibus? Nã ut clare liquet curatio lepręmagis ad corporales medicos ſpectat quam ad ſacerdotes: uel fortaſſis illud cœleſte donum curandi lepram, & curatam iudicandi: tantum diuinitus elargiebatur ſacerdotibus ueteris teſtamenti? quod his ſacerdotibus Chriſti, & legis gratiæ non conceditur, ſed ut uerum fatear, melius dicendũ eſt, quod quemadmodum ſacerdotium legale figura erat ſacerdotij gratiæ, teſte Apoſtolo ut ſupra Ita lepra illa corporea peccatum mortale figurabat, & letale crimen, non minus quam leproſus peccatorem: nam ut dictum eſt, percuſſus lepra debebat ſe ſacerdoti pręſentare, & ille modum lepræ conſiderabat, quod ſi uidebat lepram incurabilem, immundum illum iudicabat, & a cæteris ſeparã-

dum, ſi uero uidebat oppoſitum, mundum iudi-
cabat, ac liberum dimitti, Et hoc quidem pro-
prium eſt Sacerdotis legis gratiæ, erga peccato-
rem, qui ſi per diligentisſimam examinationem
in confesſione facta, uiderit peccatorem non con
tritum, ipſum expellit, ſi autem dolentem, abſol-
uit, & non tantum abſoluit, quinimmo, uiſa eius
contritione, ac peccatorum confesſione audita.
impium a Deo abſolutum, & Eccleſiæ reconci-
liatum iudicat, Ex figura igitur illa concluden-
dum eſt, quod quemadmodum illi erant Sacer-
Ex figura dotes legales, & ſimpliciter corporales, corpo-
i lege ſcri ream lepram curare debebant, ita cum iſti ſint
pta conclu ſpirituales Sacerdotes, legis Chriſti & gratię ad
ditur figu ſpiritualem lepram curandam, ſcilicet mortale
ratum i le peccatum, merito ſunt a Chriſto inſtituti. Et ſi-
ge chriſti, cut leproſi iu ueteri teſtamento tenebantur ſe ſa-
& gratie. cerdotib. præſentare ob lepræ curationem. Sic pa
ri ratione tenentur omnes peccatores, ſe Sacerdo
tib. ſubmittere peccata confitendo, ut ab eis ſpi-
ritualiter curentur, ac curati Eccleſiæ oſtendan-
tur. Et hoc idem confirmat dominus de leproſo
Matth. 8. mundato, cui mandauit, ut iret & oſtenderet ſe
ſacerdoti, ſecundum ritum antiquæ legis, quo iu-
bebatur (ut diximus) mundati a lepra, ſe oſten-
dere ſacerdotib. qui dijudicarent, an uere & inte-
gre eſſent mundati a lepra. Nam per hoc manda-
tum, miſtice, & figuratiue deſignatur, quod pec-
cator pœnitens a lepra ſua, ideſt a peccato mun-
datus per contritionem, licet habeat remisſio-
nem peccatorum ſuorum, & emundationem a
lepra animæ, tamen debet ſe nihilominus oſten-
dere ſacerdoti eccleſiaſtico, per ueram & integrã
confesſionem ſuorum delictorum, Quare hic me

rito damnatur error illorum hæreticorum perni-
cioſus,qui aſſerunt,ſufficere ad ſalutem, ſoli deo
confiteri peccata,& quod nõ oportet ea ſacerdo
ti detegere, cum Chriſtus leproſo iam mundato
iniunxerit,ut iret & oſtenderet ſe ſacerdoti ſecun
dum legis decretum. Pariter apud Lucam:Decẽ
leproſis petentibus a ſua liberari lepra, iuſſit
idem Chriſtus dicens.Ite oſtendite uos ſacerdo-
tibus. Si ergo (ut tandem aduerſus Lutheranos *Luc. 17.*
propoſitũ concludam) hęc erat poteſtas ſacerdo *Hic per-*
tũ legalis,pariter & figura poteſtatis,quam habi *pulchre cõ*
turi erant ſacerdotes euangelici. Quę ergo erit *cluditur*
huius figuræ ueritas?niſi ſicut eſt ſpirituale ſacer- *ꝓpoſitum.*
dotium euangelicum, ita & lepram iudicet ſpiri-
tualem, hoc eſt peccatum mortale,Leproſus igi
tur & immundus quiſque adducatur ad ſacerdo
tem, qui iudicet inter lepram, & non lepram.i.
inter peccatum & non peccatum, inter obſtina-
tum et pœnitentẽ.Deinde ut habetur Matthei.c. *Matth.8.*
octauo ꝑcepit Chriſtus leproſo mũdato ut offer
ret deo munus ꝑceptũ a Moyſe in lege,quemad
modum in Leuitico ſcribitur: ubi etiam expri- *Leui.14.*
mitur, quid leproſus mundatus debeat offerre
deo. Per hoc autem præceptum miſtice & figura
tiue deſignatur, quod peccator pœnitentia du-
ctus poſtquam mundatus eſt a lepra ſui peccati,
& confeſſus eſt ſacerdoti peccata ſua Debet inſu
per (ad inſtar leproſi mundati offerentis munus
ſuum Deo)ſatisfacere de illis, complẽdo pœnitẽ
tiã ſibi iniunctã a ſacerdote ad deletionẽ pœnę. ꝓ
peccatis ſuis debitæ,Et per hoc deſtruitur multo
rũ hæreticorũ error qui ore polluto, auſi ſunt di-
cere quod nobis nulla opus eſt ſatisfactiõe parti
culari ꝓ peccatis noſtris,eo qđ Chriſtus ſufficiẽ-

ter pro illis ſatisfecit in cruce, Cum ipſe contra
Mat. 3. 4. hanc perniciofam hæreſim in multis ſcripturarũ
Luc. 3. 5. locis clamet, Pœnitentiam agite.ſ. de peccatis,
15. quoniam appropinquat regnum cœlorum, & alibi. Niſi pœnitẽtiã egeritis omnes ſimul peribitis.
Luc. 13.
Actuum. 3 In act.quoq; Apoſtolorum. Pœnitemini igitur et conuertimini, ut deleantur peccata ueſtra: quare & cætera.

Quinta & ultima ratio ex authoritatib. diuorum patrum.

QVinto principaliter inſto, comparando antiquos patres, & Eccleſiæ Doctores, ac eorum aſſertiones ad Moderniores hęreticos, & ad falsa ipſorũ dicta. Nam illi primi patres, ut Aug. Hiero. Grego. Ambro. Chriſoſt. Bernar. et alŋ floruerunt in primitiua Eccleſia: propinquiores doctrinis & prędicationibus Apoſtolorum, in tot ſanctisſimis ſinodis, & concilŋs præſentes, uiri ſanctisſimi uirtutibus atque moribus præclari, bonis quoque operibus inſigniti, in quibus tandem diuina relucebat gratia.

Commendatio ſanctorum ecclesie doctorum.

Iſti autem per oppoſitũ hæretici fuere ut Martinus Luther: Philippus Melhancton: Franciſcus Lambertus, Pomeranus, Oecolampadius, Zoinglius, & alŋ quam plurimi in hac poſteriori Eccleſia prædicationib. apoſtolorum remotiores, homines nefandi, tantum fidei adhærentes, opera bona, necnon & ſacramenta, ac totius Eccleſiæ catholicæ ſanctiones, paritercq; diuorum patrum decreta ſpernentes, in quibus forte diabolus hæreticorum princeps operatur.

Illi inſuper diui patres, uiri doctisſimi, ut luce

clarius liquet, ex infinitis eorum ſcriptis, in interpretationibus totius ueteris ac noui teſtamenti ac in diuinarum ſcripturarum expoſitionibus illuminatiſsimi & ſingulariſsimi quorum doctrinis tota fulget Eccleſia. quorum prædicationibus & miraculis Chriſti fides illuminatur. aſſerunt. Auricularem, ac ſacramentalem confesſionem, pro ſacramento pœnitentiæ cupientib. ſaluari neceſſariam eſſe, ex diuino pręcepto, ut claret ex eorum dictis, quæ in maiorem hæreticorum infamiam, in medium adducentur. Iſti uero moderniores hæretici contrarium affirmant, quibus igitur credendum ſit. Hoc enim cuilibet ingenuo homini iudicandum relinquo.

Præterea non ſine cauſa, illi primitiuæ Eccleſię ſanctiſsimi doctores ſacramentalem confesſionem eſſe neceſſariam ſcripſerunt & prædicarunt, tanquam a Chriſto inſtitutam, & ab Apoſtolis promulgatam, Eccleſiæque traditam, quoniam non poteſt hæreticus quamuis proteruus, citare conſtitutionem humanam, in qua primo confesſio fuerit orta, quare neceſſario refert ad inſtitutionē Chriſti: per Apoſtolos ſuos Eccleſiæ traditā. Nō enim o hæreticę poterit refugium iſtud te defendere, quod paulatim homines eſſent ad confitendum inducti, non quippe eſt ueriſimile, aliquid tam difficile (ſicut eſt auricularis confesſio) hominib. fuiſſe repēte iniunctū: quod non fuiſſet relatū in ſcriptura: et cum maxima deliberatione. Si quidem abſque ulla animi ambiguitate, inuenti fuiſſent, qui ſe oppoſuiſſent huic auriculari, & ſacramentali confesſioni: quemadmodum Eccleſia experta eſt in cœlibatu clericorum, & in approbatione fratrum mendicantium, nam Panutius *Confirmatur ratio.*

reſtitit in concilio niceno, ubi aliqui uolebāt præcipere. ne clerici Epiſcopi, cum uxoribus dormirent, quas ante ordinationem acceperant, &cæ. Nulla enim fere conſtitutio facta ab Eccleſia ſua propria authoritate reperitur per ſynodum uel concilium, quin habuerit aliquam contradictionem, igitur clare liquet, cum per nullam Eccleſiæ conſtitutionem neq; in aliqua ſynodo, uel concilio, reperiri poſſit, a quo auricularis & ſacramentalis confeſſio ortum habuerit. Pariter cum nullum decretum humanum poſſit dari a quo inceperit huiuſmodi confeſſio (ut ante ſatis probatū eſt) relinquendum eſt, ipſam incepiſſe iure diuino, Chriſto hoc ius Eccleſiam & Apoſtolos docente propter quod moti illi primi ſanctiſs. Eccleſiæ doctores luculenter & doctiſſime de ſacramentali & auriculari confeſſione diffuſe ſcripſerunt, ergo illis magis credendum eſt, quam hæreticis Lutheranis. Nam uſus confeſſionis incepit in primitiua Eccleſia, ut infra immediate patebit quod eſt ſignum euidentiſſimum, confeſſionem fuiſſe a Chriſto inſtitutam, ab Apoſtolis promulgatam, ab Eccleſia uero confirmatam, & per ſanctiſs. doctorum ſcripta demum mirabiliter ap.p batam, unde ſi nonnulla adducentur in medium non erit inutile, &c.

Hic per optime cō. cludit con feſſionem eſſe de iu re diuino.

Auguſti. libro de pœni. & habetur de pœni. Diſtin. 1. quem pœnitet.

QVem pœnitet omnino pœniteat, & dolorem lachrimis oſtendat, repreſentet uitam ſuam Deo per ſacerdotes, præueniat iudicium dei per confeſſionem, Præcepit dominus mundandis, ut oſtenderent ora ſacerdotibus, docens

corporali pœnitentia confitenda eſſe peccata, nō per nuntium, non per ſcriptum manifeſtanda, Dixit enim ora monſtrare, & omnes, non unus pro omnibus non alium ſtatuatis nuntium, qui pro uobis offerat munus a Moyſe ſtatutum, ſed qui per uos peccaſtis, per uos erubeſcatis. Erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſsionis. Ex miſericordia enim hoc præcepit dominus, ut neminē pœniteret in occulto. In hoc enim qđ per ſeipſum dicit ſacerdoti. erubeſcentiam uincit, timore offē-ſi uenia ſit criminis, ſit enim ueniale per confeſſionem, quod criminale erat operatione, Et ſi nō ſtatim purgatur, ſit tamen ueniale, quod commiſerat mortale. Multum enim ſatisfactionis obtulit, qui erubeſcentiæ dominans nihil eorum, quæ commiſerit, nuntio dei denegauit &c. *Modus confitēdi cum erubeſcentia.*

Auguſtinus libro de pœnitentia.

CONfeſſio eſt ſalus animarum, diſsipatrix uitiorum, reſtauratrix uirtutum, expugnatrix dæmonum, Quid plura? obſtruit os inferni, & paradiſi portas aperit &c. *Quid confeſſio ſit ſecundum Auguſtinum.*

De non timendo confiteri peccata
Idem ſuper pſalmos.

O Homo quid times confiteri? illud quod per confeſſionem ſcio, minus ſcio, quàm illud qđ neſcio: Cur confiteri erubeſcis peccata tua? Peccator ſum ſicut & tu, homo ſum, humanum a me nihil alienum, Cōfitere homo homini, homo peccator homini peccatori, Elige quid uis, ſi non cōfeſſus lates, in cōfeſſus damnaberis. Ad hoc Deus exigit confeſſionem, ut liberet hominem humilem, Ad hoc damnat non confitentem, ut puniat ſuperbum &c. *Ad confitendum exhortatio.*

Idem in tractatu de cura militiæ.

NEmo dicat occulte. Ego pœnitentiam apud deum ago. Nouit deus, qui mihi ignoſcit, qa in corde meo ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt, Quæ ſolueritis in terra erunt ſoluta in cœlo, ergo ſine cauſa, datæ ſunt claues Eccleſiæ &c.

Diuus Hieronymus aduerſu
Montanum hæreticum.

SI quem ſerpens diabolus occulte momorderit, & nullo conſcio eum peccati ueneno infecerit, ſi tacuerit qui percuſſus eſt, & non egerit pœnitentiam, nec uulnus ſuum fratri, et magiſtro uoluerit confiteri, Magiſter qui linguam habet ad curandum, facile ei prodeſſe non poterit. Si.n. erubeſcat egrotus uulnus medico confiteri, quod ignorat, medicinam non curat &c.

Ambroſius libro de paradiſo, de pœni.
Diſ. prima non poteſt.

NOn poteſt quiſque a peccato iuſtificari, niſi peccatum ante fuerit confeſſus, & ſuper beati immaculati. Ceſſat enim uindicta diuina, ſi confeſſio præcurrat humana.

Gregorius habetur de pœnitentia
diſt 6. ſacerdos.

SAcerdos ante omnia caueat, ne de his, qui ei confitentur peccata ſua alicui recitet. quod ea confeſſus eſt, non propinquis, non extraneis, neq; quod abſit: pro aliquo ſcandalo. Nam ſi hoc fecerit deponatur, & omnibus diebus uitę ſuę ignominioſus peregrinando pergat.

Simpliciter in nullo caſu licet reuelare confeſſionem.

Bernardus ſuper Cantica
Sermone Tertio.

QVantum diſplicet regi impudentia peccatoris, tantum placet uerecundia confiten-

tis,& epiſtola. 14. Confesſio igitur peccatoris eſt uita, iuſti gloria,& neceſſaria eſt peccatori, et iuſtum nihilominus decet &c.

Iſidorus libro primo. cap. 12.

CONfeſsio ſanat, confeſsio iuſtificat, confeſsio peccatis ueniam donat, confeſsio animam a morte liberat, confeſsio aperit paradiſum, confeſſio ſpem ſaluandi tribuit, omnis ſpes in confeſsione conſiſtit, in confeſsione locus miſericordię eſt. Nulla tam grauis eſt culpa, quæ per confeſsionē non habeat ueniam: &c.

Leo Papa & habetur de pœni.

Diſt. prima ſufficit.

SVfficit pœnitenti confeſsio, quæ præmiū domino offertur, deinde ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium præcator accedit: &c.

Origines ſuper Pſal. 37.

TAntummodo circunſpice diligētius, cui debes confiteri peccatum tuum proba prius medicum, cui debeas cauſam lāgoris exponere, qui ſciat infirmari cum infirmate &c. Et ut ita demum ſi quid ille dixerit, ſi quid conſilij dederit facias & ſequaris &c. *De confeſſore idoneo querē do.*

Ex his igitur,& alijs quàmplurimis tantorū ui rorum ſcriptis, iterum concludo, quod ſi iſti ſummi thelogię antiſtites, per multos annos (ut clare liquet) præceſſerunt Innocen. 3. & concilium lateranum, ac omnes Eccleſiæ decreta,& decretales, necnō & Magiſtrum ſenten. Talia tamen ac tanta de ſacramētali confeſsione ſcripſerūt, itaque auricularem confeſsionē, ante illos floruiſſe, quin immo ante omne ius humanum ſuper ipſa emanatum, confeſsionem introductam in uſuque fuiſſe clarisſime conſtat, igitur tempore Apoſtolorum

uel paulo poſt. Quare adhuc concludendum eſt, quod ſi ante omnes hos doctisſimos patres, minime inuenitur ubi, quando, a quo, uel a quib. fuerit inſtituta, ſignum euidens eſt (ut ſupra repetitũ eſt) ipſam a Chriſto fuiſſe inſtitutam, ab Apoſtolis prædicatam, a tota quoq; illa primitiua Eccle-

Act. 19. ſia acceptata. Nam ut habetur Act. 19. Multi credentium ueniebant confitentes, & anuntiantes actus ſuos: quare &c.

Obijciunt Lutherani de ſacerdotibus.

SEd forte aquilonares hęretici, his rationibus aſtricti cõcedent, quod omnes utriuſq; ſexus tenentur ſub præcepto confiteri peccata ſua Sacerdotibus, ſed non habentes aliam fugã dicent, quod omnes chriſtiani ſunt ſacerdotes, ideo cuilibet Chriſtiano abſq; ullo diſcrimine, poteſt quiſquis ſua confiteri peccata. Aſſumptum nituntur probare, nonnullis ſcripturarum dictis. Primo. n.

1. Pet. 2. Petrus Apoſtolus, loquens de omnibus Chriſtianis ait. Vos eſtis genus electum regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ut uirtutes annuntietis eius. qui de tenebris uos uocauit, in admirabile lumen ſuum.

Item dilexit nos Chriſtus, & lauit nos a pecca-

Apoca. 5. tis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſacerdotes deo & patri ſuo &c.

Prgterea Apoſtolus Paulus. In uno ſpiritu om-

1. Cor. 12. nes in unum corpus baptizati ſumus, & omnes in uno ſpiritu potati ſumus, ideo concludunt, nos omnes eſſe equaliter ſacerdotes &c.

Reſponſio pro eccleſiaſticis ſacerdotibus.

CONcedimus, omnes Chriſti fideles eſſe ſacerdotes, eo tamen modo, quo ſunt reges, & ſancti, ſed ut clare cõſtat, nõ omnes ſunt equaliter reges: ſicut illi, qui uere dicuntur reges, nec ſancti quemadmodum illi, qui ſunt in cœlo. Ita nõ omnes Chriſtiani ſunt taliter ſacerdotes, qualiter eccleſiaſtici præsbyteri, & ſacro chariſmate uncti, ſunt tamen (ut uerum fatear) omnes ueri Chriſti fideles ſpiritualiter reges, qa deus regnat in eis, per liberam charitatem, & ipſi per unctionem ſancti ſpiritus, regunt uires animæ, & ſenſus ſuos, regnabunt tandem in regno cœlorum. Pariter quoque dicũtur Sacerdotes ſpirituales, quia offerunt Deo fidem, & orationes, animamq̀ ac oẽs corporis uires. Interdum aũt ſemetipſos offerunt deo in holocauſtum: de quibus Apoſto. Obſecro uos fratres per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctã, deo placentem, rãtionabile obſequium. Iuxta illud Prophetæ. Holocauſtum deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum &c. Rom. 12. Pſal. 50.

Ecce qualiter omnes Chriſtiani ſunt ſpiritualiter ſacerdotes, & quid Deo offerre debent. Sed præter hoc ſacerdotium internũ, eſt unum aliud externum, in Eccleſia certis perſonis affixum, exempli cauſa. Quilibet fidelis eſt templum Dei, teſte Apoſto. Templum Dei eſtis uos ſanctum. At præter iſta templa eſt templum externum, certo loco affixum, in quo fideles cõgregantur. Non ſequitur igitur ex authoritatibus allegatis, oẽs Chriſti fideles eſſe ſacerdotes, de qui- 1. Cor. 3.

bus loquimur in propoſito, qui habeant authoritatem a Chriſto, uel ab Eccleſia, ligandi atq; ſoluendi. Et quibus tenearis confiteri peccata tua, & confirmatur Origenis authoritate.

Origenes ſuper Leuiticum
Home. 9. cap. 16.

OMnes enim quicunq; unguento ſacri chariſmatis delibuti ſunt, Sacerdotes effecti ſunt, ſicut & Petrus ad omnem dicit Eccleſiam, Vos autem genus electum, regale ſacerdotiũ, gens ſancta. Eſtis ergo genus ſacerdotale, & ideo accedetis ad ſancta, ſed & unuſquiſque habet in ſe holocauſtum ſuum, & holocauſti ſui ipſe ſuccendit altare, ut ſemper ardeat. Ego ſi renũtiem omnibus quę posſideo, & tollam crucem meam, & ſequar Chriſtum, holocauſtum obtuli ad altare dei, aut ſi tradidero corpus meum, ut ardeam habẽs charitatem, & gloriam martyrij conſequar, holocauſtum meipſum obtuli ad altare dei. Si diligam fratres meos, ita ut animam meam ponam pro fratribus meis, ſi pro iuſtitia, ſi pro ueritate uſq; ad mortem certauero, holocauſtũ obtuli ad altare dei. ſi membra mea ab omni concupiſcentia carnis mortificauero, ſi mundus mihi crucifixus eſt, & ego mũdo holocauſtum obtuli ad altare dei, & ipſe me hoſtiæ ſacerdos efficior &c. Ecce hic Origenes perpulchre oſtendit quo nã modo omnes fideles ſacerdotes dicuntur.

2. ratio quod non oẽs chriſtiani ſunt ſacerdotes

Item ſi omnes Chriſtiani eſſent ſacerdotes, eo modo quo hic loquimur, ſequeretur eadem ratione, quod omnes Iudei fideles fuiſſent ueri Sacerdotes, conſequens autem eſt falſum, & contra totum uetus teſtamentum quia tantum illi de Tribu Leui erant ſacerdotes, conſequentiã uero pro-

bo per uerba quæ dixit dominus ad filios Iſrael. *Exo.* 19.
Si audieritis uocem meã & cuſtodieritis pactum meum eritis mihi in peculium de cunctis populis, & in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Hęc ad uniuerſum Iſrael dicta ſunt, igitur oẽs illi erant ſacerdotes, ſed profecto reges, & ſancti, ac ſacerdotes, eo modo quo ſupra dictum eſt.

Præterea. Non omnes Iudei, etiam uiri ſanctiſ. *3. ratio. etiam pro ſacerdotibus.*
erant ſacerdotes, proprie loquendo, ſed tantum Aaron & filij eius, a deo electi. ergo pari ratione, non omnes chriſtiani debent appellari ſacerdotes, ſed tantum illi qui a Chriſto fuerunt electi et eorum ſucceſſores. Antecedens claret per totum Deutero. Leuiti. & librum Numeri.

Non habebũt ſacerdotes & leuitæ, & omnes qui de eodem tribu ſunt partem & hereditatem cũ reliquo populo Iſrael, quia ſacrificia domini, *Deut.* 18.
& oblationes eius cõmendet, & nihil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum. Dominus enim ipſe eſt hereditas eorum, ſicut locutus eſt illis.

Item accedent ſacerdotes filij leui. quos elege- *Deut.* 21.
rit dominus deus tuus, ut miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad uerbum eorum, omne negotium pendet, & quicquid mundum, uel immundum eſt ab illis iudicetur &c.

Rurſus, Ne quis accedat alienigena, & qui nõ eſt de ſemine Aaron, ad offerendum incenſum domino. ne patiatur, ſicut paſſus eſt Chore: &c. *Num.* 16.

Non radent caput nec barbam, neq; in carnibus ſuis facient in ſciſſuras, ſancti erunt deo ſuo, & nõ polluent nomen eius, incenſum enim dñi, & panes dei ſui offerẽt, & ideo ſancti erunt: &c. De phinees. Ecce do ei pacẽ federis mei: et erit tã ipſi, q̃ ſemini eius pactũ ſacerdotij ſẽpiternũ &c.

Confirmatur ratio. Iccirco, omnes uolentes ſibi uſurpare ſacerdotum ac leuitarum officium, & dignitatem (ut clare liquet in ueteri teſtamento) fuerunt aſperrime puniti a deo, Nam Dathan, Chore, & Abiron, uſurpantes ſibi ſacerdotale officium (ſicut modo laici Lutherani) a terra abſorti ſunt deſcēderūtq; uiui in infernum operti humo, & ducēti quinquaginta uiri eis conſentientes, ab igne conſumpti ſunt. Vnde Oza quoniam ultra ſuæ ſortis conditionem manum archæ dei ne caderet admouit, ſubita morte a domino percuſſus eſt.

Nume. 4. *1. Reg. 6.*

2. Par. 26. Proinde Oſias Rex, cum opus ſacerdotale adolere, ſcilicet incenſum ſuper altare Thymiamatis præſumeret, increpatusq; ab Azaria & reliquis ſacerdotibus domini, non deſiſteret, lepra in fronte percuſſus eſt, manſitq; leproſus uſq; in diem mortis ſuæ.

Exo. 25. Item legimus iuſſiſſe dominum. quod quando mouenda eſſent caſtra, filij Caleph. portarent uaſa ſanctuarij inuoluta, ab Aaron, & filijs eius, & non tangerent ea ne morerentur.

Cum igitur ſacrificia ueteris teſtamenti figura eſſent ueri ſacrificij legis gratiæ, pariter & ſacerdotium illud, ſeu ſacerdotes illi figurarent ſacerdotes noui teſtamenti, ad pręclariſs. & honorabiliſſ. altari ſacrificium deputatos, ad offerendum ſacratiſſ. chriſti corpus: & ſanguinem: ſub ſpecieb. panis & uini, illiq; erāt tantum electi de Tribu Leui, ad illa figuratiua ſacrificia, punitiq; inſuper erant aſperrimæ uſurpantes ſibi leuitarum honorem, ac ſacerdotalem dignitatem. Ergo quanto magis ſacerdotes CHRISTI, offerentes uerum ſacrificium, & immaculatam hoſtiam ubi latetchriſtus uerus Meſſias, redēptor noſter, ue-

rus deus & homo. Debent huiuſmodi ſacerdotes eſſe præaliis electi, & uncti chariſmate ſancto ab Epiſcopo, prius diligenter examinati, inde ad tam præclarum officiũ ordinati, uelut ueri Apoſtolorum, & diſcipulorum chriſti ſucceſſores, ergo non omnes laici chriſtiani erunt ſacerdotes.

Hinc Apoſtolus Paulus ait. Omnis namque Pontifex ex hominibus aſſumptus eſt, pro hominibus conſtituitur, in his quæ ſunt ad deum ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis. Et infra ſubdit nec quiſquam ſumat ſibi honorem, ſed qui uocatur a deo tanquam Aaron, ſic Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, ut Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum filius meus es tu, ego hodie genui te, ſicut & in alio loco dicit. Tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Ecce quam clare concluditur, non omnes Chriſti fideles eſſe ſacerdotes, & quemadmodum lex uetus prohibebat omnes alios a ſacerdotibus tangere archam dei & uaſa ſanctuarii. Magis autem uſurpare ſibi ſacerdotale officium, propter quod multi merito fuerunt puniti (ut dictum eſt) Ita nunc canonicis ſanctionibus iuſtisſime ac ſanctisſime prohibitũ eſt laicos manibus tangere, res ſacras puta calicẽ, corporale, hoſtiam cõſecratam, et huiuſmodi, ut habetur Diſt.23. cap. ſacratas, & de conſecratione Diſt. prima. c. In ſancta ſede. & c. ueſtimenta. Nõ debent igitur huiuſmodi ſacra contrectari, aut offerri niſi a ſacratis hominibus. ne ultio quæ Balthaſar Regem percusſit, ſuper hoc tranſgredientes ueniat. Minus autem debent laici Chri-

Hebre, 5.
Pſal. 2.
Pſal. 105.
Daniel. 5.

ſtiani uſurpare ſibi ſacerdotale officium,ne maio ri pœna puniantur quam Datan Chore, & Abiron,& alij,de quibus ſupra, & ſic patet ratio.

4. pro conſecratis ſacerdotibus ratio. Quarto principaliter inſto. Aſcēdens Ieſus in montem,uocauit ad ſe,quos uoluit ipſe,& uene runt ad eum: fecit autem ut eſſent duodecim cū illo,ut mitteret eos ad predicandum euāgelium. Poſt hæc deſignauit dominus,& alios ſeptuagin ta duos,miſitq; illos binos ante faciem ſuam. Claret igitur,duodecim fuiſſe Apoſtolos,& ſeptuaginta diſcipulos,illis Epiſcopi,iſtis ſacerdotes

Luc. 10. ſuccedunt(ut docent Augu.Hiero.& uenerabilis Beda)Erant quippe baptizati Apoſtoli,ſed non erant ſacerdotes,niſi cum in cena creauit eos dominus Sacerdotes, dans eis conſecrandi poteſta tem corpus Chriſti uerum.Et poſt reſurrectionē, authoritatem abſoluendi a peccatis (ut oſtēſum eſt ſupra) Et ſignum ſenſibile fuit in imponendis manibus ſuper illos: contulit quoque eis gratiā dandi ſpiritum ſanctum.

Proinde Apoſtoli ex authoritate ac poteſtate eis a Chriſto cōceſſa,ordinauerūt diaconos,præſbiteros, Epiſcopos,uelut eorum ſucceſſores, ut

Actuum. 6 euidenter liquet in actib. Apoſtolorum, & in pleriſq; locis Epiſtolarum Pauli, Igitur diſtincti ſunt ſacerdotes conſecrati, ab alijs Chriſti fidelibus,ut conſtat,quoniam legimus diaconos menſarum,& uiduarum ſeptem ab Apoſtolis inſtitutos inter quos Stephanus,et Philippus indefeſſo labore uerbum dei prædicabant, multi quoq; ad eorum prædicationem conuertebantur,ipſe enim Philippus diaconus ſamaritanos conuertit. Diaconos autem altaris,qui ordinati erant ad orandum

dum, & prædicandum, iungit Apoſtolo Paulo Epiſcopis dicens. Omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, Cum Epiſcopis, & Diaconibus: & cætera. *Philip. 1.*

Præterea idem Apoſto. ad Thimo. deſcribit Epiſcopum dicens. Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonũ opus deſiderat. Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris uirum, ſobrium, ornatum, prudẽtem, pudicum, hoſpitalem, doctorem, non uinolentem, non percuſſorem, non litigioſum, non cupidum, ſed modeſtũ &c. Quo deſcripto, deſcribit Diaconos quos ſimiliter oportet eſſe pudicos non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum ſectãtes, habentes miſterium fidei in conſcientia pura. Habes igitur hæretice hic in Apoſtolo manifeſtam diſcretionẽ inter Epiſcopos, & Diaconos, Diſcretio ergo ordinum & miniſtrorum in Eccleſia ſolidum habet fundamentum in ſcriptura ſacra, de quibus etiã habetur in decretis. diſt. 21. c. cleros Doctores quoqꝫ diſt. 24 4. diffuſe loquuntur una cum magiſtro ſententiarum. *1. Thi. 3.*

Item adhuc clarius, dixit ſpiritus. ſ. ſegregate mihi Saulum, & Barnabam, in opus ad quod aſſumpſi eos, tunc Apoſtoli ieiunantes, & orantes imponenteſqꝫ eis manus dimiſerunt illos, ecce modus ordinandi. *Actu. 13.*

Rurſus Apoſtolus Paulus loquens cum diſcipulis ſuis in eius diſceſſu ait. Attendite uobis, & uniuerſo gregi in quo uos ſpiritus. ſ. poſuit Epiſcopos ad regendum eccleſiam dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Ecce uocat condiſcipulos Epiſcopos: & cætera. *Actu. 20.*

Amplius ille idem, alloquitur Timotheus in *1. Thi. 4.*

2.Thi. 4. quiens. Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi, per prophetiam cum impoſition manum pręsbiteri. Hęc meditare, et in his te exet ce & cætera.

1.Thi.5. Deinde infra cap. 5. ſubdit, qui bene præſunt pręsbiteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo: et doctrina. Dicit. n. Deut. 25. 1. Cor. 9. ſcriptura. Non alligabis os boui trituranti, Et dignus eſt operarius mercede ſua. Aduerſus presbiterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Peccantes coram omnibus, argue ut & cęteri timorem habeant. Ecce officium dignisſimum Sacerdotum, tum maxime cōcionatorum. Et Paulo poſt ſubiungit. Manus cito nemini impoſueris, nec cōmunicaueris peccatis alienis. Habebat igitur Thimo. authoritatem imponendi manus, non ſiquidem a Chriſto immediatæ ſed ab Apoſtolis.

Titi primo Proinde ille idem ad Titum ſcribens ait. Huius rei gratia reliqui te Crete, ut ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates pręsbiteros: ſicut et ego diſpoſui tibi &c. Ecce qualiter Titus habuit authoritatem a Paulo ordinandi præsbiteros. igitur &c. Thimotheus & Titus fuerunt Epiſcopi ordinati ab Apoſtolis qui & ipſi habuerunt poteſtatem alios ordinandi &c.

1.Theſ.5. Item ad Theſa. ſcribens Apoſtolus inquit. Rogamus uos fratres ut cognoſcatis eos, qui laborant inter uos, & qui præſunt uobis in domino; & admonent uos, ut habeatis illos in ſummo prætio &c.

Philip.2. De Thimotheo etiam ſcribens ad Philip. ait. Et huiuſmodi in honore habetote, igitur non omnes chriſtiani ſunt ſacerdotes.

Deniq; Petrus Apoſtolus hortatur Paſtores Eccleſiæ dicens. Paſcite, qui in uobis eſt gregem dei, & Paulo poſt ſubdit. Cum autem apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſsibilem gloriæ coronam. Ecce diſcrimen inter Paſtores, & greges, inter Epiſcopos, ſacerdotes, & laicos. 1. Pet. 5.

Dionyſius inſuper ſancti Pauli diſcipulus. c. 5. cœleſtis hierar. proſequitur ritum Apoſtolorum in conſecrandis Epiſcopis præsbiteris & diaconibus.

Ignatius quoq; diſcipulus ſancti Ioannis euãgeliſtæ ad Trallianos, extollit dignitatem Epiſcoporum, præsbyterorũ, & Diaconorum. Hoc idem docuit per epiſtolam Smyrnem, & ad Anthiocenſes inquit. Saluto ſanctum præsbyterum ueſtrum, ſaluto ſanctos Diaconor, ſaluto ſubdiaconos, lectores, cantores, hoſtiarios, laborantes, exhorciſtas, atq; confeſſores. Claret igitur euidenter, tempore Apoſtolorum, fuiſſe omnes huiuſmodi ordines.

Sed quoniam de his prius locutus eſt eximius doctor Ioannes Echius, in tractatu de ordinis ſacramẽto. Ideo tàm in his, quàm in omnibus alijs præcedentibus ac ſequentibus noſtris dictis, forte tanguntur aduerſus moderniores hæreticos ea quæ prius ab eo tacta fuere ſicut neceſsitas exigit. Ex omnibus igitur ſupradictis ſcripturarũ authoritatibus colligitur quod Chriſtus elegit tantum duodecim Apoſtolos, ac ſeptuaginta duos diſcipulos, quos ordinauit, & conſecrauit in Epiſcopos, & ſacerdotes, quibus etiam dedit quamplures poteſtates, de quibus ſuo loco dicetur. inter quas fuit poteſtas dimittendi & re

Laus Ioã. Echii.

Omnium ſuperiorũ dictorum collectio.

amplius peccandi propoſito,& hæc pœnitentia nõ fit per oculorum lachrimas: aut corporis maciem,uel per ieiunium,aut elemoſynas, ſeu orationes. Nec demum per cæteras exteriores corporis operationes,quæ potius fructus pœnitentiæ quam ipſa pœnitentia merito appellari debent. Sed huiuſmodi interior & uera pœnitentia fit per ſolam ac ueracem uoluntatis immutationem de malo in bonum, necnon per renouationem ſpiritus,de qua Apoſtolus ad Epheſis loquitur dicens. Deponite uos ſecundum priſtinam cõuerſationem ueterem hominem,qui corrumpitur ſecũdum deſideria erroris.i. hominem ſecundum carnem uiuentem & ſequentem opera carnis. Renouamini autem ſpiritu mentis ueſtræ,& induite nouum hominem qui ſecundum deũ creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate ueritatis. Ille nempe nouus appellatur homo qui ſecundum ſpiritum uiuit ſecundumq; dei uoluntatem operatur. Talis enim renouatio & noui indutio uera et propria dicitur pœnitentia,de qua etiam clarius idẽ Apoſtolus poſt pauca ſubdit dicens. Qui furabatur,iam non furetur,qui mendatia loquebatur, non amplius loquatur, & ſic de alijs quaſi uelit dicere, Qui uere uult pœnitere deponat omnia opera mala acquirendo bona &c. Epheſi.4.

Præterea idem Apoſtolus ſpiritu clariori de eadem pœnitentia Roma. ſcribit dicens, Scientes quia hora eſt iam nos de ſomno.ſ.peccati ſurgere. Nunc.n. proprior eſt noſtra ſalus quam cum credidimus. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit,& inde concludit. Abijciamus ergo opera tenebrarum.i.dæmonum & peccatorum et induamur arma lucis.ſ.fidei,ſpei,et charitatis ac cę Rom.13.

terarum uirtutum.

2. Cor. 7. Proinde ad Corinth. inquit. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore dei, & iterum

Ephe. 4. ad Epheſi ait. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſfemia tollatur a uobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicem benigni, miſericordes, donãtes inuicem ſicut & deus in Chriſto donauit uobis. Illum igitur uere pœnitet qui proponit in mente ſua auertere uoluntatem ab omni malitia & peccato, cupit quoq; adherere deo & omni bono, ex quibus euidẽter conſtat quemlibet peccatorem poſſe agere pœnitentiam de omnibus ſuis erratis ferè in uno inſtanti, mererica; omnium delictorum remiſſionem, ac dei acquirere gratiam.

De huiuſmodi autem interiori pœnitẽtia pulcherrime & diffuſe loquitur Ezechiel propheta qui ſemel alloquens deum motus quadam ineuitabili curioſitate quæſiuit ab eo nõ paruam difficultatem dicens. Si homo quiſpiam iuſtus per aliquod tempus uiuẽs in iuſtitia ſua, inde ceciderit in peccato, in illo perſeuerãs per aliquod tempus, poſtmodum uero ad ſe reuerſus egerit pœ-

Ezec. 18. nitentiam de peccato ſuo. Quid enim mi, ô, domine iuſtiſſime, facies homini illi? cui reſpondit dominus. Si impius egerit pœnitẽtiam de peccatis ſuis (ſecundum illam pœnitentiam interiorem de qua paulo ante locuti ſumus) feceritq; iudicium & iuſtitiam. Facere namq; iudicium eſt ſeipſum accuſare cognoſcereq; omnia mala eſſe ab ipſo. Facere autẽ iuſtitiam, eſt deum iuſtificare quod idem eſt nullum malum agnoſcere à deo eſſe, inde confidere deo, cognoſcereu'e omnia bona eſſe

ab illo. Si igitur inquit dominus, impius hæc fecerit, tria ei pulcherrima dona elargiri dignabor. Primum .n. eo quod prius mortuus erat in peccatis.nã anima quæ peccauerit ipſa morietur, do nabo ei uitã ſpiritualem, qm̃ uita uiuet .ſ. per acquiſitam grãm, & nõ morietur, uidelicet æterna liter. Secũdũ eſt qđ oĩum iniquitatum eius quas operatus eſt, nõ recordabor, ei oĩum delictoꝝ remiſſionem elargiendo, & hoc quippe maximũ eſt donum, teſte Propheta. Beati quorũ remiſſe ſunt iniquitates, et quoꝝ tecta ſunt peccata Beatus uir cui non imputauit dñs peccatum. Tertiũ uero eo quod iã amiſerat iuſtitiã per letale crimẽ ac cętera opera bona, illa ſiquidẽ ei oĩa reſtituã, & ideo ſubdit. in iuſtitia autẽ ſua quã operatus ẽ, ſcilicet dum erat in grã ante peccatũ (uiuet.) Hęc eſt.n. illa ſanctiſſima interior & uirtuoſa pœnitẽtia quam prædicabat Ioannes in deſerto dicens. Pœnitentiã agite appropinquabit.n. regnum cœloꝝ, ꝑ quã fit remiſſio oĩum peccatoꝝ quæ etiã alio nomine contritio ſolet appellari, quæ & inſuper ante auricularem ac ſacramentalẽ cõfeſſionẽ ꝓſupponitur ſemper. His igitur uiſis ſequitur. *Pſal. 31.* *Matth. 3. & 4.*

Concluſio prima.

ARbitramur interiorem pœnitentiam neceſſario opus eẽ cuilibet adulto in peccato mortali exiſtenti, ut deleatur letale crimen diuinaq; iuſtificetur gratia, cuius iuſtificatio abſq; uſu liberi arbitrij bono, minime aſſequi poteſt.

Prima hæc concluſionis pars ſcripturarum teſtimonijs ſic oſtenditur. Ait enim ſapiens. Ne tardes conuerti ad dominum & ne defferas de die in diem. ſubito enim uenit ira illius, & in tempore uindictæ diſperdet te. *Eccle. 5.*

Rurſum ille idem. Conuertere ad dominum,
Eccle. 17. & relinque peccata tua, præcare ante faciem do
mini & minue offendicula, reuertere ad domi-
num, & auertere ab iniuſtitia tua &c.
Tob. 13. Item Thobias. Conuertimini itaq; peccato-
res & facite iuſtitiam coram domino, credentes
quod faciat uobiſcum miſericordiam ſuam.
Eſaie. 30. Inſuper Eſaias. Si reuertamini & quieſcatis ſal
Sapiē. 11. ui eritis, Sapiens quoq;. Miſereris omnium deus
quia omnia potes & diſſimulas peccata homi-
num propter pœnitentiam.
Luc. 13. Præterea Saluator loquēs de peccatorib. ait.
Marci. 1. Niſi pœnitētiam egeritis omnes ſimul peribitis.
Actuum. 3 Et alibi. Pœnitemini & credite euangelio.
Item Pœnitemini & conuertimini ut delean-
Apoca. 2. tur peccata ueſtra. Et Ioannes in Apoc. Memen-
to unde excideris & age pœnitentiam &c.
Denique a pœnitentia (euangeliſta teſte) ince
Mat. 3. 4. pit prædicatio Chriſti, Ioannis, & Apoſtolorū,
Luc. 3. clamabat nanque ille præcurſor in deſerto. Pœ-
nitentiam agite appropinquabit enim regnum
cœlorum. Et iterum facite ergo fructum dignum
Pſal. 58. pœnitentiæ, iccirco Auguſtinus ſuper illud Pſal
Auguſti. mi. Non miſerearis omnibus qui operantur ini-
quitatem ait. Omnino nulla peccata impunita
Deus relinquit. Iniquitas enim parua magnitu-
dine ſi punietur, neceſſe eſt ab ipſo homine pœ-
nitente, aut a deo iudicante, quam ob rem Pro
Pſal. 36. pheta inquit. Dixi confitebor aduerſum me in-
iuſtitiam meam domino & tu remiſiſti iniquita-
tem peccati mei.

Secunda pars concluſionis, ſcilicet quod ad
hominis iuſtificationem neceſſario ante requiri-
tur bonus uſus liberi arbitrij, nimis aduerſatur

modernioribus hæreticis, nihilominus eius ueritatem tum rationibus, tum utriuſq; teſtamenti authoritatibus conabimur oſtendere.

Primo enim ut clare liquet iuſtificatio impij eſt remiſſio peccati. Peccatum autem non remittitur quandiu uoluntas mala manet in peccatore, ideo neceſſe eſt uoluntatem malam ab eo recedere. Et ſic diſplicere ei quod prius placebat, in qua diſciplicentia cōſiſtit contritionis dolor, ut autem diſcedat prior uolūtas mala ſine cuius diſceſſu non iuſtificatur impius, neceſſario requiritur motus liberi arbitrij bonus, ſcilicet de malo in bonum de nole in uele, & de uele in nole igitur: &c. Prima ratio.

Secundo ad impij iuſtificationem neceſſaria eſt gratiæ infuſio. Ad gratiæ autem infuſionem neceſſe eſt ſubiectum præparari, non enim inducitur forma in indiſpoſitum ſubiectum, quare conſequens eſt ſubiectum diſponi ad gratiam, per quam expellitur peccatum, & licet hoc fieri poſſet a ſolo deo, ante requiritur tamen etiam aliquid in nobis, iuxta illud quod ait Auguſt. Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te, id uero quod a nobis prærequirit Deus, nihil aliud eſt, quàm opus liberæ uoluntatis reſpectu peccati prohibentis gratiæ infuſionem dicente Apoſtolo. Surge qui dormis, & exurge a mortuis & illuminabit te Chriſtus. Huiuſmodi autem reſurrectio fit per mortalium diſplicentiam peccatorum, poſt ſomnum marceſſentis corporis in eiſdem, quæ ſine motu liberi arbitrij bono fieri nequit ideo: &c. 2. Ratio.

Tertio ſicut iuſtificare non eſt niſi dei uolentis ita etiam Deus non dat eam niſi uolenti, dum 3. Ratio.

modo ſit in ſtatu ut conſentire & diſſentire poſſit, uele autem conſentire, motus eſt liberi arbit. bonus, igitur huiuſmodi motus neceſſarius eſt ad impij iuſtificationem.

4. ratio. Quarto hoc idem ſcripturarum authorib. oſtẽ-
Zach. 1. ditur ait enim dominus per Zachariam prophe-
Iacobi. 5. tam. Couertimini ad me & ego conuertar ad uos, cui fauet illud quod Iacobus ait. Appropinquate Deo & ipſe Appropinquabit uobis. Appropinquamus autem Deo non pedibus ſed uoluntate & cordis amore.

Hiere. 18. Præterea idem dominus per Hieremiam inquit. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui ut facerem ei, & paulopoſt, ſi fecerit malum in oculis meis ut non audiat uocem meam, pœnitentiam agam ſuper bono, quod locutus ſum ut facerem ei, certe huiuſmodi Dei uerba non diriguntur niſi ad hominem habẽtem liberum arbitrium tam ad bonum quam ad malum & contra.

Hiere. 25. Rurſus idem per eũdem ait. Reuertimini unusquiſque a uia ſua mala & a peſſimis cogitationibus ueſtris, & habitabitis in terra quam dedit dominus uobis & patribus ueſtris a ſeculo & uſque in ſeculum.

Ezech. 18. Proinde etiam dominus per Ezechielem clamat. Si impius egerit pœnitentiam de peccatis ſuis, ut ſupra oſtenſum eſt. Et infra. Nolo mortẽ
Ezech. 33. impij, ſed ut cõuertatẽ impius a uia & uiuat. Cõuertimini igitur a uijs ueſtris peſſimis. Alia etiã quamplura poſſent adduci ſcripturarũ teſtimonia, ſed hæc ſufficiãt. Ex quibus aduerſus Luthe-

ranos ita fortiter argumentor. Aut Deus in his authoritatibus ſupra allegatis loquitur ad iuſtos aut ad peccatores exiſtentes in peccato mortali. Non primum quoniam nõ eſt neceſſe ut iuſti conuertantur a uĳs malis.

Ideo ſecundum dicendum eſt & ſic peccatores habent libertatem ſe conuertendi de malo in bonum, poſſuntque habere bonum motum in Deum deteſtando peccatum quare libertatem ſe præparandi ad gratiã, & per conſequens peccatores poſſunt facere quod in ſe eſt (quod hi hæretici turpiter negant) & ſi dicas Deus præuenit eos gratia ſua quæro tunc de illa gratia uel iuſtificat, uel non, ſi ſic, ergo prius ſunt iuſtificati antequam conuertantur, ſi non, ergo ipſi peccatores de ſe poſſunt conuerti, & non niſi per bonum uſum liberi arbitrĳ, ergo ille neceſſarius eſt, (ſtante ſemper tamen generali influentia Dei) qua uocat omnes homines ad pœnitentiam. Non negent igitur amplius Lutherani peccatores poſſe facere, quod in ſe eſt, ſeque ad gratiam recipiendam diſponere ex eorum libera uoluntate, alioqui omnes ſcripturarum codices, ac Dei exhortationes, non minus quam authoritates ſuperius allegatæ falſe dĳudicarentur. *Optima in Lutheranos ratio.*

Quinto ſecundum generalem Dei ordinationem non eſt poſsibile aliquem adultum a peccatis liberari ſine actu amoris. Nam quemadmodum in omni peccato fit auerſio a Deo ad creaturam plus Deo dilectam, propter cuius dilectionem diuinum præceptum contemnitur, ita in conuerſione neceſſe eſt ſe auertere a creatura & pecato propter deum, pro cuius amore crea- *Ratio 5.*

tura contemnitur, ut conuerſio ex oppoſito correſpondeat auerſioni & conuertere ſe ad ipſum deum ſuper omnia diligendum.

Ex Aug. concluditur propoſitum. Propter hoc enim Auguſt. 14. de ciui. dei. cap. ulti. hos duos amores tanquam radices duarum ciuitatum iuſtorum, ſcilicet & reproborum poſuit, illius amorem dei uſq; ad contemptum ſui, et iſtius amorem ſui uſq; ad contemptum dei, unde neceſſario ſequitur quod in iuſtificatione impij relinquatur amor ſui & aſſumatur amor dei, & per conſequens clariſſime conſtat ad impij iuſtificationem neceſſario requiri bonum motum liberi arbitrij in deum propter amorem ſui: &c.

Confirmatur ratio. Rom. 6. Et hoc idem confirmat Apoſtolus ad Ro. d. Humanum dico uobis propter infirmitatem carnis ueſtræ, ſicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem, quod rectius & uerius intelligitur de mẽbris interiorib. intellectu, ſcilicet & uoluntate quibus pręcipue ſeruiendum eſt iuſtitiæ, qui Chriſtus eſt, ſicut ergo illa membra auerſa ſunt a deo ad iniquitatem in perpetrãdo mortale crimen, ita conuertenda ſunt ad deum. Hæc autem auerſio fit et conuerſio contrarijs actibus intellectus, & libere uoluntatis, igitur nulla contritio ſeu interior pœnitentia eſt ſine libero arbi.

Ratio. 6. Sexto tres pœnitentiæ partes communiter aſſignãtur uidelicet contritio, confeſſio, & ſatisfactio. Quemadmodum ergo contritio & ſatisfactio non ſufficiunt ſine confeſſione in actu (ut in præcedenti tractatu oſtenſum eſt) ita nec confeſſio & ſatisfactio ſine contritione in uoto. At ubi eſt uotum conterendi, ibi eſt contritio. & ubi

eſt contritio, ibi eſt nole peccaſſe, & uele operari bonum, igitur huiuſmodi actus eliciti ſunt in plena facultate uoluntatis: Quare nulla eſt contritio ſeu interior pœnitentia abſq; uſu liberi arbitrij bono.

Septimo ait Ioan. Apoſtolus. Qui non diligit manet in morte, ergo ſine dilectione Dei nemo ſuſcitatur a morte. nulluſq; ſine dei amore conſequitur indulgentiam ſine qua etiam nemo inuenit gratiam, quod etiam liquet per illud quod Chriſtus de peccatrice ait. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Dilectio autem eſt actus libere uoluntatis igitur &c. *Ratio 7.* *1. Ioan. 3.* *Luc. 7.*

Ex his ergo rationibus & ſcripturarum teſtimonijs manifeſtiſſime claret aduerſus falſa Luthera. ſcripta. Nulla contritionem ſeu interiorem pœnitentiam eſſe ſine libero arbi. quæ quidem interior pœnitentia, cum ſit neceſſaria cuilibet adulto exiſtēti in peccato mortali, ut iuſtificetur, eius iuſtificatio abſque uſu liberi arbitrij bono minime acquiri poteſt, quare pœnitentia interior quę fit per cordis contritionem aperte oſtendit liberum arbitrium neceſſario dari. &c. *Ex his. 7. rationibus ſatis ſufficienter cōcludit lib. arbitrij.*

De exteriori pœnitentia.

POenitentia exterior, ut diffinit Ambroſij eſt mala præterita plangere, & plangendo iterū non committere, de qua dominus per Iohelem prophetam ait. Conuertimini ad me in toto cor de ueſtro in ieiunio, fletu, & planctu, & ſcindite corda ueſtra & non ueſtimenta ueſtra. Apoſtolus quoq; inquit iccirco exhibeamus nos ſicut dei miniſtros in ieiunijs, uigilijs, & caſtitate, & idem ad Romano. Non in comeſſationibus & ebrietatibus non in cubilibus, & impudicitijs, *Ambro.* *Iohelis. 2.* *2. Corr. 6.* *Rom. 13.*

ſed induimini dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Conſiſtit igitur huiuſmodi exterior pœnitentia in exteriori corporis cruciatu, in ieiunio, fletu, oratione. & elemoſyna uelut illius primæ pœnitentiæ fructus, de qua Ioannes clamans in deſerto ait. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. *Matth. 3.* Talis autem exterior pœnitentia præexigit primam interiorem. ſ. cordis cōtritionem, quæ eſt inſtitutio nouæ uitæ quemadmodum opera meritoria exigunt fidem, pariter, & gratiam. Hæc eſt enim illa pœnitentia de qua dominus, Si clau *2. Pará. 7.* ſero cœlum, & pluuiam non fluxerit & mandauero locuſte ut deuorent terram, & miſerim peſtilentiam in populum meum, conuerſus autem populus deprecatusq́ me fuerit & egerit pœnitentiam a uijs ſuis peſſimis ego exaudiam illum de cœlo, &c.

De exteriori pœnitentia uera.

Quid ſit uere peni tere. HAnc inſuper exteriorem pœnitentiam in ſcripturis duplicem reperiri fatemur, ueram. ſ. & falſam pœnitentia enim exterior uera eſt quæ præſuponit aliam primam interiorem, & hoc ſiquidem modo illum uere pœnitet, quem non tātum ore & opere, ſed & corde pœnitet, quemad *2. Reg. 12.* modum Dauid qui cum adulterium ſimul & homicidium perpetraſſet redargutusque a Propheta Natham dixit. Peccaui domino, quæ quidem uerba ita fuerunt ex magna cordis contritione prolata, quod meruit audire, dominus tranſtulit peccatum tuum, & paulo poſt cū ille idem magna afflatus ſuperbia, mandaſſet numerare populum ſuum. Qua propter miſiſſet peſtilentiam *2. Re. 24.* dominus in Iſrael per tres dies ſecundum quod

ipſe elegerat, uidens angelum cedentem populum clamauit ad dominum et dixit. Ego ſum qui peccaui & iniquæ egi, iſti autem oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur obſecro furor tuus contra me & contra domum patris mei & ita fructum pœnitentiæ dignum egit, quo placatus fuit deus.

Achab Regem Iſrael ſceleratisſimum ſimili modo pœnituit, qui cooperuit carnem ſuam cilicio, ieiunauit & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite: et ideo mutata eſt pœna ſua quã meruit. Sic Manaſſes Rex Iuda uinctus cathenis & in Babilonem ductus egit pœnitẽtiam ualde coram domino & reduxit eum dominus in Hieruſalem in regnum ſuum. 3. Re. 21. 2. Para. 33.

Præterea audita terribili potentia Oloſernis, ſacerdotes induerunt ſe ciliciis & ex toto corde omnes orabant dominum ut uiſitaret populum ſuum. ipſa autem Iudith habens ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunauit omnibus diebus ſuis præter ſabbata & neomenia & feſta domus Iſrael. Iudith. 4 & 8.

Proinde Iob quamuis eſſet iuſtus ac timens deum & recedẽs a malo tamen dicebat ego pœnitentiam ago in fauilla & cinere. Iob. 42.

Niniuitę inſuper ad prædicationem Ionę ueſtiti ſunt ſaccis a minore uſque ad maiorem, et prędicauerunt ieiunium egeruntque pœnitentiam. Ione. 3. 1.

Denique appropinquante exercitu Timoth. Machabeus, & qui cum illo erant deprecabantur dominum capita terra aſpergẽtes, lumboſq; ciliciis præcincti, ad altaris crepitudinem prouoluti, ut ſibi eſſet propitius & inimicis eorum inimicus. Iſtos enim omnes uere & non falſe pœnituit &c. 2. Mac. 10

Quãplura etiã exẽpla de huiuſmodi exteriori.

Matth.11. pœnitẽtia uera habemus in noua lege. Nam Ioã.
Luc.7. baptiſta ſanctificatus ante quam natus, uitã du-
Matt.26. xit auſteram de quo Chriſtus ipſe uenit nõ man
Actu.2. ducans neq; bibens. Liquet etiam de Magdale-
na, de Petro Chriſtum negãte, & alijs ut in acti-
bus habetur Apoſtolorum.

De exteriori pœnitentia falſa.

ALia autem eſt pœnitentia exterior falſa, quæ fit tantummodo per actus exteriores abſq; ulla cordis contritione & ſine firmo propoſito dimittendi peccata, & hac proprie hipocriſis eſt uana, falſa, ficta, & deceptoria pœnitentia, inimica deo & periculoſa ualde, ſic quippe falſe pœnitet hominem cum tantum ore, lachrimis, & operibus exterioribus ſed non corde pœnitet. Et hoc ſiquidem modo pœnituit Saulem qui dixit ad
1.Reg.15. Samuelem. Peccaui quoniam præuaricatus ſum ſermonem dei ſed nunc porta quæſo peccatum meum, & reuertere mecum ut adorem deum. Nunq; tamen pepercit ei dominus. Quinimmo ſubiungit Samuel dicens. Porro triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur. Neque enim eſt homo ut agat pœnitentiam &c.

Curioſa difficultas At hic merito oritur quæſtio. Cur nam deus, pepercit Dauidi & non Sauli? ambo enim erant reges, ambo a deo electi, ambo prophetę, ambo peccauerunt, ambo etiam ueniam poſtularunt maxima cum lachrimarum copia. Cur igitur dimiſit deus peccatum Dauid, & non Sauli? qui forte minus peccauerat? Sed ad dubium de facili reſpondetur, quoniam pœnitentia Dauid tam exterior quam interior uera fuit. Pœnituit namque primo corde, deinde ore & opere. Illa autẽ

Saul

Saulis fuit pœnitentiá exterior falſa: quoniã tã-
tum ore & non corde pœnituit, ut claret in ſequẽ
ti cap. Cum enim Samuel lugeret Saulẽ dixit do
minus ad eum uſquequo tu luges Saulem ? cum
ego proiecerim eum ne regnet ſuper Iſrael, &
paulopoſt ſubdit. Homo enim uidet quæ appa-
rent, deus autem intuetur cor, quaſi uelit dicere:
homo reſpicit pœnitentiam exteriorem, deus
autem intuetur cor; hoc eſt cordis cõtritionem.
Ex quibus patet qđ Saul non doluit corde, ideo
non pepercit ei dominus. Dauid autem eo quod
ingemuit corde potius quã ore, meruit exaudiri.

Falſa itidem Pharaonis pœnitentia fuit cum *Exodi. 9.*
dixit. Peccaui etiam nũc, dominus iuſtus, & ego
& populus meus impij.

Sic falſo pœnituit Antiochum pariter & Eſau *2. Mac. 5.*
& quamplures alios, qui non inuenerunt pœni-
tentiæ locũ, tam & ſi cum lachrimis quæſierũt,
idcirco Baptiſta pcurſor uiriliter aduerſus mul- *Matth. 3.*
tos phariſeorum & ſaduceorum qui fingentes
pœnitẽtiam ueniebant ad baptiſmum ſuum cla-
mabat dicens. Facite fructus dignos pœnitẽtiæ,
hoc eſt ſecundum cordis contritionem.

Falſa denique ſunt omnia opera exteriora, tam
fidelium quam infidelium, etiam ſi ſint moraliter
bona niſi finaliter fuerint ordinata in deum tan-
quam in ultimum finem pariterque regulata ab in
teriori fide ac cordis uirtute quam deus principa
liter intuetur.

Falſa ideo fuit uirtus abſtinentiæ in Euripide
philoſopho qui ut philoſophiæ incumberet ab-
ſtinuit a carnibus & ab oĩbus coctis. At uera fu-
it abſtinentiæ uirtus in Daniele & ſocijs eius re- *Daniel. 1.*
nuentibus comedere edulia regis Nabucodono

ſoris, potius autem crudis leguminibus ſe paſcẽtibus, qua de re omnibus philoſophis ſapientiores effecti ſunt.

Falſa fuit uirtus caſtitatis in Tullio qui ſororem Hircij principis, uxorem accipere renuit exiſtimans ſe non poſſe uxori & philoſophiæ pariter operam dare. Vera autem fuit Ioan. Euange. caſtitatis uirtus, qui uirgo uocatus a domino, uirgo in æuum permanſit, & ueram Philoſophiam obtinuit dum ſupra pectus domini recumbens ſecreta cœleſtia penetrauit. *Ioan. 2.*

Falſa fuit uirtus cõtemplationis Thaletis Mileſij qui oculos ita fixos habebat ad ſidera quod ubi poneret pedes interdum obliuiſcebatur, ſed uera contemplatio Dauidis qui ait. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Et alibi, oculi mei ſemper ad dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. *Pſal. 22.* *Pſal. 24.*

Falſa uirtus patientiæ in Socrate, qui clamorẽ Xantipis uxoris ſuæ iniuriaſq;, atq; improperia, conuitia & contumelias ſuſtinuit, etiam aquæ ſuper caput effuſionem, propter exercitium patientiæ tollerauit. At uera uirtus patientię in Iob, qui poſt omnia mala quæ equo animo tolerauit non peccauit labijs ſuis, potius autem aiebat, ſicut domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen domini benedictum &c. *Iob. 1.*

Falſa uirtus paupertatis in Socrate, qui omnia bona temporalia contempſit, ſimul & diſcipulorum Pitagore, qui iuſſu magiſtri ſui in comuni uiuebant, non habentes aliquod proprium, inuicẽque ſe diligebant. Vera autem uirtus paupertatis fuit in Chriſto, qui ait. Vulpes foueas habent & uolucres cœli nidos, filius autem hominis nõ ha *Matth. 8.*

bet ubi caput ſuum reclinet, & in diſcipulis eius qui dixerunt. Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. *Matt. 15.*

Falſa ſapientia Platonis, qui amore Philoſophiæ per mundum peregrinabatur, pro qua etiã capi & uenundari a piratis paſſus eſt, teſte Hierony. in Epiſtola ad Paulinum. Sed uera fuit ſapientia Pauli, qui Chriſti amore ingreſſus in Sinagogas, prædicabat Iudeis Ieſum, quoniam hic eſt filius dei, circuibatque omnes Eccleſias maximis cum periculis etiam latronum. *Actuum. 9* *2. Cor. 12.*

Falſa fuit uirtus pietatis, qua Pitacus interfectorem proprij filij abſoluit a morte, aſſerens indulgẽtiam potiorem ac fortiorem eſſe uindicta. At uera uirtus pietatis fuit in Ioſeph, qui ꝓprios fratres ſui ipſius uenditores, non ſolum abſoluit & ditauit, uerum etiam cum fletu conſolatus eſt eos dicens. Nolite timere pro ſalute enim ueſtra miſit me dominus ante uos. *Gen. 45.*

Falſa fuit uirtus conſtantiæ pariter & iuſtitiæ in Torquato, qui amore reipublicæ proprium filium uictorem interfecit.

Similiter falſa fuit uirtus conſtantiæ & iuſtitiæ in Bruto, qui comperiens duos filios in conſpiratione aduerſus reipublicæ libertatem, in cõſpectu ſuo ad palum ligatos uirgis mandauit cedi, & poſtmodum decollari, cuius ſupplicij filiorum ipſe pater erat ſpectator, nullius doloris ſignum oſtendens.

Vera autem fuit uirtus conſtantiæ Abraæ, cum ad mandatum dei filium ſuum dilectiſſimũ Iſaac proprijs manibus occidere uoluit, ipſo etiam cõſtantiſſime uolente & nõ contradicente. Mater quoque ſeptem filiorum Machabeorum conſtã *Gen. 22.* *2. Mac. 7*

tiſſima fuit, quæ hortabatur eos ad moriendum ob legis obſeruationem.

Falſa inſuper fuit uirtus religionis Horatij, qui propter reipublicę bonum ſororem ſuam turpiter occidit eo quod mortuo uiro ſuo Romanorum inimico fleuit. At uera uirtus religionis fuit

Iudicū. 11. in Iepte, qui ex uoto, propter habitam uictoriā de inimicis populi dei, propriam filiam in holocauſtum obtulit deo, uel potius eius uirginitatē deo conſecrauit, ipſamq́ filiam ſuam perpetuis dei mancipauit obſequijs.

Falſa fuit humilitas ac deprecatio illius Phariſei, qui in templo apud ſe orabat dicēs. Deus gratias ago tibi, quia nō ſum ſicut cæteri hominum raptores, iniuſti adulteri &c. Vera autem fuit humilis deprecatio Publicani, qui longe ſtans nolebat oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pe-

Luc. 18. ctus ſuum .d. Deus propitius eſto mihi peccatori, qui & meruit iuſtificari a deo.

Falſa proinde fuerunt multorum gentilium opera, etiam moraliter bona, eo quod nō fuerūt

Actu. 10. dei amore finaliter operata. At uera fuerunt opera Cornelij Centurionis religioſi uiri, timentis deum, cuius orationes ac eleemoſynæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu dei. Quibus meruit illuminari. Siquidem non inconuenit, opera etiam moraliter bona eſſe falſa, cum ſuo ultimo fine fruſtrantur, nec quiſpiam ex illis conſequitur uerum illud animæ cœleſte bonum, ſcilicet erratorum ueniam & gratiam &c.

Opera moraliter bona interdum falſa dicuntur.

Falſa demum erant opera ſcribarum & phariſeorum hipocritarum, Vera autem opera Apoſtolorum, & diſcipulorum Chriſti ob eius amo-

rem operata. Deus igitur potius reſpicit intima cordis,ac mentis affectus, ut fidem ſpem & charitatem ac cordis cõtritionem,quàm cætera corporis exteriora opera,quæ & bona ueraq; dicuntur, quatenus ſunt ab interiori uirtute regulata, ac dei amore finaliter operata,quare interior pœnitentia quam deus maxime intuetur omni alia exteriori potior eſt. Abſque enim pœnitentia interiori nulla exterior accepiatur a deo, omnis igitur exterior pœnitentia uera præſupponit interiorem,& hæc de uera & falſa pœnitentia,ac uirtute ſatis ſint dicta.

Rurſum pœnitentiam exteriorem ueram trifariam ſummi uolumus, uno modo pro ſatisfactione quam ſibi aſſumit homo pro peccatis ſuis ut non tantum deleatur culpa,uerum etiam & pœna,utitur igitur interdum homo peccator hac duplici pœnitentia interiori. ſ. ut culpa remittatur a deo exteriori uero pro ſatisfactione ſeu remiſſione totalis uel partialis pœne ſibi debite de qua ſupra ſatis loquuti ſumus. Alio modo ſumitur pœnitentia pro ſatisfactione quæ ſequitur ſacramentum pœnitentiæ a Sacerdote impoſita confitenti, & hoc ſiquidem modo adhuc trimembris eſt pœnitentia,uidelicet ſolennis,publica,& ſecreta, Solennis namq; eſt quæ a ſolo Epiſcopo pro grauiſſimis criminibus publicis totam communitatem conturbantibus, Laicis fidelibus ſemel tantum cum debitis ſolennitatibus imponitur. Hæc autem nemini bis imponitur ne uilis habeatur, etiam ſi peccatum pro quo iniungenda eſt denuo perpetretur quo caſu pœnitẽtia publica aut ſecreta non negatur de qua habetur diſt. 50.c.quãuis. Hęc autem a ſuſceptione ordinis impedit et ideo

De ſatisfactoria pœnitentia.

De pœnitẽtia impoſita a confeſſore.

De ſolemni pœnitẽtia canones ample loquuntur.

nunquam clericis iniungenda eſt, ut eadẽ diſt. c. Hanc autem, & duobus ſequentibus capitulis.

De publica peniten tia. Pœnitentia uero publica eſt quæ pro manifeſtis peccatis iniungitur manifeſte in facie Eccleſiæ agenda, non tamen cum ſolennitate aſtantiũ clericorum. Sicut eſt publica correctio uirgarũ uel flagellorum, aut circuitio nudis pedibus, capite diſcoperto ante crucem proceſſionis dominicæ diei, aut peregrinatio ad ſanctum Petrum Romæ, uel Iacobum in compoſtoſtella, uel Mariam uirginem apud Lauretum, ſeu ad alium locum uiciniorem & hæc poteſt iterari pariter & a ſimplici Sacerdote iniungi.

Pœnitentia autem ſecreta eſt ſatisfactio pro peccatis a Sacerdote iniuncta ſecrete agenda .i. non publice, & hæc ſiquidem a peccatore pœnitente humiliter & deuote fieri debet acceptari & cõpleri. Licet ſit arbitraria reſpectu ſacerdotis.

Alio denique modo ſumitur pœnitentia pro ſacramento quæ communiter a doctoribus. 14. diſt. 4. q. 2 ita diffinitur. *De penitẽtie ſacramento.* Pœnitentiæ ſacramentum eſt abſolutio hominis pœnitentis, facta a ſacerdote iuriſdictionem habente, ſub certa uerborum forma, cum debita intentione prolata, ex inſtitutione diuina, efficaciter ſignificantium abſolutionem animæ a peccatis, de qua nonnulla neceſſaria ad animarum ſalutem in præſentiarum dicturi ſumus.

Optima difficultas.

PRo ſacramentali huiuſmodi confeſſione, ſeu pœnitentię ſacramento, merito queri poteſt. An per ipſum deleatur culpa & pœna. An tantum culpa uel pœna. *Prima hereticorum reſponſio.* Ad quam difficultatem reſpondent moderniores Hæretici, firmiter aſſeren

tes, per confeſſionis ſacramentum non remitti peccatum mortale, nec quo ad culpam, nec quo ad pœnam, ideo fruſtra quis ſua confitetur peccata, uanèq; immo falſe dicit ſacerdos ego te ab ſoluo & cætera. Aſſumptum nituntur probare eo quod ſola contritione (præuia dei fauente gratia) relaxatur culpa. Per aliam uero exteriorem pœnitentiam poteſt peccati pœna remitti. Nam ſi quiſpiam accedat ad confeſſorem cauſa ſua cō fitendi peccata tunc querunt. An ille eſt ſufficienter contritus uel non, ſi non, fruſtra irrita, uana, & inefficax eſt illa confeſſio. Si uero contritus eſt, cum omnes concedant per ueram & ſufficientem contritionem deleri peccatum, ſine ſacramento in actu, conſequens eſt dicere illum ſic contritum non amplius eſſe in peccato mortali, & ex conſequenti in Dei gratia, igitur non indigere alia ſacramentali confeſſione ſeu pœnitentiæ ſacramento, ut abſoluatur a peccatis, cum iam per priorem contritionem ſint ei omnia peccata remiſſa, et exiſtat in Dei gratia. Quare aſſerunt per pœnitentię ſacramentum non deleri culpam minus autem pœnam, & ita fruſtra poni.

Et ſi quiſpiam dicat, quod Sacerdotes ita peccata dimittunt, uel retinent, dum dimiſſa a Deo uel retenta iudicant, & oſtendunt. Nam Sacerdotem euangelicum ſoluere aliquem a peccatis nihil aliud eſt, quam Eccleſiæ oſtendere ipſum eſſe ſolutum &c. *Aliorum reſponſio.*

Hanc reſponſionem improbant Lutherani et alij quamplurimi ex quo per ſacramentum pœnitentiæ non relaxatur culpa, cum a deo per contritionem præuiam ſit remiſſa: prius quam ſuſci *Improbatur reſponſio.*

piatur ſacramentum in re: ideo ſacerdos euangelicus nullo modo remittit peccatum, & ita improuide & falſe imponit manum capiti peccatoris dicens. Ego te ab omnibus peccatis tuis abſoluo: &c. Aliud eſt enim peccata dimittere uel retinere, & aliud eſt peccata dimiſſa a Deo uel retenta iudicare & oſtendere.

Poſſet nanq; quiſpiam oſtendere aliquem eſſe funibus ligatum, & tamen ipſum non ligare, ſeu demonſtrare quẽquam eſſe ſolutum & nõ tamẽ ipſum ſoluere, ſic in ꝓpoſito licet ſacerdotes euãgelici oſtendant peccatores eſſe ligatos uel ſolutos nihilominus ꝑ hoc ipſos non ligãt uel ſoluũt, & licet iudicẽt & oſtẽdant peccata eſſe a deo dimiſſa uel retẽta, nõ tamẽ ex hoc ſeqtur ipſos talia remittere uel retinere, ideo (ut diximus) inferunt moderniores hæretici uel eorum fautores Sacerdotem euangelicum uane & falſe imponere manus ſuper peccatorẽ dicentẽ. Ego te abſoluo: &c. Et deniq; ex reſponſione data inferunt. Nullum eſſe inter legalem & euangelicum ſacerdotem diſcrimen. Nam quemadmodum ſacerdotes ueteris teſtamenti tantum oſtendebant corporales leproſos mũdatos eſſe, uel immũdos. Ita ſacerdotes euãgelici tantũ oſtendunt per pœnitentię ſacramentum peccatores eſſe ſolutos uel ligatos, peccataue eſſe retenta uel remiſſa: quare &c.

Alia catholica reſponſio & uerior.

AD pulcherrimam illam difficultatem aliter reſpondendum eſt, duplicem eſſe modũ conterendi, ſeu duplicem eſſe contritionem. Quandam enim in qua non includitur propoſitum cõ-

Duplex contritio. fitendi. Licet ibi ſit aliqua peccatorum diſplicentia & hæc proprie non dicitur contritio, ſed po-

tius attritio ſeu pœnitentia interior informis, Illa autem non ſufficit ad peccati remiſſionem. Alia autem eſt contritio in qua includitur deliberatio confitendi non in uoto tantum, ſed re & effectu, cum aderit tempus & facultas confeſſoris, & ita quodammodo ſacramentalis confeſſio, & ſacerdotis abſolutio ſeu pœnitentiæ ſacramentũ, operatur in huiuſmodi uera et ſufficienti contritione, antequam exibeatur in opere, eo modo quo ſacramenta habent cauſalitatem reſpectu ſui effectus. Nam ſtatuit Deus quod cum quis contritus habens uotum ſeu propoſitum confitendi, ac ſuſcipiendi pœnitentię ſacramentum, aſſiſtere uult huic ſic contrito ad delendum peccatum quod non faceret ſi uotum ſuſcipiẽdi pœnitentiæ ſacramentum non haberet, ſine illo enim nulla eſt uera contritio, per poteſtatem a Chriſto Apoſtolis ac eorum ſucceſſoribus datam de qua ſupra.

Sine propoſito confitẽdi nulla ẽ uera contritio.

Et hoc quidem ſignum eſt magnæ efficatiæ illius utiliſſimi ſacramenti. Quemadmodum & Chriſti paſſio in hoc efficax mirabiliter fuit, quo tam operata eſt ſalutem patribus ueteris teſtamenti prius quam exhiberetur in effectu, nec propter hoc pœnitentiæ ſacramentum ſimile eſt ſacramentis ueteris legis, illa nanq; tantum ſignificabant, iſta uero conferunt gratiam & augumentum eius ex opere operato, ſicut baptiſma adulto, & cætera noue legis ſacramenta rite ſuſcipientibus, præcipue autem confeſſionis ſacramentum ex inſtitutione Chriſti. Ideo cum dicũt hæretici per ſolam contritionem relaxatur peccatum & acquiritur gratia (uerum eſt) loquendo de illa contritione in qua includitur propoſitum cõ

Quomodo per ſacramentum confeſſionis remittitur peccatum.

fitendi & interdum in actu, nam per puram & ſimplicem contritionem ſine deliberatione confitendi nunquam remittitur peccatum nec acquiritur gratia. Ideoq; ſufficiens & uera contritio duo complectitur, ſcilicet dolorem ſeu diſplicentiam peccati commiſſi, atque propoſitum confitendi cum aderit tempus & facultas confeſſoris. Quare euidenter liquet cõfeſſionem in uoto operari in cõtritione ad peccati remiſſionem & gratiæ infuſſionem, & quemadmodum contritio includit confeſſionem in uoto, ſeu deliberationem confitendi. Ita confeſſio actualis includit contritionem & mentem ſatisfaciendi, quapropter ſacramentum pœnitentię delet actuale peccatũ, prout comprehendit contritionem interiorem, & exteriorem confeſſionem, ac ſatisfactionem. Hæ nanque partes ſunt integrales ſacramenti pœnitentiæ ſine quibus huiuſmodi confeſſionis ſacramentum eſſe non poteſt.

Tres principales pænitentiæ partes.

Quo nam modo ſacerdos pœnitentem abſoluit.

Liquet igitur ſacerdotem euangelicum imponendo manus ſuper peccatorem ſufficienter & uere contritum, abſoluere ipſum tanquam Chriſti miniſtrum ab omnibus peccatis ſuis, dicendo ego te abſoluo. &c. Deus autem uelut principalis cauſa, principaliter & effectiue remittit ei peccatum pariterq; gratiam miſericorditer elargitur. Et interdum primam gratiam, quæ confertur in præuia contritione, ſimul & augmentũ eius per ſacramentalem confeſſionem, exempli cauſa. Si quis enim non ſufficienter contritus ad confeſſionis ſacramentum accederet. In primo autem inſtanti uerborum abſolutionis ſeu in illo momento in quo Sacerdos incipit illum abſoluere, eliceret plenum ac perfectum actum cõtritio

Pulchrum exemplũ.

nis, tunc in illo inſtanti infunderetur prima gratia quę correſponderet actui contritionis cum gradu pręciſe corriſpondente operationi ſacramentali, & totum eſſet una prima gratia, cuius efficax ſignum eſſet pœnitentiæ ſacramentum ut includit contritionem in actu ac ſatisfactionē in uoto. Et ita nunquam ſacramentum pœnitentiæ delet erratum, ſine pręuia contritione uel cōcomitante, & ſic patet reſponſio ſufficientiſſima ad difficultatem ac hęreticorum obiectionem.

Concluſio Secunda.

SAcramentum pœnitentiæ eſt certum & efficax ſignum gratiæ ac remiſſionis culpæ, & interdum totalis quandoq; uero partialis pœnæ.

Prima pars patet quia quicunque ſacramentum pœnitentiæ ſuſcipit non ficte. Habet præuiam ſeu concomitantem contritionem ob quā conſequitur peccatorum remiſſionem, ideoq; ſacramentum pœnitentiæ eſt uerum & certum ac efficax inexiſtentis gratiæ ſignum, tum ob contritionem, tum ob ſacramenti uirtutem & ex cōſequenti remiſſionis culpæ.

Proinde abſolutio hominis confitentis prolata a Sacerdote eſt ſacramentum (ut in pręcedenti tractatu oſtenſum eſt) igitur eſt ſacræ rei ſignum, quare erit ſignum remiſſionis culpæ ac gratiæ adeptę.

Secunda pars concluſionis ſatis liquet ex eodem præcedenti tractatu de ſacerdotum poteſtate. Nam ſacerdos euāgelicus uirtute clauium aliquid pœnę remittit, pœnę, ſcilicet temporalis ſatisfactorie, pœna ęterna per contritionem iam in temporalem commutata: quare &c.

DE ECCLESIA ET EIVS AVthoritate in Luthe. octaua doctiſſima interluctatio.

Concluſio Prima.

ECcleſiam Chriſti ſponſam eſſe maioris authoritatis quàm euãgelium, abſque ulla animi ambiguitate fatemur, quare merito dicit Auguſt. Euangelio nõ crederem niſi Eccleſiæ authoritas me compelleret.

Pro clariori huius concluſionis lumine, ſupponendum eſt, hoc nomen (Eccleſia) uarias habere in diuinis ſcripturis ſignificationes a doctoribus pręcipue a Ioanne Ger. enumeratas ad euitandã huius nominis Eccleſię latentem equiuocationẽ, quas ego hic interſerere perutile eſſe arbitror.

Prima Eccleſiæ acceptio. Quandoq; enim accipitur pro templo materiali diuino cultui deputato, in quo Chriſti fideles p̃ diuinis operibus congregantur, & ita accipitur in ueteri teſtamento, ubi dominus ait. Non ingredietur manſer, ideſt de ſcorto natus in Eccleſiam domini, uſque ad decimam generationem, *Deut. 23.* in nouo quoq; teſtamẽto, ſcribẽs Paulus ad Corinth. *I. Cor. 11.* ait. Nunquid domos non habetis ad mãducãdũ & bibendum? aut Eccleſiam Dei contemnitis? Sed quoniam Eccleſia græce conuocatio latine dicitur, conuocatio autem non eſt unius, ſed plurium, ideo de prima illa Eccleſiæ ſignificatione non ſumus hic dicturi.

Secundo ſummitur Eccleſia pro congregatione fidelium, deum ac catholicas ueritates clare & beatifice cognoſcentium, & hæc quidem congregatio triumphans uocatur Eccleſia, quæ eſt beatorum in patria, qui aduerſus diabolum militiam Chriſto tenentes finaliter triumpharunt, de qua Pſalmiſta. Laus eius in Eccleſia ſanctorũ. Hæc eſt enim illa eccleſia quæ ſancta eſt & immaculata ſecundum ſe totam, & omnes ſui partes, ſine macula atque ruga, & ut ſponſa caſtiſſima ſponſum ſuum Chriſtum beatifico amore amplexatur, in cuius delitijs perpetue uiuit. Nec ab eius amplexibus aliquando abrumpi poteſt, aut ſeparari ſpiritualiter fornicando. Quia in amore & fruitione ſponſi eſt firmiter ſtabilita, atque perpetuo confirmata &c. *2. Eccleſiæ acceptio.* *Pſal. 149.*

Tertio eccleſia ſummitur in litteris ſacris pro congregatione omnium cognoſcentium ueritates catholicas enigmatice, ipſis per fidem aſſentiendo, teſte Apoſtolo. Nunc uidemus per ſpeculum, tunc autem facie ad faciem & cætera. Voco autem catholicas ueritates, quibus quilibet uiator actu, uel habitu, explicite uel implicite, aſſentire tenetur, & hæc congregatio uel hominum multitudo eccleſia militans merito nuncupatur, eo quod exerceat Chriſti militiam aduerſus ipſius hoſtes, diabolum, ſcilicet carnem, & mundum. De hãc enim dicitur in actibus Apoſtolorum, Attendite uobis & uniuerſo gregi in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei &c. *3. Eccleſiæ acceptio.* *1. Cor. 13.* *Actu. 20.*

Quarto capitur eccleſia nonnunquam pro tota & ſola prædeſtinatorum multitudine tam ſaluatorum quam ſaluandorum ſiue iam ſint beati *4. Acceptio Eccleſiæ.*

In re,ſiue beati in ſpe,ſeu beatificandi in re, & ita
Auguſt.in accipit .B. Auguſt. in multis locis præſertim in
enchariſt. enchiridion. Accipienda inquit eſt Eccleſia non
ſolum ex parte qua peregrinatur a ſolis ortu uſq;
ad occaſum laudans nomen domini, uerum etiã
quæ in cœlis ex quo condita eſt, ſemper cohæſit
deo, nec ullum malum ſui caſus experta eſt, &
ſuæ parti peregrinanti ſicut oportet opitulatur,
quia ei quæ una erit conſortio æternitatis. Nunc
una eſt uinculo charitatis quæ tota inſtituta eſt
Pſal.36. ad colendum deum,& ille idem ſuper Pſal.ſ. Iunior
fui etenim ſenui ait. Dominus in corpore
ſuo,quod eſt Eccleſia iunior fuit in primis hominibus,&
ecce iam ſenuit & poſtmodum, caput
noſtrum Chriſtus eſt, corpus illius nos ſumus.
Nunquid ſoli nos: & non illi qui fuerunt ante
nos: Omnes qui ab initio ſeculi fuerunt iuſti caput
Chriſtum habent,Illum enim uenturum crediderunt,
quem iam nos ueniſſe credimus & in
eius fide ipſi ſanati ſunt, in cuius & nos, ut eſſet
ipſe caput ciuitatis Hieruſalem,omnibus connumeratis
fidelibus ab initio uſq; in finem. adiunctis
& legionibus angelorum & exercitibus ut
fiat illa una ciuitas ſub rege uno, & una quędam
prouincia ſub uno Imperatore, fęlix in perpetua
pace,et ſalute,laudans dominum ſine fine beata.

5. Eccleſiæ acceptio. Quinto accipitur Eccleſia per oppoſitum,ſcilicet
pro peccatorum multitudine,et iniquorum
pariter & hæreticorum, ac tandem omnium reproborum,
& hæc ſemper opponitur Eccleſiæ
electorum eique contradicit, & ualde nequiter
Pſal.25. inceſſanter aduerſatur, de qua Pſal. Odiui Ec-
Auguſt. cleſiam malignantium, quam beatus Auguſti.
in libro de ciuitate dei. Babiloni. ideſt ciuitatem

confuſionis non immerito uocat. At in preſenti curere permixtim, cum Eccleſia ſiue ciuitate dei, ſed finaliter ſeparandam ac ſempiternæ miſeriæ ſubijciendam cum capite ſuo diabolo latiſſime declarat. Huius autem Eccleſię abominationes conſiderans propheta regius. Vidi inquit iniquitatem & contradictionem in ciuitate, & paulo poſt ſuper muros eius iniquitas & labor in medio eius & in iuſtitia. Nec defecit in plateis eius uſura & dolus De huius autem prauæ Eccleſiæ & ciuitatis incola dicit, noluit intelligere ut bene ageret. At horrenda ac malignantium dimiſſa Eccleſia, ad eam quæ fidelium eſt reuertentes recenſeamus & alias Eccleſiæ ſignificationes. *Pſal. 54.*

Sexto capitur Eccleſia uniuerſaliſſima pro uniuerſali congregatione omnium fidelium, a principio mundi, uſque ad conſumationem ſeculi, & ſic non ſolum comprehendit Eccleſiam Chriſti, uerum etiam ſynagogam Moyſi: ſimul & eos, qui fuerunt ſub lege naturæ, & hoc quidem modo accipit Eccleſiam beatus. Auguſti. x. de ciuitate dei cap. ultimo, ubi uult, quod non ſolum a tempore corporalis præſentiæ Chriſti & Apoſtolorum eius, ſed ab ipſo Abraham uſque in huius ſeculi finem peregrinando percurrit, Beatus quoque Gregorij in homel. Dominicæ ſeptuageſimæ dicit. Vniuerſalis Eccleſia, quæ ab Abel iuſto, uſque ad ultimũ electum, qui in fine mundi naſciturus eſt, quot ſanctos protulit quaſi tot palmites miſit. De qua etiam in libro numeri ſcribitur. Cur eduxiſtis Eccleſiam domini in ſolitudinem? Hęc eſt enim illa uniuerſalis Eccleſia, quę eſt unica, extra quam non eſt ſalus, quæ inſuper in ſcripturis ſanctis multis nominibus appella- *6. Acceptio eccleſie.* *Augu.* *Gre.* *Nume. 20*

Canticorũ tur, dicitur nempe columba, formoſa, ſpecioſa,
1.4.& 5. ſponſa, amica, ſoror, hortus concluſus, fons ſigna
Pſal.18. tus, immaculata. Item conſilium iuſtorum parti-
110. 121. cipantium timentium deum, Hieruſalem. Gene-
15 ratio iuſta &c. De qua dicit Apoſtolus ad Ephe.
Ephefi. 1. pariter & ad Coloſſ. Chriſtum dedit caput ſu-
Coloſſ.1. per omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus eius, & hoc ſiquidem modo Eccleſia comprehendit in ſe omnes fideles, bonos, & malos, ut clare liquet in parabolis euangelicis, ibi ſimile eſt regnum cœlorum, theſauro abſcondito in agro, & infra ho-
Matth.13. mini negociatori & paulo poſt ſimile eſt regnũ cœlorum. i. hæc uniuerſalis Eccleſia ſagenæ miſſæ in mari, & ex omni genere piſcium congregan-
Matt. 22. ti & cætera. Et alibi ſimile eſt regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo & alio in
Matth.25. loco. Simile eſt regnum cœlorum decem uirginibus quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſe: & cætera. In quarum parabolarum expoſitione dicunt ſancti. Malos intra Eccleſiæ gremium contineri, dummodo ta-
Auguſti. men in fide non errent, Vnde beatus Auguſtinus de fide ad Petrum parte ſecunda capito. 44. ait Firmiſſime tene & nullatenus dubites arcam dei Eccleſiam catholicam, & intra eam uſq; in finem ſeculi, mixtas frumento paleas contineri. i. bonos & malos, ſacramentorum communione miſceri, & in omni profeſſione ſiue clericorum, ſiue monachorũ. ſiue laicorum, bonos eſſe ſimul & malos, extra inſuper hanc Eccleſiam fore paganos, iudeos, hæreticos, ſchiſmaticos, uelut etiam hos Lutheranos, iam dixerat capito. 38 atque extra hanc Eccleſiam ſaluari neminem poſſe, etiam ſi pro Chriſti, nomine ſanguinem fuderit. c. 39.

aperti ſſim

apertiſſime demonſtrauit:quare &c.

Septimo ſummitur Eccleſia in ſacratiſſime pa gina,non ita uniuerſaliſſime,ſed aliquantulũ ſtri ctius ſcilicet pro congregatione omnium fideliũ qui fuerunt a tempore Chriſti,& Apoſtolorum: uſq; nunc ſibi ſuccedentium, & ſic diſtinguitur a ſynagoga Moyſi,& hanc quippe Eccleſiam, ac cipit beatus Auguſt.in Epiſtola loco fundamenti dicens. Euangelio non crederẽ, niſi Eccleſiæ au thoritas me cõpelleret.Hoc.n.modo eccleſia ma ioris eſt authoritatis quã Euangeliũ,ut infra pba bitur,& hæc uocatur Eccleſia chriſtiana quæ cœ pit ortum a Chriſto. Primo in Iudea ubi appella batẽ Eccleſia Hieroſolimitana.unde in actib.Apo ſtolorum ſcribitur.Et factum eſt in illa die perſe cutio magna in Eccleſia quę erat in Hieroſolimis. Secũda fuit antiochena in qua apoſtolus Petrus primo reſedit,& ibi primũ innotuit nomen Chri ſtianum,unde fideles primo uocabantur diſcipu li & fratres. Poſtea uocati ſunt chriſtiani,ſicut in actibus ſcribitur Apoſtolorum.Audierũt autem Apoſtoli & fratres qui erant in Iudea,& ſequitur in eodem cap.Et annum totum conuerſati ſunt.ſ. Paulus & Barnabas ibi in Eccleſia & docuerunt turbam multam ita ut cognominarentur primũ Antiochiæ diſcipuli chriſtiani &c.

7.Eccleſiæ acceptio.

Augu.

Actuũ.8.

Actu.11.

Octauo capitur Eccleſia adhuc particularius uidelicet pro cõgregatione omnium fideliũ actu exiſtentium,quæ eſt Eccleſia uera cum qua ſem per eſt Xp̃s,qa nunquã Eccleſiã ſuã dereliqt ipſo atteſtante qui ait. Ecce ego uobiſcum ſum uſque ad conſumationem ſeculi, claret nanque hic qđ

8. Acceptio Eccleſiæ.

Matth.28.

eorũm ſucceſſoribus ac omnibus ſuis, fidelibus, igitur cũ ipſe ſit uia, ueritas, & uita: ſeqtur ipſum ſemper nobiſcum habitare per gratiam &c.

9. Eccleſiæ acceptio. Nono Eccleſia ſummitur pro Eccleſia repreſentatiua, quæ eſt concilium generale in ſpiritu ſancto legitime congregatum, de qua Eccleſia ſecundum plurium expoſitiones intelligitur illud uerbum Chriſti de correptione fratris. Si te non audierit dic Eccleſiæ. Et ſi quis uelet dicere (Eccleſiæ ſecundum Lutherum) oportere per ambulare *Matt. 18.* totum orbem, q̃ ridiculum eſt dicere, concilium igitur generale, quod totam uniuerſalem Eccleſiam repreſentat, Eccleſia uere appellatur, alioqui nunquam congregari poſſet Eccleſia, quod eſt in quam ueritati diſſonum. Eccleſia enim uera omnium fidelium multitudo propter ſuam nimiã dilatationem nunquam congregatur, nec congregari poteſt ad quodcunque diſcernendũ, ſed conuocantur patres & uiri docti, omnes quoq; qui intereſſe uoluerint, quoniam nullus debite a concilio generaliſſimo expelli poteſt. Conuocantur igitur uiri illuminatiſſimi præſertim in diuinis ſcripturis doctiſſ. de omnibus mundi partibus, qui diffiniunt & deſcernunt quecunq; diffinienda & deſcernenda ſunt, tum maxime circa catholicæ fidei firmitatem, & ſic Eccleſia eſt ſupremum tribunal in terris habens authoritatem ſuper quam libet rem determinandam, necnon & ſuper quã libet perſonam ſingularem cuiuſcũq; ſtatus, eminentiæ, aut dignitatis extiterit, etiam ſi papalis, prout in conſtitutione frequens concilij conſtantienſis clarius diffinitur, Omnia autem quæ & hæc ſancta Eccleſia ſpiritu ſancto recta ordinat & de

Oẽs Chriſti fideles generaliſſimo concilio poſſunt intereſſe.

terminat, omnes Chriſti fideles ei parere tenen-
tur, ut infra clarius demonſtrabitur &c.

Decimo & ultimo ſumitur eccleſia magis ſtri- ctè.ſ. pro eccleſia particulari quæ ẽ pars eccleſiæ uniuerſalis, tales namq; plures ſunt de qb. Apoſtolus Pau. ad Ro. loquitur dicens. Salutant uos omnes eccleſię xp̄i, p̄miſit etiã quib gratias ago & non ego tantũ, ſed & cunctę eccleſię gentium. In Apoc. quoq; Ioan. ſeptẽ ſcripſit eccleſijs Aſię et ſecundũ hoc dicimus Eccleſia orientalis, Eccleſia occidẽtalis, et particularius Eccleſia Moguntina, eccleſia conſtantienſis &c. Diſtinguitur inſuper eccleſia, in eccleſiam Ro. Alexandrinam, Hieroſolimitanam, Conſtantinopolitanam, Antiochenã, & alias, quarum quelibet eſt Eccleſia particularis, ſic etiam ait Petrus. Salutat uos eccleſia quæ eſt in Babilone collecta, & ſic accipitur in diuerſis ſcripturę locis. Sed eſt ſciendum quod omnib. his modis quibus eccleſia ſumitur pro agregatione fidelium comprehendit tam uiros quam mulieres, tam laicos quam clericos: & forte alijs modis non accipitur in diuinis ſcripturis, Et ita ad eccleſiam his modis acceptam, fideles laici & mulieres pertinerit, non minus quam eccleſiaſticę perſonę, uerum in iure canonico nomen eccleſia alias habet ſignificationes a prędictis, quibus tãtum ad clericos reſtringitur. At quoniam tales eccleſię acceptiones nõ haberẽt locum aduerſus Lutheranos, ideo dimittende ſunt. His ergo ſic poſitis & declaratis probatur concluſio principalis, & primo ratione continentiæ ſic. Omne totum & uniuerſale perfectius maioriſq; uirtutis (Chriſtus non tantum loquitur Apoſtolis).

[Margin notes: 10. Eccle- ſia accep. — Rõ ulti. — Apoc. 1. — 1. Pet. 5.]

Prima rõ pro Eccleſia authoritate. & authoritatis eſt qualibet ſua particulari parte, Cum ipſum totum contineat actualiter & eminenter perfectionem, uirtutem ſimul & authoritatem omnium ſuarum partium. Sed quilibet euangeliſta euangelij ſcriptor, pariter & ipſum euangelium, pars eſt Eccleſiæ (loquendo de Eccleſia ſeptimo modo capta) quæ cõmuniter a fidelibus ſumitur, cum de Eccleſia abſoluta ſit ſermo, ut etiam patet authoritate diui Aug. ibidem allegata ergo relinquitur cum Eccleſia ſit quoddam totum uniuerſale continens Euangeliſtas & euangelia ſimul, ipſam eſſe maioris authoritatis quàm ipſum euangelium, immo quàm tota diuina ſcriptura: &c.

Quomodo ſumitur eccleſia in propoſito.

Secunda ratio. Secũdo hoc idem probo ratione antiquitatis Chriſtus non ſcripſit aliquem librum, uel euangelium; ſeu legem aliquam obſeruandam ante Eccleſię catholicę congregationem. Prius autem elegit Apoſtolos et diſcipulos, quibus nec præcepit ſcribere libros, aut leges: unde miſſurus Apoſtolos ad plantandum Eccleſiam, non dixit, Euntes ſcribite, ſed euntes in mundum uniuerſum prędicate euangelium omni creaturæ. Ideo lex fuit ſcripta in lapideis tabulis, euãgelium uero in cordibus. ut expreſſe manifeſtat Apoſtolus ad Corinth. dicens Epiſtola noſtra uos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus manifeſtati, quoniam Epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata a nobis & ſcripta, non atramento, ſed ſpiritu dei uiui. non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus cui arridet Hierem. Propheta dicẽs. Ecce dies uenient dicit dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda

Matt. 28. *2. Cor. 3.* *Hiere. 31.*

fœdus nouum non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus ueſtris & paulo poſt ſubdit, ſed hoc erit pactum quod feriam cũ domo Iſrael poſt dies illos, dicit dominus. Dabo legem meã in uiſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in deum, & ipſi erunt mihi in populum & cætera. Ex his igitur clare liquet Eccleſiam fuiſſe priorem ſcriptura noua & euangelio, quando enim Apoſtoli ceperunt prædicare nulla erat euangelij ſcriptura, nulla Epiſtola Pauli, & tamen erat Eccleſia Chriſti ſanguine conſecrata. Erat igitur eccleſia prior euangelio, in cuius poteſtate, & a qua emanauit euangelium, qua re concludendum eſt eccleſiam Chriſti catholicam a ſcriptu.a.rectam habere maiorem authoritatem ſuper cætera eccleſiæ membra, quã ipſum euangelium &c.

Tertio itidem probo ratione autenticationis. Omne enim habens poteſtatem autenticandi aliquod, maioris eſt nimirum authoritatis qua ipſum autenticatum, hæc maior clara eſt de ſe, ſed Eccleſia authoritatem habet totam autenticandi ſcripturam, nec non & omnia ad fidem pertinentia. Scriptura.n. (ut de ſe liquet) non eſt autentica ſine Eccleſiæ authoritate, canonici nanq; ſcriptores membra ſunt Eccleſiæ, corpus autem totum (ut probatum eſt) maioris eſt poteſtatis quolibet ſuo membro. Igitur & cęt. Sed quod euangelij ſcriptura ſit in Eccleſiæ poteſtate, perpulchre deducit eximius doctor Echius, ex illo argumento quod Achilles pro catholicis appellatur dicens. Vnde Hæretico uolenti contendere contra Eccleſiæ inſtituta, & conſuetudines obij-

Tertia rō.

Achilles p̄ catholicis Echij.

ciatur quibus armis uelit contendere contra Eccleſiam, dicturus eſt canonicis ſcripturis quatuor euangeliorum, ac Paulinis Epiſtolis. Huic mox obijciatur, unde ſciat has ſcripturas eſſe canonicas, niſi ex Eccleſia. Quare enim credit euangeliū Marci, qui Chriſtum non uidit, eſſe canonicum? & non euangelium Nichodemi, qui uidit & audiuit Chriſtum ut teſtatur Ioan. Sic cur euangelium Luce diſcipuli, eſt receptum & euangelium Bartholomei Apoſtoli, eſt reiectum? niſi humiliter cōfiteat̃ Eccleſiæ authoritatē ſup̄ euāgelia, ac euāgelioꝝ ſcriptores. Et hoc idē cōfirmat Aug. in libro cōtra Manicheos & recitat̃ diſt. 11. c. Palam, ubi ait. Palam eſt quod in re dubia ad fidem & certitudinem ualeat authoritas Eccleſię catholicæ quæ ab ipſis fundatiſſimis Apoſtolorum ſedibus uſq; ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet, & Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione firmatur, ubi eccleſia catholica Epiſcopos et populos a tempore Apoſtolorum uſq; ad hodiernum diem ſibimet ſuccedentes importat. Ecce igitur qualiter expreſſe habetur eccleſiā habere poteſtatem totam authenticam faciendi ſcripturam, & ex conſequenti eſſe maioris authoritatis quam ipſa euangelica ſcriptura: quare etc.

Ioan. 3.

Auguſtini Confirmatio per Auguſti.

Quarta rō pro eadē Eccleſie authoritate.

Quarto illud met probo ratione poteſtatis ab eccleſia exercitate. Apoſtoli. n. q; totam repreſentabāt eccleſiam ſine ſcriptura noui teſtamēti elegerunt Matthiam ordinauerunt quoq; ſeptē Diaconos. Petrus inſuper fecit ſpirare Ananiā & Saphiram. Item ſcriptura docet. Memēto ut diē ſabbati ſanctifices, ſex diebus op̄aberis & facies oīa opera tua, ſeptimo autem die ſabbatum domini

Actuū. 1. *Actuū. 5.* *Exo. 20.*

dei tui eſt &c. Et tamen eccleſia mutauit ſabba-
tum in dominicā authoritate ſua, ſuper quo nul-
lam habes ſcripturam. Præterea Chriſtus dixit *Matth. 5.*
diſcipulis in monte nō ueni ſoluere legē ſed adim
plere, Eccleſia tamen illud dictum euangelij de-
clarauit intelligi tantum pro lege morali decalo-
gi. Ideo in primo concilio pronuntiauit audacter [illegible]
ſuper ceſſatione legalium. Proinde in euangelio
Matthei legitur Chriſtum dixiſſe diſcipulis ſuis.
Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes
eos in nomine patris &c. Hic enim Chriſtus de- *Matt. 28.*
dit formam baptizandi in nomine trinitatis ex-
plicite. Et tamen eccleſia primitiua mutauit hanc
formam baptizandi in nomine Chriſti Ieſu. Peni *Actu. 19.*
tentiam agite inquit Petrus, & baptizetur unuſq;
que ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſio-
nem peccatorum ueſtrorum. His auditis bapti-
zati ſunt in nomine domini Ieſu, Deniq; ſcriptu-
ra diffinit in concilio, uiſum eſt ſpiritui ſancto &
nobis &c. Vt abſtineatis uos a ſimulachrorum
immolatis & ſanguine & ſuffocato. Rem autem *Actu. 15.*
tam clare diffinitam & expreſſam eccleſia ſua au
thoritate mutauit, quia & ſanguine & ſuffocato
utitur. Ecce poteſtas eccleſiæ magna ſuper ſcri-
pturam. Alia etiam quam plura poſſemus addu-
cere exempla, ſed hęc ſufficiant. tangit etiam iſta
ecchius. ſed hic ponuntur ut omnia ſimul habean
tur, quare &c.

Quinto idem propoſitum probo, Omnes. n. *5. ratio.*
Chriſti fideles magis tenentur uiuere ſecundum
Eccleſiæ authoritatem quam ſecundum ſcriptu-
ram igitur Eccleſia maioris eſt authoritatis quā
ipſa euangelica ſcriptura, conſequentia eſt nota,
antecedens probatur quia datis oppoſitum uos

Lutherani, tunc ſequitur illud quod perpulchre infert Echius primo loco de eccleſiæ authoritate, ſcilicet quod iam omnes Iudei uenientes ad baptiſma, etiam tenerentur ad legem Moyſi, quia ſic reperirent in ſcripturis Apoſtolos uidelicet & alios conuerſos uixiſſe. Paulo enim agen-
Act. 21. tibus reuertenti dixerunt Iacobus & ſeniores. Vide frater quot millia ſunt in Iudeis qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis. Audierunt autem de te quia diſceſſionem doceas a Moyſe eorum qui pergentes ſunt iudeorum, dicens non debere eos circumcidere filios ſuos. Nec ſecundum conſuetudinem ingredi. Quid ergo eſt? utique oportet conuenire multitudinem? audient enim te ſuperueniſſe. hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotum habentes ſuper ſe. His aſſumptis, ſanctifica te cum illis, & impende in illis ut radant capita, & ſcient omnes quia quæ de te audierunt falſa ſunt. ſed ambulans & ipſe cuſtodiens legem, de his autem qui crediderunt ex gentibus, nos ſcripſimus indicantes, ut abſtineant ſe ab idolis, imolato, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Ex his igitur claret hic Paulum cum multis hominibus millibus ſeruaſſe legem Moyſi legalem, ſeu ſuper legalia, iuſſu, ſcilicet Iacobi. Vultis ergo hæretici conuerſos ex iudeis hodie magis uiuere ſecūdum ſcripturas illas? An ſecundum Eccleſiæ authoritatem? Certe conſtat, quod non primum, ſed ſecundum dicetis, igitur authoritas Eccleſiæ preferenda eſt ſcripturis, & ſic his rationibus elucesſit conclusio noſtra prima ideo &c.

Secunda Concluſio.

DOctores ſancti conformiter ad uerba ſymboli Apoſtolorum, ut Auguſti. Hierony. Grego. Ambro. Cyprianus, Hila. Chriſoſto. & Bernar. cæterique ſancti. Attendentes Eccleſiam eſſe diuino cultui dedicatam. certiſſima fide formatam, ſancto incorporatam capiti. membrorum ſanctitate firmatam, ueritatis ſpiritu gubernatam, iuſtiſſimis ſanctionibus ſtatutis & legibus fulcitam, ſacramentis purificantibus adornatam, indefectibili præſentia ſponſi ſuſtentatam, ſolam gratiam refertam ſanctitatis, eam ſanctam profiteri nullatenus dubitarunt.

Mirantur nempe Hæretici, ſuper hanc poſitam concluſionem dicẽtes. Cum uniuerſalis quæ hic deſignatur Eccleſia, nomen ſit collectiuum, & nihil aliud quam homines, Chriſti fide, & ſacramentis unitos ſignificet (Quorum pars maior cum ſancta non ſit, ſed potius reproba, quia neque ſpiritus ſanctus uncta gratia, neque a peccatis ſeparata, neque ad cœleſtia a terrenis conuerſationib. leuata, quoniam multi ſunt uocati, & pauci electi, Chriſto, atteſtãte, qui et inſuper alibi ait. Per latam portam, & ſpacioſam uiam, quę ducit ad perditionem, multi intrant. Anguſtã uero portam et arctam uiam, quę ducit ad uitam inueniũt pauci.) Quomodo ergo eccleſia dicitur ſancta? Siquidem non a minore, ſed a maiore denominatio fieri ſolet. Si igitur eccleſię maior pars eſt reproba, minorque ſancta, qua ideo ratione (inquiũt Hęretici) denominatur ſancta, Ad quos dicẽdum eſt, quod eccleſia ex omnibus fidelibus cõgrega

Primo ab hereticis improbatur concluſio.

Matt. 20.

Matth. 7.

ta uere ſancta di. itur & eſt, non obſtante pluriũ membrorum prauitate & malicia, quod multis ex cauſis & rationibus a pleriſq;, etiam a nobis ſic pulcherrime oſtenditur.

Prima Ecclesie ſanctitatis ratio et cauſa. Primo enim eccleſia dicitur ſancta, quia eſt deo ſiue diuino cultui dedicata. Nam illa dicuntur ſancta, quæ a communibus uſibus ſeparata ſunt, diuinoq; cultui mancipata, quomodo ſancta dici poſſunt uaſa miniſterij, & ſancta ueſtimẽta, loca quoq; in urbibus uel ſuburbibus Sacerdotibus deputata, primogenita quoq;, bouum, & pecorum &c. Nunc autem Chriſti Eccleſia, populus, ſcilicet Chriſtianus, ex cunctis iudeis & gentibus collectus, de idolatria & ignorantiæ tenebris, euocatus, & ad unius ueri Dei cultum electus, recte dicitur ſanctus. Vnde Apoſtolus ad Ephe. *Ephe. 1.* Benedictus Deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. Et hoc idem confirmat Petrus Apoſtolus dicens. *1. Petri. 2.* Vos eſtis genus electum regale ſacerdotium, gens ſancta populus acquiſitionis, ut uirtutes annuncietis eius qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen ſuum, quia aliquando non populus. nunc autem populus dei. Ecce igitur qualiter ſcripturarum teſtimonijs (O hæretici) eo eccleſia uniuerſalis dicitur ſancta, qa per fidem ab infidelibus eſt ſeparata, & ad colendũ uerum deum conuocata: &c.

2. ratio p Eccleſiæ ſanctita. Secundo dicitur eccleſia ſancta ratione formę. Non ratione partium materialium, cum enim ec

cleſia corpus ſit miſticum, & ad inſtar corporis ueri habet partes materiales & formam. Materiales, ſcilicet homines fluentes, & ſic inuicem ſuccedentes, formam ueram miſticam, Chriſti fidē ueram. Propter quod ſancti eccleſiam diffinientes aiunt, Eccleſia eſt corpus Chriſti miſticum fide animatum. Hæc autem Chriſti fides uera eſt, recta & ſancta, unde totum corpus eccleſiæ dicitur ſanctum, ſicut homo ſanctus eſt propter animam ſanctam, licet in corpore aliqua ſit macula uel turpitudo &c. *Quid ſit Eccleſia*

Tertio eccleſia dicitur ſancta ratione capitis Chriſti qui eſt ſanctus ſanctorum teſte Daniele, cui eccleſia matrimonio eſt coniuncta, & ut ſpōſa irrepudiabilis copulata, ſecundum illud Oſeæ. Deſponſaui te mihi in fide. Et Paulus ad Corint. Deſpondi uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto, Sic ergo ſancta dicitur a ſanctitate capitis, quod principaliſſimum eſt in ea. Nec modo a Chriſto, uerum etiam ratione partiū digniorum, quæ quidem partes ſunt homines ſancti, & iuſti, qui donec mundus finietur, in eccleſia eſſe non deſinent ex Chriſti promiſſione ſuam aſſiſtētiam eccleſiæ promittentis uſq; ad ſeculi conſummationem, de quo uenerabilis Beda, Ex hoc intelligitur quod uſq; in finem ſeculi non ſunt defecturi in mundo, qui diuina manſione & in habitatione ſunt digni in eccleſia. At quia ab excellentiore & digniore denominatio fieri ſolet. Ideo recte eccleſia ꝓpter ſanctos qui in ea digniores ſunt, nomen ſibi uendicat dignitatis. *Tertia rō* *Dani. 9.* *Oſee. 2.* *2. Co. 11.*

Quarto ſancta dicitur eccleſia qꝛ ſanctitas magis intime & inſeparabilius ſibi ꝓpter ſanctos, quam malitia ꝓpter reprobos cohæret, malitia *4. ratio ꝓ eccleſie ſā ctitate.*

enim non ſemper eſt in Eccleſia, ſed modo adeſt, modo abeſt. Nunquam tamen fuit priuata ſanctitate. Nam ante lapſum primorum parentum Eccleſia fuit in eis ſine malitia, ſimiliter poſt lapſum pœnitentibus parentibus primis, ante fratricidium Caim. Item poſt diluuium prius quàm a filio Can pater Noe derideretur. Nunquam igitur ut dictum eſt, fuit Eccleſia ſine ſanctitate, qa dominus amat iudicium & non derelinquit ſanctos ſuos, ſed in æternum conſeruabuntur, & hoc intelligendum uidetur de ſanctitate ſecundum prædeſtinationem. Poſt autem nouiſſimam malorum ſeparationem extirpata malitia, Eccleſia ſanctitate perpetua perfruetur, dum ibunt hi in
Matth. 25. ignem æternum. Iuſti autem in uitam æternam, in quam non intrabit aliquod coinquinatum aut
Apoc. 21. abominationem faciens aut mendacium. Cum ergo unum quodq; potius denominatur ab eo quod ineſt quaſi per ſe, quam ab illo quod ineſt per accidens. Hinc digne cõcludendum eſt Eccleſiam potius ſanctam, quam peruerſam, aut reprobam appellari &c.

Quinta ratio pro eadem eccleſiæ ſanctitate. Quinto adhuc eccleſia dicitur ſancta a ſuo rectore. Regitur ſiquidem a ſpiritu ſancto quem Chriſtus promiſit Apoſtolis pro eccleſia quæ tunc in eis conſiſtebat. Rogabo inquit patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uo-
Ioan. 14. biſcum in æternum ſpiritum ueritatis. Sed ut clare liquet Chriſtus non loquitur ibi de Apoſtolis tantum qui non erant manſuri in æternum, uerum etiam de eorum ſucceſſorib. uſq; in fine mundi. Item Paracletus autem ſpiritus. s. quem mittet pater in nomine meo (ut ibidem habetur) ille

uos docebit omnia, & infra. Multa habeo uo- *Ioan.16.*
bis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cum autem uenerit ſpiritus ueritatis, ille docebit uos omnem ueritatem. Per quæ & alia multa ſimilia intelligitur regimen eccleſiæ commiſſum eſſe ſpiritui ſancto Chriſto recedente ſecundum ſui præſentiam corporalem. Et ideo non ſine rationabili cauſa in ſymbolo Apoſtolorum poſt articulum de ſpiritu.s. Sequitur ſtatim articulus de eccleſia cum dicitur. Credo in ſpiritum ſanctum ſanctam Eccleſiam catholicam, ut ſit ſenſus ſecundum ordinem uerborum. Credo in Spiritum ſanctum regentem gubernantem, atque ſanctificantem Eccleſiam catholicam. Et ſic reſoluendus eſt hic articulus ſecundum proprium ſpiritus.s. opus. Hoc eſt. Credo in ſpiritum ſanctum non tantum in ſe, & ſecundum ſe ſanctum. At etiam credo in eum ſecundum proprium opus eius, quod eſt Eccleſiam ſanctificare. Neque eſtimandum eſt articulum illum intelligi debere de eccleſia triumphante, cui ſanctitatem ineſſe nullus dubitat Chriſtianus. Sed de eccleſia militante, quam Chriſtus ſe fundaturum pollicitus eſt ſupra firmã petram ideſt fidei confeſſionem, contra quam etiam portæ inferi non præualebunt, quæ certe confeſſio fidei dei non competit ſtatui Eccleſiæ triumphantis, quoniam teſte Apoſtolo. Cum uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Vnde cum omnis chriſtianus illam Eccleſiam profiteatur ſanctam, quam dominus ſupra firmam fundauit petram, ideſt fidei confeſſionem, quæ non eſt triumphantis, ſed militantis Eccleſiæ. ſequitur hanc Eccleſiam profiteri in ſymbolo, cum dicit.

Verus iſtius articuli intellectus credo in ſpiritũ ſanctum ſanctã eccleſiam.

1. Cor. 13.

Credo ſanctam Eccleſiam catholicam. Et hęc de
Auguſti. niq; eſt ſentẽtia diui Aug. in expoſitione ſymboli.
Grego. Paritercp beati Grego. in regiſtro: quare &c.
6. ratio. Sexto dicitur Eccleſia ſancta propter ſanctas
leges & ordinationes, leges. ſ. euangelicas, leges
quoque ipſius Eccleſiæ in diuinis fundatas. qui-
bus regitur & gubernatur, quarum trãſgreſſores
utiq; diuinã legẽ ſoluũt, illã. ſ. de qua dñs dicit in
Luc. 10. euangelio Luce. Qui uos audit me audit, & qui
uos ſpernit, me ſpernit. Nam in fide & moribus
& in his quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Eccleſia
uniuerſalis errare non poteſt. (Licet oppoſitum
afferant Lutherani.) Nos autem uniuerſalem Ec
cleſiam ſpiritu ſancto rectam non poſſe errare
omnino fatemur. Domino promittente, qui ait.
Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre ut non deficiat fides tua.
Et alibi ſuper hanc petram hædificabo eccleſiam
meam, et portæ inferi non præualebunt aduerſus
eam, & infra loquens de fraterna correctione ait.
Matth. 16. Si te non audierit dic eccleſię, ſi eccleſiam non au
Matt. 18. dierit ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus, in qui-
bus & alijs fundatur poteſtas diffiniendi, deter-
minandi, ſtatuendi, decernendi præcepta, leges
& canones conſtituendi &c.
Ratio. 7. Septimo appellatur eccleſia ſancta a ſacramẽ
torum ſanctitate, quæ in ipſa per eccleſiæ mini-
ſtros continue diſpenſantur, quæ nec inquinari
poſſunt per maliciam miniſtrorum, ſed ſemper
deo placent proſuntque ſuſcipienti non ponenti
obicem, ſiue per bonos ſiue per malos diſpen-
ſentur &c.
tio. 8. Octauo ſancta eſt eccleſia ex continua aſſiſtẽ-
tia chriſti ſui ſponſi, perpetuaue manſione ſpiri-

tus ſancti, prout ſupra habitum eſt. Nam manſio ſua quam chriſtus promiſit eccleſiæ: nō eſt quantum ad corporalem præſentiam intelligenda. Sic enim abijt in cœlum & donec ſeculum finietur ſurſum eſt dominus, ſed huiuſmodi Chriſti manſio a beato Auguſtino exponitur per fidem, doctrinam & charitatem, Ex quibus conuenio in uos O hæretici Lutherani, qui uſque ad præſens audacter negaſtis eccleſiæ ſanctitatem. Quomodo enim non eſt hæc eccleſia ſancta? pro qua ſanctificanda ſanctus ſanctorum Chriſtus ſanguinem ſuum fudit? ut aperte teſtatur Apoſtolus ad Epheſios. D. Chriſtus dilexit eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, ut eam ſanctificaret. mundans eam lauachro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiā, nō habentem maculam neque rugam. aut aliquid huiuſmodi. ſed ut ſit ſancta & immaculata, Sanctam demum eſſe neceſſe eſt, pro quà ſanctificànda Chriſtus qui ſemper exauditus eſt pro ſua reuerentia, patrem orauit dicens. Pater ſanctæ ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, ut ſint unū, ſicut & nos unum ſumus & cætera. Ecce miranda uerba, quæ Chriſtus pro eccleſia format orādo, & ne aliqui putent Chriſtum tantum loqui de Apoſtolis. ſequitur infra. Sanctifica in nomine tuo eos in ueritate. nō enim pro eis rogo tantum, ſed pro his, qui crediturí ſunt per uerbum eorum in me. Supra enim immediate dixerat Chriſtus. Sicut tu me miſiſti in mundum. Ita & egó miſi eos in mundum, & pro eis ego ſanctifico meipſum ut ſint & ipſi ſāctificati in ueritate. Nō poterat quippe de Eccleſiæ ſanctificatione ex-

Author hic conuenit in Lutheranos.

Ephe. 5.

Ioan. 17.

Dictum chriſti mirabile pro Eccleſiæ ſāctitate.

preſſius & clarius ſcriptura loqū. Ideo &c.

Nona ratio pro ultima eccleſiæ ſanctificatione. Denique dicitur Eccleſia ſancta, quia tantum in ea, nulloq; modo extra eam poteſt quis ſanctificari, ſanctæq; ad ſalutem uiuere, & ſi nanque extra eam ſacramenta percepta uera ſint, ne quaquã tamen ſalutifera, de qua Auguſt. de fide ad Petrũ *Auguſti.* parte prima inquit, Baptiſmus quidem extra eccleſiam eſſe poteſt, ſed niſi in eccleſia prodeſſe nequit. In Eccleſia igitur catholica tantummodo poteſt prodeſſe baptiſma, & opera miſericordię. Pariterq; nominis Chriſti glorioſa confeſſio. Si tamen in eccleſia catholica beneuiuatur. Merito ergo ſancta dicitur eccleſia intra quam ſolam, & non extra, ulla ſanctitas reperitur: Quare ex his omnibus concluſionem noſtram eſſe ueram clariſſime conſtat.

Tertia Concluſio.

OMnia enim ſancita per generale concilium in ſpiritu ſancto legitime congregatum uniuerſalis eccleſiæ ſanctæ repreſentatiuum a ſpiritu ſancto ſanciri fatemur, ideo ea firmiter credere eiſque aſſentire omnes Chriſti fideles ſub Dei indignatione tenentur.

Prima rõ pro concilij authorita. Hæc concluſio tam ueteris quam noui teſtamenti teſtimonijs demonſtratur, nam ut dictum eſt in nona eccleſiæ acceptione, Eccleſia uiuere ſalis uera quæ eſt omnium fidelium multitudo, propter ſuam nimiam dilatationem, & quia nimis numeroſa, nũq; cõgregat̃, nec cõgregari põt, ad quodcũq; diſcernendũ. Conuocantur aũt patres & uiri docti de omnibus mũdi partibus, ad

omnia

omnia diffinienda, & decernenda, & ſic concilium eſt ſupremum tribunal in terris, habens authoritatem ſuper quālibet rem, quamlibetq́; perſonam cuiuſcunque ſtatus, aut dignitatis fuerit. Et hoc quidem concilium initium habuit in ueteri teſtamento. Dominus enim in Deutero. ait. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam lepram & non lepram, & iudicium inter portas tuas uideris uerba uariari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit dominus deus tuus, ueniesque ad Sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij ueritatem, & facies quodcūque dixerint qui præſunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius ſequeriſque ſententiam eorum nec declinabis ad dextram nec ad ſiniſtram, qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael cunctuſque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Ecce qualiter hic dominus omnia iudicanda & diſcernenda remittit ad ſacerdotes, uniuerſalem Eccleſiam repræſentantes, quorum congregatio concilium appellatur. Præcepit inſuper cuilibet habenti aliquod difficile negocium, & ambiguum, ire ad ſacerdotum cętum. Mandatque deinceps, ut ſequatur eorum ſententias, nec audeat declinare ad dextram uel ad ſiniſtram, ſub mortis ſententia. Si igitur tanta poteſtas data erat ſacerdotibus ueteris teſtamenti, tantaque ſubditorum iuſſio, cur in lege gratiæ generale concilium ueræ

Deut. 17.

Author hic ex authoritate īfert propoſitum.

credentium in ſpiritu ſancto legitime congregatum uniuerſam Eccleſiam Chriſti repręſentans, hac poteſtate carere debet? Cum dominus & ſaluator noſter maiorem ei conceſſerit poteſtatem, ipſo dicente. Quia ſi duo ex uobis conſenſerint ſuper terram &c. de omni re quam petierint fiet illis a patre meo q in cœlis eſt: Vbi enim erunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Quanto magis cum fuerint mille, uel plures in nomine Chriſti congregati, ad ea diſcernenda & diffinienda: quæ concernunt fidem & hominum ſalutem: ibi aderit Chriſtus & inhabitabit ſpirituſſanctus. Nullus enim euidentius poteſt conuinci non audiſſe Eccleſiam, quam ſi concilium noluerit audire. Nuſquam quippe reperitur maior conſenſus, quam in concilio. Nullibiquè Chriſti fideles congregari potuerunt plus in nomine domini quam in concilijs generalibus, Ideo &c.

Alia ratio. Prętерea generale concilium etiam paucorum doctiſſimorum autem & bonorum Chriſti fidelium in ſpiritu ſancto legitime congregatum, uniuerſalem omnium catholicorum repræſentat Eccleſiam, igitur qualis authoritatis erit tota uniuerſalis Eccleſia, talis erit generale concilium ipſam repræſentans, conſequentia eſt nota, antecedens probatur. Primo authoritate ueteris teſtamenti. Sępiſſime enim in Exodo, pręcipue autem cap. 19. habetur quod quando deus uoluit dare legem Moyſi præcepit ei dicens. Hęc dices domui Iacob & annũtiabis filijs Iſrael &c. Sed paulopoſt de Moyſe dicitur. Venit Moyſes & conuocatis maioribus natu populi expoſuit omnes ſermones domini &c. Et licet ſolum ſeniores po-

Exod. 19.

puli reſpondiſſent cum quibus loquebatur Moy ſes tamen ſubdit textus. Reſponditq; omnis populus ſimul. & tamen non erat ibi omnis populus niſi repreſentatiue, igitur maiores natu uniuerſum populū ſimul repræſentabat. & hoc eſt qđ in Deute. ſcribitur. Interroga patrē tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos & dicent tibi &c. Item in eccleſiaſtico ſcribitur. Ne deſpicias narrationem presbyterorum ſapientium, & in prouerbijs eorum cōuerſare. ab ipſis.n. diſces ſapientiā, & doctrinam intellectus, ſeruireque magnatis ſine querela. Non te inſuper prætereat narratio ſeniorum. Ipſi.n. didicerunt a patribus ſuis, quoniā ab ipſis diſces intellectum & doctrinam. Ex his igitur infero, quod ſi antiquitus tenebantur populi auſcultare narrationes ſeniorum patrum, nec non præsbyterorum ſapientium quanto magis tenentur laici indocti, cæteriq; omnes uulgares Chriſti fideles ſtare ad ſanctorum patrum Decreta in ſanctis concilijs determinata & ſancita. Tum maxime circa ea, quæ attinent ad Chriſti fidem, & animarum ſalutem. Non autem falſa Luthęranorum dogmata credere, eiſque prauis potius aſſentire dictis. Nam in pręteritis cōcilijs, ubi olim damnata fuerunt ea quę nuperrime ſuſcitarunt Luthęrani, aderant patres doctrinis & moribus uita ac ſanctitate præclari, repleti gratia & ſpiritu ſancto, uniuerſalem Eccleſiam repręſentantes, quibus magis credendum eſt quàm hęreticis Luthę. conciliorum decreta repudiantibus.

Deut. 4.

Eccleſia. 8

Conuincū tur hic Luthe.

Secundo illud idem antecedens.ſ. generale cōcilium in ſpiritu ſancto legitime congregatum, totam uniuerſalem eccleſiam repręſentare. Authoritate noui teſtamenti ſic probo. Habetur.n.

in actibus apoſtolorum, quod quidam deſcendẽtes de Iudæa docebant fratres, quia niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi non poteſtis ſaluari, facta ergo ſeditione non minima Paulo et Barnabæ, aduerſus illos ſtatuerunt ut aſcenderẽt Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad Apoſtolos & præsbyteros in Hieruſalem ſuper hac quæſtione. Ecce quomodo iſti impleuerunt illud Deutero. 17. Ex quibus etiam habetur, quæ erat tunc temporis eccleſia. non ſiquidem tota fidelium congregatio. ſed tantum Apoſtoli & presbyteri, qui uniuerſalem repræſentabant Eccleſiam, quod inſuper confirmatur per ea quæ in eodem capite ſequuntur. Surrexerunt autem quidam de hæreſi phariſeorum, qui crediderunt dicentes. Quia oportet circuncidi eos, præcipue quoque ſeruare legem Moyſi. conueneruntque Apoſtoli & ſeniores uidere de uerbo hoc. Et infra ponitur deciſio. 5. Viſum eſt ſpirituiſancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, quam hæc neceſſaria, ut abſtineatis uos ab immolatis ſimulachrorum & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, a quibus cuſtodientes uos bene agetis ualete. Ecce ex his habes concilij Apoſtolici formam. Apoſtoli enim & ſeniores conuenerunt. Gentes autem non ſe oppoſuerunt Apoſtolis, ſicut modo Luthærani concilijs, dicentes. Qua authoritate, qua ſcriptura id facitis? Cur adimitis nobis libertatem a Chriſto datam? &c. Si igitur illud Apoſtolorum & diſcipulorum conciliũ, totam uniuerſalem Eccleſiam repræſentabat. Habuitque poteſtatem ſtatuendi aliqua eſſe neceſſaria pro illo tempore. Multaque alia ſtatuit, quibus adhærere tenemur, eaque negantes Hæretici

Actuũ. 15.

Deut. 17.

Eiuſdẽ authoritatis eſt eccleſia nunc ſicut tẽpore apoſtolorum.

cenſentur, ergo pari ratione quodlibet generale concilium in ſpiritu ſancto legitime congregatũ, totam Eccleſiam repræſentat, quod erat propoſitum probandum, eandemq; haber poteſtatem ad quodcunq; diſcernendum, ſit idem Chriſtus, idem ſpiritus ſan. eadẽ fides igit eadẽ conciliorum poteſtas quare &c. Denicq; ut etiã perpulchre de ducitur ab Echio, tollatur conciliorũ authoritas, tunc oĩa in Eccleſia erunt ambigua, dubia, pẽden tia, incerta. Nam oẽs mox redibunt hæreſes, conciliorũ authoritate damnatę, quod ſi ſcripturis cõtra repugnabis, iam ſecluſa authoritate Eccleſiæ, reĳcient ſcripturam quam uolent, ſicut modo Luther reĳcit epiſtolam ſancti Iacobi quia aduerſatur ſibi. Similiter Machabæ. &c. Et olim Hæretici non acceptarunt quatuor illa euangelia ſicut Manichæi reiecerunt uetus teſtamentum. Res profecto miſeranda. Nam ſi illud Hæreticorũ eſſet uerum. Tunc. n. occurrente aliquo dubio in fide nõ eſſet uia decidendi illud, ſed quilibet iuxta prudẽtiam capitis ſui tẽderet in illam uel aliam partem. Qũo ergo Chriſtus ſufficienter prouidiſſet Eccleſiæ ſuæ per legem euangelicam, quę tamen debet eſſe perfectiſſima? Cum igitur neceſſaria ſit conciliorum authoritas pro fidei firmitate, ac aĩarum ſalute, ſequamur ſalubre ſapientis conſilium dicẽtis in prouerbĳs. Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui, ergo concilia audiamus & patres, non Hæreticos nuper natos & apoſtatas. Pſalmiſta quoque ait. Quanta mandauit patribus noſtris nota ea facere filĳs ſuis, ut cognoſcat generatio altera. Igitur nos credamus mandaus concilĳs & patribus.

Vltima pulchra rõ *Prou. 22.* *Pſal. 67.* *Aduerſantur heret.*

Et ſi dicant Lutharani, in concilio ſunt homi-

nes qui errare poſſunt: ſępeq; fallunt & fallun-tur,cum omnis homo ſit mendax, igitur etiam cō cilium errare poteſt.

Reſpondendum eſt, quod ut patet in concilio generali legitime cōgregato ſunt homines recti, tamen ductore ſpiritu ſancto,qui eos falli non ſinit.nam & Paulus & Ioannes,Eſaias,quoque,et Dauid,fuerūt homines, & tamen eorum ſcriptis credere tenemur. Si igitur ſcriptores canonici infallibiliter ſcripſerunt qui fuerunt homines, ſic patres in cōciliјs afflatis ſpiritu ſancto, infallibiliter determinant ea,quæ ſunt in tota Eccleſia catholica ſeruanda: quare &c.

Pulcherrima difficultas.

HIc laudabiliter & non immerito quęrēdum eſt. An illa quę aſſerunt Luthęrani aduerſus Eccleſiam catholicam, ac conciliorum decreta ſanctorumquè antiquorum patrum ſanctiones ſunt in generali futuro concilio diſputationibus proponenda.

Quomodo ſumitur Eccleſia in propoſito.

Primo reſpondendum eſt quod falſa Luthæranorum dicta aduerſus Eccleſiæ ſanctiones non ſunt tanquam dubia & non bene in aliјs ſanctis conciliјs deciſa,aut conſiderata, ſeu rationabiliter damnata in generali futuro concilio diſputationibus proponenda nec ab illis contra nos ſuſtentanda,ita quod ipſi queant noſtris reſpondere obiectionibus falſa & hęretica ſuſtentando, ac more diſputantium noſtris argumentacionibus reſpondendo quoniam articuli Luthærani ſunt huiuſmodi quod ſi in diſputationem proponerentur ut ab ipſis eſſent ſuſtentandi iam myſteria fidei noſtræ ac Eccleſię & conciliorum authoritas, Ludibrio exponerentur. Habemus enim

2. ratio

Matt. 28.

ea,quę in ſanctis concilijs fuerũt determinata tan quam uera & certa,ideo non ſunt uelut dubia periculo exponenda.

Deinde ſcandalum non modicum oriretur nõ tantum apud ſimplices fideles, uerũ etiam apud Iudæos & infideles. Cum audirent ea in fide noſtra in dubium uerti,quæ a ſanctis patribus in cõcilijs ante mille annos immo ante mille & ducentos fuerunt conſtituta & decreta ac Apoſtolorũ tempore obſeruata. Nullus quippe etiam habẽs fidem ut granum ſinapis & aliquid prudẽtiæ iſta iudicaret diſputanda, tum maxime coram frigidis,& male ſentientibus laicis, pręcipue quia conſtat nobis de eorum ſubuerſione ac pertinacia certe nolunt diſputare coram doctis & literatis ac in Theologia,& in ſcripturis ſanctis exercitatis,ſed coram indoctis uulgaribus, quorum capacitas ſe nullo modo extendit ad iudicãda huiuſmodi myſteria fidei. 1. Cor. 3.

Præterea pleriq; eorum adeo ptinaces ſunt,ut libere promittant ſe articulos uſque ad mortem defenſuros, noluntque acquieſcere firmiſſimis rationibus, etiam ex fundamentis diuinarum ſcripturarum ſumptis , minus autem efficaciſſimis perſuaſionibus. Nolunt inſuper admittere alium iudicem , quam ſcripturam quam etiam uolunt ſuo modo ſecundum que propria capita interpretari,ideo liquet eos eſſe incorrigibiles & obſtinatos,qui nec ſunt docibiles dei, ſed innituntur propriæ prudentiæ ponuntque obſtaculum ſpiritui ſancto(ut peroptime diſputat Echius.) Confirma

Proinde quod nõ ſit hoc modo cum Lutheranis in generali futuro concilio diſputandum liqui tur ratio authorita.

te apoſtoli dum eſt per illud Apoſtoli ad Timoth. dicentis: Noli uerbis cōtendere, ad nihil.n.utile eſt niſi ad ſubuerſionem audientium & ibidem ſtultas & ſine diſciplina quæſtiones de uita ſciens quia generant lites. Item ad Titum, ſtultas autem queſtiones & contentiones ac pugnas legis deuita, ſunt enim inutiles & uanæ. Certe Apoſtolus in his locis præallegatis admonet doctos fideles ne contendant cōtra illos falſa ſuſtētare conantes. &c.

Timoth.2.
Titi.3.

Sententia authoris cōditiona. Secundo dicendum eſt ſaluo ſemper meliori iudicio ac patrum determinatione ne uideat maioribus meis imponere legem, qbus in omnibus humilis ſubijcior. Quod omnia quæ in ſanctis cōcilijs fuerunt rationabiliter determinata quibus Lutherani aduerſantur ſunt in generali futuro cōcilio diſputationibus proponenda, Non ut certa pro dubijs ponantur, ſed ut ueriora ac certiora appareant & uideantur quæ etiam a nobis contra illos ſunt ſuſtentanda, quoniam ipſi prius ad litterarium certamen nos concitarunt, conqueſtiq; ſunt pluries apud Cæſaream catholicamq; maieſtatem Inuictiſſimi Charoli Imperatoris de futuro concilio faciendo, quod non celebratur, clamant ut inceſſanter ipſum concilium fieri debere Ideo cum placuerit ſummo noſtro pontifici alioꝛumq; cardinalium cætui, aderitq; tempus opportunum ut commode fieri poſſit ſedata chriſtianorum principum lite, nobis erit ſpiritualium armorum electio, ad inſtar illorum qui ab alijs ad ſingularia certamina prouocantur quoniam noſtra intereſt omnia ab Eccleſia ſancta iuſtiſſime determinata ſuſtentare, nec non ad Lutheranorum obiectiones uiriliter ac rationabiliter reſpondere, quapropter hæ concluſiones orthodo

Quo nam modo cum hæreticis diſputādū eſt in generali concilio.

æ quæ & in præcedentibus ac ſequētibus libris ponuntur(uel aliæ conſimiles)cæteris prauis modernorum hæreticorum concluſionibus & articulis penitus oppoſitæ contrariæue, erunt in ipſo generali futuro concilio examinandæ, diſcutiendæ, ac demum pro maiori fidei firmitate ſubtiliter diſputandæ, a catholicis autem ſuſtentandæ. Quæ licet iamdudum fuerint in ſanctis concilijs determinatæ,nuper tamen pro maiori Eccleſię pace,ac Lutheranorum dedecore,potius autem ob eorum cōuerſionem & ſalutem, a catholicis ſunt diuina protegente gratia, iterum determinandæ uel confirmandæ,quæ ut liquet non tantum diuinarum ſcripturarum teſtimonijs approbantur, Quinimmo fundatiſſimis rationibus ex utroq; teſtamento ſumptis, demonſtrantur cum reſponſionibus ad eorumdem falſas Hæreticorum obiectiones, ſemper deo optimo fauente, cui ſoli eſt honor & gloria per æuum.

DE PRIMATV PETRI, & ſedis Apoſtolicę nonum. ſcripturale Bellum concluſio unica.

PETRVM fuiſſe principem apoſtolorum & ex conſequenti omnium pro fidei ueritate a nobis ſuſtentandam occurrit. Quare ſummus pontifex cuius perſonam, & officium gerit in terris caput eſt totius uniuerſalis Eccleſiæ militantis.

Rationibus hæc concluſio ſumptis ex ſcripturarum fundamētis, tam ueteris quam nouæ legis ita clariſſime demonſtratur.

1. ratio. Primo enim ſummo fundamentum in ueteri teſtamento, Quoniam in omni lege tam naturæ, quam Moſi fuerunt ſacerdotes, quorum unus ſemper tenuit principatum, ergo pari ratione in lege Chriſti & gratiæ, in qua omnes ueteris teſtamenti explicantur figuræ, debent reperiri ſacerdotes, quorum unus ſit caput & princeps ſicut cæteri alij, a Chriſto inſtitutus, conſequentia

1. Cor. 10. liquet dicente Apoſtolo Omnia in figura contingebant illis, igitur omnes ſacerdotes antiqui erant umbra & figura iſtorum Chriſti ſacerdotum, Ergo quemadmodum in ueteri lege erat unus primus ſacerdos inſtitutus a Deo, & alij inferiores, Ita nunc a ſimili (cum figura namq; ſit alicuius figurati figura) reperiri debet unus omnium ſacerdotum primus a Chriſto inſtitutus, ideo conſequentia clara primum aſſumptum ꝓbo Nam ante inſtitutionem ſacerdotij Aaron & filiorum eius, annexum erat ſacerdotium primogenituræ. Sic quod primogeniti gerebant officie ſacerdotum Abraam enim dedit decimas Melchiſedech ſacerdoti, quamuis ſacerdotiū adhuc

Gen. 14. non eſſet inſtitutum, Ille enim Melchiſedech fuit Sem primogenitus Noe, Idem quoq; de alijs pri-

Exod. 19. mogenitis habetur in Exodi. libro. Nam illi fun-

Exod. 28. gebantur officio ſacerdotum, uſq; ad inſtitutionem ſacerdotij Aaron & filiorum eius, de quibus in eodem legitur libro igitur &c.

Cōfirmat. Proinde de conſecratione Aaron, & filiorum

Exod. 29. eius in ſacerdotes habetur in Leuitici ac Exodi. li

Leuitici. 8 bris quod Moſes conſecrando Aaron fudit oleū

unctionis ſuper caput eius, cumq; applicaret filios Aaron cultui diuino non unxit eos oleo conſecrationis ſed tantum ueſtiuit eos ueſtibus ad ſacerdotium deputatis, & edoctis a deo. Quas ſimul cum ipſis filijs aſperſit quadam unctione, ex oleo nempe unctionis & ſanguine hoſtiæ fiebat quędam mixtio, qua ipſi ſacerdotes inferiores, et eorum ueſtes aſpergebantur, Hic igitur ex ſacris literis cauſam afferant Hæretici, cur ſolus Aaron unctus eſt oleo in capite, filij autem eius tunicis tantum ornati aſperſi ſunt. Certe ſi ad uerum ſenſum hic ſcripturã exponere uolumus Nihil aliud dicendum erit niſi quod Aaron ſummum ſacerdotem uel Epiſcopũ repreſentabat, unctio quoque illa authoritatem ab uno ad alios transferri poſſe ſignificabat (ſicut ſpiritus uitales a capite deſcendentes, ad cætera corporis membra uiuificanda) filij uero eius, alios Chriſti inferiores ſacerdotes rectiſſime figurabant, Ergo ſimili ratione nũc reperiri debet unus primus ſacerdos. Quẽ Aaron figurabat q nec Chriſtus dici debet, quoniam ipſe fuit ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech æternum, cuius dignitas maior fuit ſuper omnem dignitatem Aaron. Item in ueteri lege ſemper reperiebatur unus ſummus ſacerdos præſentialiter exiſtens, Sed cum Chriſtus non ſit in Eccleſia per corporalem præſentiam neceſſe eſt alium loco eius exiſtere, cuius primum locum habuit petrus, Aliter unquam figura ſacerdotum Aaron eſſet completa. &c.

Initiũ ſacerdotum in lege moſi quorum erat primus.

Optima ſimilitudo i propoſito.

Confirmatur.

Præterea aſſignent Lutherani cauſam quare deus præcipit ut facerent ueſtem ſanctam Aaron ad ſanctuarium in qua ſacerdotio fungeretur eii

Confirmatur.

Et hæ ueſtes quas facient, pectorale & ſuperhumerale, Et tunicam talarem, & tunicam, Et cydarim & baltheum & faciant ueſtes ſanctas Aarō & filijs eius, ut ſacerdotio fungantur mihi &c.

Siquidem ex illis nihil aliud colligi poteſt, niſi Deum uoluiſſe ſummum ſacerdotem eſſe tam ueſtibus quam moribus ab aliis diuiſum, in figurā huius primi Eccleſiæ pontificis, cui onus populi impoſitum eſt, qui & eius pectore habere debet iugis meditationis, ac diligentię pondus. &c.

Poteſtas etiam ipſius ſummi ſacerdotis ſuper alios oſtēdebatur in corona, quam deus iuſſit poni in mitra ſummi ſacerdotis cum alijs ornamentis ut patet in loco nuperrime allegato ſimplices nanque ſacerdotes unam tantum mitram habebant quæ erat de byſſo ſed ſummus ſacerdos ſuper mitram de byſſo habebat mytram hyacintinam. A ſimili hoc idem fieri debet in eccleſia chri-
1. Paralip. 24. ſti ut ſcilicet ſit unus ſummus pontifex ab alijs ueſtibus & corona ac mitra diſtinctus.

Numeri. 3. Rurſus in ueteri lege etiam non ſolum reperiuntur fuiſſe plures principes ſacerdotum, diuiſi per familias, ut patet in Paralip. Sed etiam reperitur princeps principum, Nam in numeris habetur quod Eleazar erat conſtitutus princeps principum leuitarum, ad cuſtodiendum oēs cuſtodias ſanctorum, ſuper cunctos autem erat Aaron, qui oēs leuitæ dati erant ad ſeruiēdum, in eodem etiā numeri capite ſcribitur ubi ſic dicit Dominus, applica tribum leui, & fac ſtare in conſpectu Aaron ut ſeruiant ei. &c. & à deo uocatus eſt pontifex, Quantæ autem obſeruantię & reuerentiæ
Exod. 22. fuiſſet Aaron patet per illud Exod. ubi ait deus per Moſen dijs non detrahes, & principi populi

tui non maledices, unde Paulus cum maledixiſſet Ananię dicens. Percutiet te deus paries dealbatē, ut in actibus legitur apoſtolorum, Qui aſtabant dixerunt ſummum ſacerdotem dei maledicis? quibus inquit Paulus, Neſciebā fratres quia princeps eſſet ſacerdotū, ſcriptum eſt enim principem populi tui non maledices, Si ergo in lege ueteri huiuſmodi officia ordinum in plures perſonas diſpartita fuerunt pro diuini cultus miniſterio, decet ut in noua lege, cuius lex uetus figura fuit, huius generis recipiantur miniſteria & ordinum gradus, Et quod dentur pariter principes ſacerdotum diuerſi per diuerſas dioceſes, Cum ergo Chriſtus præclare inſtitutam relinquere uoluit rempubli. Eccleſiaſticam. quia per unum non ita commode expleri poterat miniſterium diuini cultus, diuiſit miniſteria, ut ſic ſine grauamine & confuſione omnia recte fierent, Et quemadmodum Moſes princeps populi habuit adiutores ſeptuaginta ſenes, qui temporalium tātum curam habebāt, & ſicut omnes leuitę & ſacerdotes ſubditi erant ſeruiebantque Aaron ſummo ſacerdoti, Ita a ſimili (ut explicetur figura illa) in Eccleſia Chriſti operepretium eſt unum eſſe principem, id eſt pōtificem ſummum, qui totam Chriſti rempubli. plenarie moderetur, cuius poteſtas maior, eſt omnium ſacerdotum dignitate, quia omnes ei humiliter parere tenentur, Quoniam ab ipſo pontifice ſummo pendet iuriſdictio eorū ſcilicet augendi uel minuendi miniſteria & operationes illorum circa dei cultum, Et etiam circa omnium regimen, ut clare oſtenditur per illud Deutero. ubi Deus per Moſen ordinat quod in dubŋs & difficillimis cauſis recurrendum ſit ad ſupre-

Actu. 23.

Perpulcre hic concluditur propoſitum.

Nume. 11.

Hic a ſimili arguit author.

Deute. 17.

mum iudicem, in temporalibus ad iudicem temporalem, in ſpiritualibus uero ad ſummum ſacerdotem & ex hoc loco appellationes traxerunt originem. Ait enim deus ſi difficile & ambiguū apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinē & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram &c. prout oſtenſum eſt ſupra in tractatu de Eccleſiæ authoritate.

Ezec. 33.

Deinceps apud Ezechielē hoc idem habetur ubi ſic ſcriptum eſt, factum eſt uerbū domini ad me dicens fili hominis loquere filijs populi tui & dices ad eos, terra ſuper quam induxero gladiū, & tulerit populus terrę uirum de ſuis, Et conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem & uiderit gladium uenientem ſuper terram & cecinerit tuba & ſignificauerit populo, & audierit audiens uocem tubę, & nō obſeruauerit, & uenerit gladius, & comppræhenderit eum, ſanguis eius in capite eius erit. Et infra ſubdit dominus, fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael & audies ex ore meo ſermonem & annuntiabis eis a me. &c.

Confirmatur ratio p pulchram figuram.

Ex quibus uerbis figuratiue nonnulla colligi poſſunt, imprimis quod ſpeculator, id eſt Pręlatus ſpiritualis poteſt eſſe inſtitutus a deo, ut fuit Ezechiel ſuper domū Iſrael ut patet ibi, ſpeculatorē dedi te etc. Et ſic petrus inſtitutus fuit a Chriſto. Item quod ſpeculator poteſt eligi a populo & conſtitui ſupra ipſum populum eligentem ut patet ibi, Et tulerit populus uirum unum, & conſtituerit eum ſuper ſe, &c. Et ſic eliguntur ſucceſſores Petri, Item ſpeculator ſiue ſit a deo datus immediate, ſiue ab alijs electus tenetur canere tuba cum uiderit gladium, per quod innuitur quod Pręlatus tenetur imperare ea, quæ utilia ſunt ad

Ex dicto. Ezec. multa colliguntur.

remouendum periculum gladij, ideſt damnationis. Item omnes in hijs quæ ad illud periculum euitandum conducuntur, & ad dei miſericordiã conſequendam, omnino obedire debent tubæ, id eſt mandatis & admonitionibus ſpeculatoris.i. ſummi pontificis, & ita patet quod ſummus quidem Sacerdos, licet non poſſit condere legem ſuper ſubditos repugnantem legi dei, Poteſt tamen legem ac ſtatuta facere ad euitandum periculum peccati, & etiam pro Dei gratia acquirenda uel conſeruanda, & ratio eſt quia paſtori incumbit ex officio oues a lupo & ab omni alio periculo totis uiribus cuſtodire, ut in euangelio Ioannis docet Chriſtus. quantum ſit diſcriminis inter paſtorem & mercenarium, Lupus quidem diabolus eſt, qui callide circuit ut oues deuoret, cõtra quẽ paſtor ꝓ ouibus ponit animam ſuam, & ſi quid aliud eſt in quod ouibus nocere poſſit, tenetur paſtor ab hoc detrahere oues, & eas ad ſua paſcua reducere, & compellere. Et niſi in huius generis periculis paſtor inuigilet, & laboret, & non excuſatur ſi oues pereunt. &c.

Summus Pontifex poteſt condere legẽ.

Ioan. 10.

Et hoc ſiquidem oſtendit Deus per Ezechielẽ inquiens, O paſtores Iſraël: numquid paſcunt ſemetipſos? nonne oues paſcunt paſtores? lac comeditis & lanis operimini, & craſſum occiditis, & oues meas non paſcitis, quod infirmum fuit, non confortaſtis, & confractum non alligaſtis, & errans non reduxiſtis, & quod perijt non quæſiſtis, & ſic diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod nõ erãt paſtores, & factæ ſunt in deuoratione oibus beſtijs agri, & diſperſi ſunt oues in omni monte, & non fuit requirẽs neq; reducẽs, & mox ſubdit ꝓpheta. Hęc dicit Dñs. Ecce ego ſup paſtores, et

Ezec. 34.

Summi paſtoris offi-

cium pariter et aliorum. requiram oues meas de manibus eorum, & auertam eos ne paſcant oues meas &c. hęc Ezechiel. Ex quibus patet quantum uigilare teneatur ille, cui paſtoris officium eſt commiſſum, omnes igitur eccleſiæ ordines; tum maxime ſummus Pōtifex & alij præſules cæterique ſimplices ſacerdotes præfigurati fuerunt in ueteri lege: quare &c.

Ex omnibus infertur propoſitum.

Secunda principalis ratio. Secundo principaliter pro eadem concluſione ſic arguo. Omnis multitudo bene ordinata habet unum primum, a quo dirigatur. At uniuerſalis eccleſia eſt fideliū multitudo peroptime ordinata, igitur ipſam decet habere unum primū a quo dirigatur conſequentia eſt notiſſima. Maior probatur, quoniam multitudo nihil aliud eſt, quam parium & imparium, ſiue ſuperiorum & inferiorum ſua cuique loca diſtribuens diſpoſitio. Inter autem ſuperiora (cum multitudo finita ſit) deueniendum eſt ad unum, quod primum ſit, & ſupremum in illo ordine; quod quidem clariſſime liquet, in totius uniuerſi, tam creaturarum corporalium, quam ſpiritualium ordinem. Terra nāque eo quia ſuapte natura ponderoſior eſt, & quo ad officium infimum nobilitatis gradum habet. Infimum ſibi locum uendicet. Aqua uero, quia terra eſt nobilior, ſuper ipſam locum poſſidet, ſic aer aqua nobilior, ſuper ipſam locū habet. Ignis uero omnium elementorum nobiliſſimus, eminētiorem ſphæram ac locum tenet, eodem quoque ordine ſuper ſphęram ignis conditum eſt cœlum Lunę, ſuper Lunam Mercurius, Venus ſup Mercurium, ſuper Venerem Sol, ſuper Solem Mars, ſuper Martē Iouis orbis girat, ſed Saturnus planetarum pſtantiſſimus, planetis omnibus ſupra fertur, ſuper quo uoluitur cœlum ſtellarum fixarum,

Ordo quid ſit.

Diſcurſus de elementorum & cœlorum ordine.

rum,

rum quod firmamentum dicitur, & ſuper firmamentum cœlum chriſtallinum, & demum æminentiſſimum corporum locum obtinet cęlum empireum: &c.

At itidem ordo in angelicis ſpiritibus reperitur. Nam humiliorem locum obtinent Angeli, quibus pręſunt archangeli, inde principes ſeu principatus, in aliis quoq; ordinibus perfectioribus, Poteſtates, Virtutes, Dominationes, Itidē & Throni, Cherubin, ac Seraphin concernuntur. Iſte autem ordo comprobatur. Nam plerique angeli inferiores incarnationem Chriſti ignorarunt, quouſque eſſent a ſuperioribus illuminati, & edocti, quod expreſſit Eſaias inquiens. Quis eſt iſte, qui uenit de Edom tinctis ueſtibus de Boſra & c. Sed has hierarchias omnes tranſcendit uirgo benedicta Dei parens, iuxta illud, Aſtitit regina a dextris tuis &c. At propinquiorem ſedem apud Deum obtinet Chriſti humanitas, quæ ſuper omnes creaturas eſt longe ęminentiſſima, iuxta illud ſimboli, Sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis &c. His autem omnibus pręeſt ineffabilis trinitas, atque incompræhenſibilis Dei unitas, cuius bonitas replet ac reficit omnia. Conſpicuum ergo eſt, ea nullo pacto carere ordine, quæ a Deo effecta ſunt, & procedunt, & ita ex his patet ueritas maioris. At minor probatur, ſcilicet quod Ieſu Chriſti uniuerſalis eccleſia ſit multitudo fidelium ordinata quidem. Quanto, enim director & Imperator multitudinis ſapientior eſt, tanto huius generis multitudo eſt ordinatior, ſed Chriſtus fidelium eccleſiæ gubernator eſt, & rector ſapientiſſimus, qui eſt Dei patris ſapientia, in qua theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei recon-

Angelorū ordo.

Eſaia. 63.

diti manent, ergo nullam in ea ſinit confuſionem,
Coloſſ. 2. quia omnia ordinat & diſponit ſuauiter & cæte.
Sap. 7. Et ſic clare liquet quod non abſque Dei conſilio datur in Eccleſia Chriſti unum primum, ſcilicet ſupremus ſacerdos, quoniam ſpiritus ſanctus
Rom. 13. per os Pauli ad Romanos loquitur dicens. Quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt. Item quæcunque uere dicuntur de Deo & creaturis, illa a Deo dantur
Iacob. 1. ipſis creaturis (teſte Iacobo) Omne datum optimum, & omne donum perfectum: deſurſum eſt, procedens a patre luminum Patet etiam de ſapiẽ
Eccle. 1. tia de qua Salomon. Omnis ſapientia a domino Deo eſt. Principari etiam ſiue dominari uere con
Iob. 36. uenit Deo, & creaturis ut inquit Iob. Dei pote-
Daniel. 4. ſtatem non abijcit, cum ipſe potens ſit: Daniel quoque ait Dominabitur excelſus in regno hominum & cuicunque uoluerit dabit illud. Hoc
Ioan. 19. idem etiam oſtendit Chriſtus, dum Pilato loqueretur dicens. Non haberes poteſtatem niſi da-
Rom. 13. tum eſſet tibi deſuper. Et Paulus in loco præallegato, non eſt poteſtas niſi a Deo, ergo primatus ſiue principatus a Deo datur Petro & ſucceſſoribus eius. Quibus etiam omnes inferiores tenentur obedire ut Paulus paulo poſt ſubdit dicens. Itaque qui reſiſtit poteſtati Dei ordinationi reſiſtit ſibiq; damnationem acquirit, & infra. Non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt uindex in iram ei qui malum agit, & tandem concludit, ideòque neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram ſed etiam propter cõſcientiam. Ex quibus uerbis etiam ego cõcludo, quod ſi obediendum eſt principibus temporalibus in rebus temporalibus, fortiori argumento

obtemperandum eſt eccleſiaſticis principibus in ſpiritualibus: quare &c.

Præterea Lex generalis hierarchiæ eſt ut inferiores per ſuos ſuperiores ſurſum cogantur ad diuinos ſplendores ſibi illuceſcentes, recte igitur Deus noui teſtamenti alios & alios idoneos miniſtros inſtituit ad diuinum lumen, & hauriendum & influendum in aliјs, Hoc autem congruentius fieri non poteſt in eccleſia Dei niſi per multifariam & ordinatam inferiorum gubernationem, a qua ſinguli pro ſua capacitate & qualitate in fide uberius poterunt erudiri, quam ab uno ſolo, tñ inter miniſtros eſt unus primus, qui ante aſcenſionem erat Chriſtus Ieſus, Poſt uero aſcenſionem Petrus habuit principatum cui ſpecialiter a Chriſto commiſſa eſt Eccleſia, Conſtat igitur ex hac ſecunda ratione qualiter omnis multitudo bene ordinata habet unum primum a quo dirigitur, cum autem uniuerſalis Eccleſia ſit multitudo peroptime ordinata a Chriſto neceſſe eſt ipſam habere unum caput, & ſi dicas iſtud caput eſt Chriſtus, ergo nullum aliud quærendum eſt, Reſpondeo quod licet Chriſtus ſit ſpiritualiter coniunctus Eccleſiæ tanquam fundamentum & caput, ſed quia non coexiſtit per corporalem pręſentiam, ideo decet unum alium loco eius poni, Qui ut Vicarius Chriſti, & ſucceſſor Petri poſt ipſum regat Eccleſiam &c.

Confirmatur ratio.

Epilogatio ex dictis.

Ratio. 3.

Tertio principaliter ad eandem concluſionem præſupponitur mutationem nominis reſpectu alicuius creaturæ ſemper eſſe a Deo factam, ex ſpeciali quadam gratia, quam a Deo aſſequitur ille cuius nomen mutatur, Quod patet ex ſacris lite-

Vnum ſupponitur p fundamento rationis

Gen. 32.

ris, Iacob.n. poſtea uocatus eſt Iſrael eo quod uidit dominum. Et qui prius uocabatur Abram poſtmodum uocatus eſt Abraham, quando facta fuit ſibi promiſſio de ſemine, ubi dictum eſt ei quod in ipſo benedicendæ erant omnes gentes, mutatum inſuper fuit nomen Sarai uxori eius, & dicta eſt Sara, & inde concepit filium Iſaac in ſenectute ſua ut in eodem legitur.c. Item fundamentum alicuius ędificij quodammodo capitis retinet ſimilitudinem, quo fit ut caput aliquando dicatur fundamentum interdum uero econuerſo quod patet per illud Pauli ad Coloſſenſes ubi, Chriſtus dicitur caput Eccleſiæ, fideles autem membra eius. Item quando Deus immutationem nominum idem nomen imponit duobus, illi duo habent uel in toto uel in aliqua parte eandem & ſimilem gratiam, Et hoc quidem habetur expreſſe in lib. Ioſue de filio Naue, qui uocatus eſt Ieſus eo quia ſaluauit populum Iſrael, hoſtes eius debellando, introduxitq; eum in terram promiſſionis, Sic Ieſus noſter introduxit omnes electos in gloriam ſempiternam, Alius uero fuit Ieſus ſacerdos ſanctiſſimus filius Ioſadech, de quo Zacharias, oſtendet mihi dominus ſacerdotem magnum Ieſum, qui ſimiliter figurauit Ieſum Chriſtum ſacerdotem ęternum, qui obtulit ſemetipſum patri in ſacrificium pro nobis, Alius inſuper fuit Ieſus filius Sirach propheta & doctor ſapientiſſimus, ſicut dominus noſter uocatus eſt Ieſus eo quod fuit propheta in opere & ſermone ſaluumque fecit populum ſuum a peccatis eorum. His igitur prælibatis ſic formatur ratio, Omnis mutatio nominis facta à Deo, fit ex aliqua ſpeciali gratia conſona nomini, denuo impoſito quam

Gen. 17.

Coloſſ. 1.

Zacha. 1.

Eccl. 1.

Ratio fortiſſima.

adeo cõſecutus eſt uel conſtanter conſequetur il-
le cui nomen mutatur, Sed Chriſtus mutauit no-
men Simonis, & uocauit eum Cęphas, ergo Si-
mon a Chriſto cõſecutus eſt illam ſpecialem gra-
tiam, quę eſt peculiaris huic nomini; maior eſt no
ta ex præcedentibus dictis, Minor uero liquet in
Euãgelio Ioãnis ubi legitur, Erat autem Andręas Ioh.
frater Simonis Petri unus ex duobus qui audie-
rat a Ioanne & ſecuti erant eum, inuenit hic pri-
mum fratrem ſuum Simonem & dicit ei, Inueni-
mus meſſiam, quod interpretatur Chriſtus, & ad
duxit eum ad Ieſum, intuitus autem eum Ieſus di-
xit tu es Simon filius Iohannis tu uocaberis Cę-
phas quod interpretatur Petrus, Itidem etiam pa
tet in Euangelio Matth. Vbi Chriſtus ueniens in Matth. 1.
partes Cęſarię Philippi interrogabat diſcipulos
ſuos dicens, quem dicunt homines eſſe filium ho-
minis, at illi dixerunt alĳ Iohãnem Baptiſtã, alĳ
autem Heliam, alĳ uero Ieremiam aut unũ ex pro
phetis. Quibus Ieſus uos autem quem me eſſe di-
citis? Sed tacentibus omnibus, Reſpõdens Simõ
Petrus dixit, Tu es Chriſtus filius Dei uiui, cui
Chriſtus beatus es Simon Bariona, quia caro &
ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt
in cœlis, quaſi uelit dicere, hæc ſiquidem cogni-
tio, quam tu habes de me, quod, ſcilicet ego ſim
filius naturalis Dei patris, ſibi coęternus & coę-
qualis in uirtute & poteſtate, qui & uolui natu-
ram humanam aſſumere propter eius redem-
ptionem, non fuit a carne uel a ſanguine, ſed tibi
a Deo patre diuinitus inſpirata, & ideo dico tibi
quia tu es Petrus & ſuper hanc petram ędifica-
bo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præ-

ualebunt aduerſus eam &c. Et ſic patet minor ex maiore igitur & minore ueris ſequitur & concluſio, ſcilicet quod Simon a Chriſto conſecutus eſt illam ſpecialem gratiam, quæ eſt ſpecialis illi nomini denuo impoſito, Cęphas enim ut ibidem habetur idem eſt quod Petrus ſiue petra Chriſtus autem pariter uocatur petra (teſte apoſtolo) petra uero ſumitur pro fundamento, at fundamentum habet (ut dictum eſt) rationem capitis ergo Petrus a Chriſto eſt inſtitutus primus, & caput in Eccleſia quare: &c.

Corin.10.

4. Ratio. Quarto & adhuc fortius eandem concluſionem probo ratione poteſtatis, ſingulariter conceſſæ ipſi Petro Apoſtolo & ſucceſſoribus eius: Sed pro pulchriori eius declaratione ſciendum eſt, qđ ſeptem poteſtates fuerunt collatę a Chriſto Apoſtolis ac eorum ſucceſſoribus, quę in diuerſis ſcripturarum locis lucidiſſime reperiuntur.

De.I. Apoſtolorum poteſtate. Prima igitur poteſtas fuit poteſtas conſecrationis, qua quilibet ſacerdos rite ordinatus conficere poteſt corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti. Et hanc ſiquidem contulit dominus in ultima cęna cum dixit Apoſtolis hoc facite in meam commemorationem, de qua in ſequenti tractatu aduerſus Hęreticos ſeptentrionales locuturi ſumus &c.

Luc. 22.

De poteſtate.2. Secunda fuit poteſtas, ſcilicet adminiſtrationis ſacramentorum, & præcipue ſacramenti pœnitentiæ, quæ poteſtas iuriſditionis ſpiritualis in foro conſcientiæ, ſeu poteſtas clauium merito dicitur, quibus ſacerdotes poſſunt aperire & claudere cœlum, Aperire quippe dignis, claudere autem indignis, per peccatum, enim mortale quili-

bet peccans claudit ſibi cœlum, quia præſtat ſi-
bi impedimentum intrandi gaudia paradiſi, Ad *Quid ſit*
cuius admotionem contulit Deus poteſtatem *cœlū clau-*
Eccleſiæ, qua diſcernere poteſt in cauſa propter *dere & a-*
quam cœlum clauditur, & ferre ſententiam pro- *perire.*
nuntiando illum dignum, & illum indignum, Di-
gnum nempe de peccatis dolentem & ea confitē
tem, indignum uero non dolentem de illis quam
uis confitentem, & hoc eſt cœlum aperire, cœ-
lumque claudere quantum pertinet ad miniſte-
rium ſacerdotum, Authoritas autem hæc facien-
di uocatur poteſtas clauis quæ duplex eſt, ſcilicet
authoritas cognoſcendi in cauſa peccatoris con-
fitentis, & authoritas ſententiam proferendi quæ
dicuntur claues, Prima eſt ſcientiæ clauis, ſecun- *Duplex*
da uero poteſtatis, Habet enim ſacerdos autho- *clauis. ſ. co*
ritatem interrogandi & ſciendi omnia delinquē- *gnoſcendi*
tis peccata, Quæ quidem authoritas cognoſcen *ſententiam*
di præreqnirit ſcientiam & diſcretionem conco- *di.*
mitantem rectum uſum eius. Habet inſuper po-
teſtatem ſententiam dandi, quæ prærequirit iuſti
tiam ad rectum uſum ſui. Et ſic Sacerdos dupli-
ci claue gaudet. Hæc autem clauium poteſtas p̄-
miſſa fuit Petro a domino, cum dixit. Tibi dabo *Matth.16.*
claues regni cęlorum, deinde etiam promiſſa fuit
omnibus Apoſtolis, cum dixit. Amen dico uo- *Matt.18.*
bis, quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt li-
gata & in cœlis, & quæcunque ſolueritis ſuper
terram erunt ſoluta & in cœlis, Collata uero fuit
eis in die dominicę reſurrectionis dum apparens
eis Ieſus in conclaui congregatis inſufflauit & di
xit. Accipite ſpiritum ſanctū quorum remiſeritis *Ioan. 20.*
peccata remittuntur eis &c. Prout diffuſe ſuo lo-

co oſtenſum eſt. Et eſt notandum, quod hæ duæ poteſtates dicuntur poteſtates ordinis ſacerdotalis, quæ neq; eadem ſunt, neq; ſimul tempore collatę Apoſtolis (ut falſe Lutherani putant) quarũ una reſpicit conſecrationem corporis Chriſti ueri, quoniam habẽs eam conſecrare poteſt uerum corpus & ſanguinem Chriſti, uirtute uerborum ſacramentalium. Secunda reſpicit corpus Chriſti miſticum ſeu membra eius, quia habens eam poteſt ſoluere & ligare peccatores fideles tamen qui ſunt membra Eccleſiæ numero & ſi non merito, licet per abſolutionem fiant etiam membra eccleſię merito. Prima enim ut dictum eſt collata eſt Apoſtolis in cęna ante Chriſti paſſionem: ſecunda uero poſt reſurrectionem: quare &c.

De.3. Apoſtolorum poteſtate. Tertia fuit poteſtas Apoſtolatus.i.authoritas prædicandi quam tradidit dominus diſcipulis, dum in die aſcenſionis ait. Euntes in mundum uniuerſum prędicate Euãgelium omni creaturę &c. *Marci ult.* Hæc namq; poteſtas non confertur ex ui ordinationis ſacerdotalis, nec par eſt in omnibus, ſed dũtaxat eſt primum Apoſtolis collata, quos miſit prædicare toti orbi in loco iam allegat. Conceſſa eſt, & ſeptuaginta duobus diſcipulis miſſis non per totum orbem, ſed tantum per loca ad quæ Chriſtus erat perſonaliter uenturus, ut patet in Euangelio Lucę ubi dicitur. Deſignauit dominus, & alios ſeptuaginta duos diſcipulos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipſe uenturus. Horum tipum & figuram gerunt modo in Eccleſia Epiſcopi & curati. Apoſtolorum, enim Epiſcopi, & ſeptuaginta duorum diſcipuli ſacerdotes curati, cæteri uero quo modo prædicabunt niſi mittantur ſte-

Luc.10.

ſte Apoſtolo, Et hoc uel a Deo immediate quod probabunt per ſigna ſicut Moſes uel per ſcripturam ſicut Ioannes Baptiſta, qui ſpeciale ſuę miſſionis teſtimonium de ſcriptura protulit di, Ego uox clamantis & cætera. Vel a Petro aut eius ſucceſſore mediate uel immediate, & hoc probabūt per munimenta, & Eccleſiaſtici doctores. Cum enim doctorum ordo ſit quaſi præcipuus in Eccleſia non debet ſibi quiſq; indifferenter prædicationis officium uſurpare, nam ut dictum eſt per Apoſtolum. Nemo prędicare poteſt niſi mittatur, & ueritas ipſa præcip't Apoſtol's. Rogate dominum meſſis ut mittat operarios in meſſem ſuam. Ideo dominus noſter Ieſus Chriſtus humani generis ſeruator inſtituit, ut ueritas quæ antea legis & Prophetarum præconio continebatur. per Apoſtolicam tubam in ſalutem uniuerſitatis exiret, ſicut ſcriptum eſt. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sed huius muneris ſacramentum ita dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere uoluit, ut in beatiſſimo Petro omnium Apoſtolorum ſummo in primis collocaret, & ut ab ipſo quaſi a quodam capite dona ſua uelut in corpus omne diffunderet. Sed contra, uidetur quod etiã Diacono conferatur prædicandi poteſtas in ſua ordinatione, cum accipiens textum Euangelij de manu Epiſcopi dicitur ei. Accipe poteſtatem legendi Euangelium in Eccleſia Dei pro uiuis & mortuis. igitur &c.

Ro. 10.

Nemo audeat pdicare niſi mittatur.

Pſal. 18.

Obiectio.

Reſpondetur qđ Diacono non confertur poteſtas pręedicandi in ſua ordinatione (ut aliqui nõ recte arbitrantur.) Cum enim Diaconus accipit textum Euangelij de manu Epiſcopi non dicitur

Solutio. Diaconus ex ordine nõ hẽt authoritatẽ pdicandi.

ei. Accipe poteſtatem docendi & prædicandi euangelium, Sed accipe poteſtatem legendi euāgelium in Eccleſia Dei, tam pro uiuis quam pro defunctis in nomine domini, Ex quo magis inſinuatur eos tunc recipere orandi uel legendi officium quam prædicandi ſeu docendi, quare. &c.

De.4. Apoſtolorū poteſtate. Quarta fuit poteſtas coerciuæ correctionis, in foro exteriori, quam Eccleſia exercere poteſt in inuitum ad dirigendum ſubditos in finem beatitudinis æternæ. hanc enim contulit Petro Chriſtus cum dixit ei uice omnium. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum. &c. Et ſequitur, ſi te non audierit dic Eccleſię. quod ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus id eſt excommunicatus unde hic in loco ſumitur & fundatur iuridica poteſtas excommunicandi, & interdicendi ab Eccleſiaſticis ſacramētis & fideliū communione, quę nec a Lutheranis negari poteſt, quoniam ex poteſtate uſus eſt Apoſtolus dum exhortans titum ait, Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita, cuius exemplo etiam nos uitare debemus hæreticos Lutheranos, Qui multoties ſanctas Eccleſiæ correctiones neglexerunt, Fundatur inſuper & in hoc textu nedum poteſtas excommunicandi. At & poteſtas diffiniendi, diſcernendi & ſtatuendi præcepta leges, & canones, in hoc ꝙ ſubditur, Quæcunq; ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlis. &c.

Matt. 18.

Hic ſumitur excommunicādi poteſtas.

ad Titū. 3

De. 5. poteſtate. Quinta fuit poteſtas baptizandi de qua ſcribitur in Euangelio Matthei, quod accedēs Ieſus locutus eſt Apoſtolis dicens, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris

Matt. ulti. *Marci. 16.*

& filij & ſpiritus ſancti, Nam ut habetur in Euangelio Iohannis dicit Ieſus Nicodemo, Amen amē dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnū dei, & hæc quidem poteſtas, non tantum fuit data omnibus Apoſtolis, uerum etiam & ſeptuaginta duobus Diſcipulis, ac eorum ſucceſſoribus ſcilicet omnibus Sacerdotibus, quinimmo & omnibus Chriſtianis neceſſitatis tempore quare. &c. Ioan. 3.

Sexta fuit poteſtas accipiendi uitæ neceſſaria ab his quibus ſpiritualia adminiſtrant, Hanc uero cōtulit dominus dum miſſis ad prædicandum Apoſtolis dixit, Edentes & bibentes, quæ apud illos ſunt, dignus eſt enim mercenarius mercede ſua, uel cibo ſuo, ex quibus uerbis aperte conſtat Chriſtum ibi pronunciaſſe ſuper ceſſationem legalium; Nam cum dedit Apoſtolis poteſtatem edendi quæ apud gentiles ſunt, Dedit igitur authoritatem comedendi carnes porcinas, ſanguinem, & ſuffocatum, & alia ſimilia lege prohibita, & inde ſubdit cauſam, dignus eſt enim operarius mercede ſua. Quod & Apoſtolus deducit ex multiplici radice. ait enim ad Corinthios. Quis militat ſuis ſtipendijs unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edet? Quis paſcit gregem & de lacte gregis non manducat, & ad hoc confirmandum adducit ſcripturam dicēs ſcriptum eſt enim in lege Moſi, Non alligabis os boui trituranti, & paulo poſt ſubdit, Si nos uobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt ſi nos carnalia metamus, et poſt pauca, neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt & qui altario deſeruiunt cum altario participāt. Ita & dominus ordinauit, qui Euangelium annun

De.6 poteſtate. Matt. 10. Luc. 10. 1. Cor. 9. Deute. 25.

tiat, de Euangelio uiuere, Fundatur inſuper in hac poteſtate ſumendi uitæ neceſſaria rationabilitas dotationis Eccleſiæ, loco decimarum & primitiarum legis, Annexa fuit inſuper poteſtati prędicandi uerbum Dei per Chriſtum poteſtas faciendi miracula ad confirmationem fidei cum dixit, infirmos curate, mortuos reſuſcitate, lepro ſos mundate, Dæmones eĳcite. ſed in hac poteſtate modo Eccleſiaſtici regulariter non ſuccedunt. Quia fides iam ſufficienter fundata non indiget miraculis confirmari ideo. &c.

Nota Eccl. dotationis cauſam.

Matt. 10.

Septima fuit poteſtas diſpoſitionis miniſtrorum Eccleſiæ. quo ad determinationem Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, ut euitetur confuſio & diſcenſionis materia & in populo & inter miniſtros, ſi bi æqualiter, & indiſtincte de omni populo curam haberent, Et hæc quidem poteſtas collata eſt ſingulariter Petro et eius ſucceſſoribus, ubi ait ei ſingulariter Xp̃s paſce oues meas, id ipſum tertio repetens id eſt ſis paſtor & prælatus generalis, ut ſcilicet ad te pertineat diſpoſitio & regimē generale ouium & ouilis, Nam ut habetur in Euā gelio Ioannis Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam præſentibus omnibus Apoſtolis ſingulariter dixit Petro, Simon Ioannis diligis me plus his? ad denotandum, quod ille qui maiorem poteſtatem ſuper alios habere debet a Chriſto, etiam præalĳs tenetur magis diligere ipſum, Volens igitur dominus Petro conferre maximam omnium dignitatem ter interrogauit illum, an ipſe pluſquā alĳ diligeret eum & proteſtata dilectione Chriſtus ter Petro dixit paſce agnos meos, paſce oues meas, per agnos enim & oues in diuinis ſcripturis omnes Chriſti fideles intelligūtur, quid eſt enim

De. 7. Apoſtolorum author.

Io. ultimo.

dicere ſoli Petro paſce oues meas ? niſi conſtituo te ſolum Petrum paſtorem ſuper oẽs oues meas, ut clare liquet, quia ibi Chriſtus non diſtinxit inter has & illas, ſed generaliter omnium curam ſibi cõmiſit. Omnis autem paſtor primatũ tenet ſuper omnes oues ſuas, in ſuaque eſt poteſtate de ipſis curam gerere, igitur Petrus factus eſt caput & princeps a Chriſto omnium ouium id eſt omnium Chriſti fidelium, Ab eo ergo deſcendit mediate uel immediate omnis Eccleſiaſtica iuriſdictio in inferiores præſules, Et ſic euidentiſſime patet Petrum fuiſſe principem omnium Apoſtolorum & credentium, Et ita nunc hæc poteſtas iuriſdictionis in ſua plenitudine reſidet in ſummo põtifice, quod ad totam Eccleſiam uniuerſalem, quia ipſius ſolius eſt uniuerſaliter inſtituere rectores & præſules in Eccleſiaſtica hierarchia, quos uocat ad ſe in parte ſolicitudinis cum ipſe uocatus ſit in plenitudinem poteſtatis quare. &c.

Quinto itidem probo, nam ſcribitur in Euang. Lucę qđ Xp̃s in diſcipulo℞ p̃ſentia dixit, Petro, Ecce Sathan expetiuit uos ut cribraret ſicut triticũ, Ego aũt rogaui pro te, ut nõ deficiat fides tua & tu aliqñ cõuerſus cõfirma fratres tuos expetere. n. eſt ſubdole quærere & p tentationes ſubuertere, quęſiuit namq; Sathanas tempore paſſionis Apoſtolos ſubuertere uarijs modis, & interdum ceciderunt, Et quẽadmodum illi qui cribrat triticum aliquid remanet in cribro, aliquid uero tranſit extra, remanet q̃ppe palea, et bulla qđ autem bonum eſt tranſit. ita Iudas in cribratione Sathanæ id eſt in tali tentationum impulſu, & concuſſione remanſit Diabolo ad pœnam ęternam. alij uero Apoſtoli tranſierunt ad gloriam, Chriſtus

5. Ratio.

Luc. 22.

tamen prçuidens Petrum ſore caſurum, rogauit pro eo. Non enim rogauit pro eo ut non caderet, ſed ut in caſu non remaneret. Et hoc quidē Chriſtus obtinuit a patre, ideoq̧ conuerſionem Petri prædixit, & illum principem Apoſtolorum fore, & q̄ ſibi eccleſia cōmittenda erat p̄nūtiauit apte dicēs. tu aliqñ cōuerſus confirma fratres tuos. Ex

Hic propoſitum concluditur. quibus uerbis ita ꝓpoſitū cōcludo, Siquidem illius eſt alios confirmare cuius Imperio & authoritati aliȷ̃ ſubȷ̃ciuntur, Chriſtus igitur dedit Petro plenitudinem poteſtatis, & iuriſdictionis ſup omnes oues ſuas. Item Chriſtus dixit Petro, uade ad

Matt. 17. mare, & mitte hamum & eum piſcem qui prius aſcenderit tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me & te.

Confirmatur ratio. Patet & Chriſtum pluribus Diſcipulis præſentibus ſolum Petrum ſibi ęquaſſe in ſolutione tributi, ita ergo eum ſibi ęquauit in authoritate et

Matt. 10. poteſtate ſuper alios, Pręterea in euangeliȷ̃s ubi

Marci. 3. deſcribitur Apoſtolorum conſtitutio ab omni-

Luc. 6. bus, Petrus ut caput nominatur primo. quod Hie-

Ioan. 21. ro. & Chryſoſto. pro eius primatu exponunt.

Proinde ſolus Petrus ſuper aquas maris ad Chriſtum peruenit. Signum ſingularis Pōtificȷ̃, ut aſſerit Bernardus. Nota inſuper quod ſi Diſcipulis aliȷ̃s imperatur, ut laxent retia ſua, ſoli tamen Pe-

Luc. 5. tro dicitur duc in altum, quaſi ad maiorem piſciū id eſt hominum multitudinem capiendam, ut inquit Ambroſius igitur &c.

Poſtremo eandem concluſionem una cum Io-

Vltima ratio. hanne Echio ſic demonſtro. nam Petrus exequutus eſt officium ſuū ſcilicet Eccleſiæ primatū, cū eſſet Pontifex creatus, igitur ipſe erat caput & aliorum Apoſtolorum primus, conſequentia eſt

nota,quoniam Petrus nunquam iniuſtæ uſurpaſ-
ſet ſibi primatum illum , cum eſſet uir ſanctus &
plenus ſpiritu ſancto ac uerus magiſtri imitator
ſui,ſed antecedens liquet in actibus Apoſtolorũ.
Primo enim ordinationem Matthię in Apoſtolũ *Actuum 1*
direxit. Exurgens Petrus in medio fratrum dixit
uiri fratres &c. Ibi ſolus alĳs tacentibus locutus
eſt.Secundo in die Penthecoſtes omnes Apoſto *Actuum.2*
los aduerſus murmurãtes defendit. Stans Petrus
cum undecim eleuauit uocem ſuam . Tertio prę- *Actuum.3*
ſente Iohanne ſanauit claudum, & coram popu-
lo ipſum defendit . Quarto in concilio defendit *Actuũ.4.*
ſe,& Iohannem. Quinto in Ananiam & Saphirã *Actuum.5*
ſententiam mortis protulit, quod fuit maximum
poteſtatis coerciuę indicium. Sexto Simonis ma *Actuum 8*
ledictam ſimoniam repręhendit dicens. Pecunia
tua tecum ſit in perditionem.quoniam donũ Dei
exiſtimaſti pecunia poſſidere. Septimo iuſſus fuit *Actuũ. 11.*
etiam gentes tanquam pręfectus in ſuã ſuſcipere
poteſtatem , quando uidit linteum in quo erant
beſtię & reptilia , & facta eſt ad eum uox , ſurge
Petre occide & manduca. Et inde uiſo Cornelio
Centurione ac eius cognita uiſione aperiens os
ſuum dixit. In ueritate comperi quia non eſt per *Actuũ. 15.*
ſonarum acceptor Deus,ſed in omni gente qui ti
met eum & operatur iuſtitiam acceptus eſt illi,
& ſic uelut caput gentes incorporauit Eccleſię.
Octauo in concilio Apoſtolorum fuit author ſen
tentię ſuperceſſatione legalium. Ex quibus omni
bus euidenter conſtat ipſum Petrum & primum
fuiſſe & exercuiſſe primatus officium ideo &c. *Lutheranorũ obiectio*

Sed forte hęretici Lutherani uel eorum fau-

tores his rationibus uicti dicent, uerum eſſe. Petrum fuiſſe primum & caput omnium Apoſtolorum, atq; credentium, ſed quod modo nunc papa qui ſedet & præſidet Romæ, ſit Vicarius Chriſti, ſucceſſor Petri, caput & primus omnium Sacerdotum, ac Chriſti fidelium, non conceditur a nobis.

Reſponſio Reſpondetur quod quemadmodum poteſtas baptizandi in nomine patris et filij & ſpiritus ſancti. quam tradidit Chriſtus Apoſtolis non abnegata poſterioribus, ita plenitudo poteſtatis data Petro, ſucceſſoribus eius commiſſa eſt. Nullus autem inueniri poteſt, qui uere & legitime eius ſucceſſor appellari poſſit, niſi ille ſummus pontifex, quia toto Cardinalium collegio eligitur, igitur. Nam quod Chriſtus dixit Diſcipulis & ſucceſſoribus etiam dixit, ut ipſe atteſtatur dicens, quod uobis dico omnibus dico.

Et in huius rei figura Deus poſtquam oſtēdit ſimilitudinem tabernaculi: & uaſorum collocandorum per Aaron & filios eius demum dixit.

Exod. 27. & 28. Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorū corā filijs Iſrael, ut liquet in Exodi libro, imponens eis mitras eruntq; Sacerdotes mihi religione perpetua. Ibidem etiam dicitur legitimum ſempiternū erit ipſi, & ſemini eius, Ideo &c.

Prætetea niſi ordinata fuiſſet ſucceſſio, non dixiſſet propheta de Iuda. Et Epiſcopatum eius accipiat alter, quæ uerbა in noua apoſtolatus electione allegat Petrus. Ad hoc autem quod Petri ſucceſſores habeant claues, ac eius plenitudinem poteſtatis, neceſſario requiritur quod ſint electi ab his: quorum intereſt eligere, de quibus hactenus: quare &c.

De excellentiſſimo

DE EXCELLENTISSIMO SAcramēto Euchariſtiæ ſub quo eſt uerū ſacratiſsimum Chriſti corpus decima concertatio.

ORTA eſt his tēporibus in Eccleſia Xp̄i pernicioſiſsima hæreſis quorundā Luthæranoꝝ, qui diuinā uirtutem iuxta modū naturalium reꝝ metientes, audatius & periculoſius ueritati cōtradicunt aſſerentes corpus Chriſti uel ſanguinem nō *Lutheranorum aſſertio.* eſſe in ſacramēto, nec ſubſtantiam panis uel uini in ſubſtantiam carnis & ſanguinis conuerti, ſed ita Chriſtum dixiſſe. Hoc eſt corpus meum, ſicut Apoſtolus ad Corint. dicit, Petra autē erat Chriſtus, *1. Cor. 10.* dicunt corpus Chriſti ibi in ſacramento, tantum in ſigno, tantumque ſpiritualiter, & non ſacramentaliter manducari a nobis, qui errandi occaſionem ſumunt a uerbis ueritatis, cum enim diceret Chriſtus: Niſi qui manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum non habebit uitam æternam, illi uero non intelligentes dixerunt adinuicem. *Ioannis. 6* Durus eſt hic ſermo, Quis poteſt eum audire? illis abſcedentibus inſtruxit duodecim remanentes, Spiritus eſt inquit qui uiuificat, caro non prodeſt quicquam, uerba quæ locutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt, igitur ſpiritualiter ſunt interpretanda, Item dicunt nonnulli alij Hæretici, corpus enim in quo reſurrexit dominus uno loco eſſe oportet, ueritas autem eius ubique diffuſa eſt, Sicut una perſona Deus & homo ubique per illud quod Deus eſt, in cęlo uero per illud quod homo eſt Chriſtus etiā dicit, Pau-

peres ſemper habebitis uobiſcum me, autem non ſemper habebitis. Alij inſuper ut Zuinglius & Oecolampadius dicunt, quod cum Chriſtus di-
Marc. 14 xit, Hoc eſt enim corpus meum, illam propoſitionem de actu exercito eſſe intelligendam de actu
Matt. 26. ſignato, ut ſit ſenſus. hoc eſt, id eſt ſignificat corpus meum quorū falſa interpretatio, inferius in eorum capite redundabit. His abijſque ſimilibus utuntur præfati Hæretici Lutherani in aſſertione ſui erroris.

periculoſiſsimus quippe eſt error iſte, & pernicioſiſsimus contra fidei utilitatem, contra diuinę charitatis magnitudinem, contra ſacramenti dignitatem & excellentiam, Ideo contra hanc Lutharanorum hæreſim conformiter ad ſacroſanctam Catholicam fidem pono hanc Concluſionem.

Concluſio prima.

CORpus Chriſti quod ſumptum eſt de uirgine Maria, quod paſſum eſt, et ſepultū quodque reſurrexit & ad cœlum aſcendit. ac ſedet ad dexterā dei patris, in quo filius dei uēturus eſt iudicare uiuos & mortuos ſub ſpeciebus panis & uini uere & realiter continetur.

Hæc concluſio per rationes naturales oſtendi non poteſt, diuinarum tamen ſcripturarum, tum maxime noui teſtamenti, authoritatibus manifeſtiſsime demonſtrabitur, ex quibus poterunt formari rationes.

1. Ratio Primo igitur pro fundamento primę rationis, ſumo dialogum illum inter Chriſtum & Iudæos.
Ioan. 6. qui in Euang. Ioannis pulcherrime deſcribit. Nā Iudæi poſtquam Chriſtus ex quinque panib. & duobus piſcibus ſaturauit quinque millia homi-

uum uoluerunt ipſum conſtituere regẽ. beatos ſe
putantes ſi talis ac tantus Rex, ut erat Christus
uerus Deus & homo, infinitæ uirtutis ei domina-
retur quibus Chriſtus Amen Amen dico uobis
quæritis me facere regẽ non quia uidiſtis ſigna,
ſed quia mãducaſtis ex panibus & ſaturati eſtis,
Operamini non cibũ qui perit ſed qui permanet
in uitã æternã quẽ filius hominis dabit uobis (Iu- *Dialogus*
dæi) Quis eſt iſte cib⁹? (Chriſtus) Cib. iſte eſt pa *inter Chri*
nis optimus (Iudæi) Nũquid iſte panis melior eſt *ſtum et iu*
pane quem dedit dñs patribus noſtris ad ueſcen *deos.*
dum? Nã patres noſtri manducauerunt Mana in
deſerto ſicut ſcriptum eſt panẽ de cœlo dedit eis
manducare (Chriſtus) Amen Amẽ dico uobis nõ *Pſal* 77
Moſes dedit uobis panẽ de cœlo. ſed pater meus
dabit uobis panem de cęlo uerum, panis enim ue
rus eſt qui de cœlo deſcendit & dat uitam mun-
do, (Iudæi) Domine ſemper da nobis hunc panẽ,
Chriſtus, Ego ſum omnis uitæ, patres ueſtri man
ducauerunt mana in deſerto & mortui ſunt, hic
eſt panis de cœlo deſcendens ut ſi quis ex ipſo
mãducauerit non moriatur, Ego ſum panis uiuus
qui de cœlo deſcendi. ſi quis mãducauerit ex hoc
pane uiuet in æternum: Ecce quam apertiſsime
Chriſtus dicit ſe eſſe panem, & inde ſubdit, & pa
nis quem ego dabo caro mea eſt pro mũdi uita
ut luce clarius oſtendat panem quẽ daturus eſt,
eſſe carnem ſuam, litigabant ergo Iudæi ad inui-
cem dicẽtes, Quomodo poteſt hic carnem ſuam
nobis dare ad mãducandũ: Chriſtus, Amẽ Amẽ
dico uobis niſi manducaueritis carnẽ filij hoĩs, &
biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in
uobis. Qui manducat meam carnem, & bibit
meum ſanguinem, habet uitam æternam, & ego

reſuſcitabo eũ in nouiſsimo die, Caro enim mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Ecce dicit uere, id eſt non figuratiue neq; myſtice neque ſignificatiue ſed ſpiritualiter, ideo ſubdit, qui manducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinẽ in me manet, & ego in illo, ergo ſub ſacramento euchariſtię eſt uera caro, ac uerus ſanguis Chriſti & ex cõſequenti ipſum corpus glorioſum, quod quemadmodum eſt ſpirituale, ita eſt uerus ſpiritualis cibus animæ, quare, &c.

At contra aduerſantur Hęretici per illud quod in eodem dialogo Ioannis habetur. Nã Iudæi audientes, & multi ex diſcipulis eius dixerunt, Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? & abierunt retro, ex quibus chriſtus ſpiritus eſt qui uiuificat caro non prodeſt quicquam, Verba quę locutus ſum uobis ſpiritus & uita ſunt, ideo ut ipſi aſſerunt uerba Chriſti intelligẽdo ſunt ſpiritualiter, ſcilicet de maducatione ſpirituali per fidem tantum, non autem de ſacramentali manducatione, ut catholici uere fatentur.

Hæreticorum obiectio.

Reſponſio

Sed pro huius obiectionis reſponſione, Notãdum eſt primo, quod corpus quolibet ut panis uel caro, ſeu alia res comeſtibilis poteſt dupliciter comedi a nobis, corporaliter. ſ. & ſpiritualiter, Primo enim corporaliter, quotieſcunque comeditur ſub corporalibus accidẽtibus, uidelicet cũ in comeſtione alicuius rei percipitur eius, põdus, color, odor, ſapor. i. dulcedo uel amaritudo, et huiuſmodi res conuertitur in ſubſtantiam aliti, tunc quippe uere & corporaliter comeditur. Sunt caro uituli uel agni, ſeu panis. Secundo modo poteſt aliquod corpus comedi ſpiritualiter, non dico autem ſpiritualiter, id eſt per fidem tantum,

Dupliciter poteſt comedi corpus.

ſed ſpiritualiter,quando comeditur,& nõ ſub ac cidẽtibus corporalibus,de quibus exemplũ cla- rum habemus,de optimo uino multoties lambi- cato,ſeu diſtillato,ꝙ quidem uinum per huiuſmo di diſtillationẽ amittit colorem,ſaporem,& odo rem uini,tamen ibi remanet eſſentia,& ſubſtan- tia,ac uirtus ipſius uini,itaꝗ uinum remanet ſpi- rituale, cum igitur bibitur, quia n on ſumitur ſub accidentibus corporalibus,ideo ſpiritualiter bibi tur,itidem patet de ſulfure lãbicato cuius tãtum uirtus & ſpiritualis eſſentia remanet,ſemotis ſul- furis accidentibus, ac cæteris corporeis conditio nibus,& ita de herbis ac cęteris rebus lãbicatis. Sic dicẽdum eſt de corpore Chriſti quod nõ co- meditur,ſub ſpeciebus corporis,ut putabant Iu- dæi & multi diſcipulorum Chriſti, Qui ut ſupra diximus audientes Chriſtum dicentem. Niſi mã ducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius ſanguinem non habebitis uitam in uobis, dixe- runt,Durus eſt hic ſermo, Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Et abierunt retro propter duritiam ſermonis eius,In telligebant enim carnem ſuam manducandã cor poraliter,id eſt ſub corporis ſpeciebus & ſub ma terialibus conditionib. quomodo in cadauere uẽ ditur,aut in macello perætiatur,ac dẽtibus lania tur,Et ideo fuerunt ſcandalizati, unde Chriſtus agnoſcens quod inter ſe murmurabãt dixit,Hoc uos ſcandalizat quod.ſ. dixi carnem meam a uo bis manducandam, ſed cum uideritis filium ho- minis aſcẽdentẽ ubi prius erat in diuinitate.ſ.tũc uidebitis ꝗa nõ eodẽ modo, quo putatis corpus meum erogabo uobis ut morſibus conſumatur, quia cum ipſo corpore integro utique aſcenſurus

Optima in propoſito ſimilitudo

ſum in cœlum, Recedentibus autem illis a Chriſto & duodecim apoſtolis manentibus illos inſtruxit de eo quod dixerat, Spiritus inquit, eſt qui uiuificat, caro non prodeſt quicquam. Quo ſcilicet illi intellexerunt carnales diſcipuli, carnem Christi carnaliter manducandam, Spiritus eſt q uiuificat, id eſt caro mea ſpiritualiter ſumpta uiuificat, uerba quę locutus ſum, ad uos, ſcilicet de carne mea manducanda ſpiritus & uita ſunt, id eſt ſpiritualem habent intellectum ſecundum quem caro mea uitam præſtat, ſcilicet ſumpta ſpiritualiter ſub ſacramento. Manducatur igitur corpus Chriſti uere & realiter, ſed non corporaliter, ut arbitrabantur Iudæi, id eſt non ſub propria ſpecie carnis, & lineamentis corporalibus, humano, corpori conuenientibus, ſed ſpiritualiter, id eſt ſub ſpecie aliena ſub qua latet, & ſic non ſubijcitur alicui corporalium ſenſuum, ſub qua ſpecie habet quodammodo modum exiſtendi ſpiritus, quia ibi eſt modo inuiſibili & inſenſibili. Et hęc ſiquidem manducatio ſpiritualis, uere eſt manducatio ſacramentalis, quæ opponitur manducationi corporali ſeu carnali, de qua intelligebant Iudæi, ut ſupra dictum eſt. Et ſic patet reſponſio ad obiectionem, qualiterque intelligenda ſint uerba Chriſte.

Qualiter manducatur Chriſti corpus ſub ſpecie panis

De modo eſſendi Chriſti in Sacramento.

AT ut clarius intelligatur, modus exiſtendi corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis & uini, & qualiter manducatur & ſumitur a nobis. Notandum eſt ſecundo quod elementa omnia pariter mundus & homo, habent triplex eſſe, uidelicet corporale, ſpirituale, & cœleſte, alterum alte

Optimus diſcurſus

Triplex eſſe terræ.

ro perfectius, Terra nanque habet ſuum eſſe corporale, in hoc infimo elemento, quod nimis corporeum eſt. Spirituale uero in homine, de quo dominus, Terra es & in terram reuerteris, ibi enim exiſtit ſpiritualiter, id eſt non ſub propria ſpecie terræ, ac ſuis accidentibus corporalibus. Cœleſte uero eſſe ſuum habet in cœlo empireo, quod quidem cœlum proprie dicitur terra ad inſtar iſtius inferioris elementi terræ, ob firmitatem, ſtabilitatem & immobilitatem, de qua Pſalmiſta. *Pſal.26.* Credo uidere bona domini in terra uiuentium, *Pſal.141* & alibi, Portio mea domine in terra uiuentium. *Pſal.84* Item Benedixiſti domine terram tuam &c. Similiter exiſtendi aquæ, materialis in ſuo reſidet elemento: ſpiritualis autem in ſuperioribus aquis, de quibus Pſal. Et aquæ quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomen domini. Ex quibus ſimplicis et puriſſimis aquis formatũ eſt cęlũ chriſtallinum ſupra firmamentum, in quo aqua habet ſuum eſſe ſpirituale, & ſic firmamentum diuidit aquas materiales, ab aquis ſpiritualib. Modus uero eſſendi aquę ſpiritualiſsimus & cœleſtis reperitur in ipſa gratia ſpirituſſan. de qua Ezechiel. Ecce ego effundã ſuper uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris. Et alibi. Vidi aquam egredientem de templo &c, Eſaias quoq; clamat. Oẽs ſitiẽtes uenite ad aquas. Item Chriſtus in euangelio Ioannis. Qui biberit ex aqua quã ego dabo ei, nõ ſitiet ultra, & infra, Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat &c. Aer inſuper materialis in ſuo uiget elemento, ſpũalis uero in corpore humano, quiquidem aer ob nimiã eius ſubtilitatem, ſpiritus appellatur, de quo Propheta. Os meum aperui & attraxi ſpiritum, id eſt ſubtil

Triplex modus eſſendi aq. *Pſal.148.* *Eze.36* *Ezec.47.* *Eſaia. 5.* *Ioan.4* *Ioan.7.* *Triplex aer.* *Pſal.118*

liſſimum aerem. Aer autẽ cęleſtis in ſphera Mercurij reperitur ſiquidem planeta ille de natura eſt aeris. Pari etiam ratione, Ignis triplici gaudet eſſentia ſcilicet materiali in hoc inferiori et materiali igne, ſpirituali aũt in ſua ſphæra. Qui ob eius raritatem, & ſpiritualitatem, exiſtens ſub concauo orbis Lunæ non percipitur uiſu. Cœleſti uero & ſpiritualiſsimo eſſe gaudet in ſpiritu ſancto qui in linguis igneis ſuper Apoſtolos apparuit, ut uerba ignea amoris plena proferrent, legemque igneam prædicarent. Ab his quoque non deeſt quin Mundus triplex habeat eſſe, materiale uidelicet, in hac uniuerſali fabrica, & ſpirituale in homine, qui microcoſmus nuncupatur, id eſt paruus & ſpiritualis mundus. At ſuum eſſe ſpiritualiſſimum habet in Deo, qui architipus & ſupremus dicitur mundus. Vnde Ioannes loquens de filio ait. In mundo erat, id eſt in patre teſte Auguſtin. quare perpulchre dicitur. Mundus mundum creauit, inuiſibilis uiſibilem, æternus temporalem, ſimpliciſsimus compoſitum, infinitus finitum ſupremus mundus infimum mundum fecit, Denique homo triplex reperitur, primus carnalis ſeu animalis homo, quem Deus formauit de limo terræ, qui ut ait Apoſtolus non percipit quæ Dei ſunt, ſecundus homo ſpiritualis factus ad imaginem & ſimilitudinem Dei, Tertius homo ſpiritualiſsimus & cœleſtis erit quilibet beatus, poſt generalem reſurrectionem, de quo Paulus, ſeminatur in corruptione, ſurget in icorruptione, ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria ſeminatur in infirmitate, ſurget in uirtute, ſeminatur corpus animale ſurget corpus ſpirituale & paulo poſt. Primus homo de terra terrenus, ſecundus

Ignis triplici gaudet eſſe.

Triplex eſſe mundi.

Ioan. I.

Triplex homo.

Gen. 2.

Gen. I.

I. Cor. 15.

homo de cęlo cęleſtis, qualis terrenus, tales &
terreni, & qualis cœleſtis, tales & cęleſtes, igitur
elementa omnia pariter mundus et homo triplex
habent eſſe, &c.

Ex dictis authori infert propoſitum.

Sic glorioſum Chriſti corpus hoc triplex ha-
buit eſſe. Primum fuit materiale, ſenſibile & paſ-
ſibile, quod de ſacratiſsimo uirginis utero traxit
& illud quidem corpus, ſecundum tale eſſe ma-
teriale poterat uideri, pati, comedi, ac dentib. ſeu
morſib. dilaniari, ſecundum quem modum co-
medendi arbitrati ſunt Iudæi, Chriſtum dixiſſe.
Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & cæ.
ut oſtenſum eſt ſupra.

De primo Chriſti eſſe.

Aliud inſuper eſſe habuit
ſanctiſsimum Chriſti corpus immediate poſt re
ſurrectionem ſcilicet ſpirituale & glorioſum ſe-
cundum quod latet in ſacramento altaris ſub ſpe
ciebus panis & uini, ideo non eſt mirum ſi in ho-
ſtia conſacrata non uidetur, non tangitur, non
ponderatur, non frangitur ad diuiſionem ſpetie-
rum non percipitur eius odor, nec ſapor, licet ibi
uere & realiter exiſtat, quoniam de ratione cor-
poris ſpiritualis, & glorioſi, eſt omni corpulenta
carere materia, pariter & corporeis accidētibus
propter eius gloriam, impaſsibilitatem, ſubtilita-
tem, agilitatem, quę ſunt corporis glorioſi dotes
& ſic hoc ſecundū eſſe ſpirituale ualde perfectius
eſt illo primo corporeo eſſe, Corpus igitur illud
Chriſti glorioſum ab omnibus corporeis condi-
tionibus abſtractum, ſub ſpetie panis uere mādu
catur a nobis ſacramētaliter et ſpiritualiter quod
clare oſtenditur per illud quod ait Chriſtus. Pa- *Ioan. 6.*
nis quem ego dabo caro mea eſt pro mūdi uita.
Ecce Chriſtus expreſſe dicit panem quē daturus
eſt eſſe carnem ſuam. Cur igitur hæretici hoc ne-

De ſecundo Chriſti eſſe.

gare audent?facientes Chriſtum mendacem? & paulo poſt ſubdit. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus, ibi enim duo conſiderantur. Primum quod caro Chriſti, pariter & ſanguis, id eſt eius ſanctiſsimum corpus uere eſt ſub ſpecie panis & uini. Secundum quod eſt cibus non ſiquidem exterioris hominis, ut putabant Iudæi, igitur eſt cibus hominis interioris, q cum ſit ſpiritualis, non autem carnalis ſeu animalis proportionatur cibo ſuo ſpirituali, utilitatem autem huius cibi oſtendit dominus cum ſubiungit. Qui manducat meam carnem & bibit meũ ſanguinem in me manet, & ego in illo. Ecce quod ibi realiter loquitur de cibo carnis et potu ſanguinis, non quidem corporaliter ſcilicet ſub corporis ſpeciebus, & accidentibus. ſed ſpiritualiter. Non dico autem ſpiritualiter, id eſt per fidem tãtum. ſed ſpiritualiter. i. ſine corporeis & materialibus conditionib. ut oſtenſum eſt ſupra. Manere uero Chriſtum in nobis per gratiam denique per gloriam, & nos cum illo, per eius gratię, & glorię adeptionẽ, magna eſt utilitas illius cibi ſpiritualis & potus &c.

De tertio Chriſti eſſe triplex modus eſſendi corporis Chriſti.

Aliud demum eſſe ſingulariſsimũ habet Chriſtus in cœleſti gloria, ubi non ſub aliquibus ſpeciebus, ſed manifeſtiſsime a ſanctis omnibus glorioſe uideť. Poſſumus igitur dicere xp̃m habuiſſe triplicem eſſendi modum, primum corporeum, quod extraxit de uirgine ſancta ad patiendum ſecundum ſpiritualem quẽ nũc habet in ſacramẽto altaris, ad gratificandũ, tertium uero modum eſſendi perfectiſsimum, habet in cęlo ad glorificandum. Et nota quod corpus Chriſti corporale, & ſpirituale, idem ſunt in re, ſed differũt tantum pe-

Nota hãc authoris declarationem.

nes accidentia,& corporis conditiones. Nam di citur corporale,prout ſubijcitur corporeis quali tatib.& accidentib. Spirituale uero,prout abſtra ctum eſt ab omnibus corporeis conditionib. de cuius notabilis ueritate perpulchrũ exemplũ habemus in Apoc. De illis qui uenerunt ex magna tribulatione & dealbauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Cum enim ſanguis ſit rubeus. Quomodo poteſt ueſtimenta dealbare? Non poſſet quidem,ſi ſanguis ille ſub qualitatib.& accidentibus ſanguinis remaneret, ſed quemadmodum ſanguis,ſi per multiplicem lambicationem extrahatur, ammittit illam corpulentam materiam, aliaſq; ſanguinis qualitates,et ſic efficitur ſpiritualis & albus.ita in propoſito ſanguis Chriſti i cruce lambicatus & purificatus,poſt reſurrectionẽ ſimul cũ carne effectus eſt ſpiritualis.i. abſtractus a materialib.conditionibus,quare in illo dealbãtur ueſtimenta hoc eſt bona opera ſanctorum, quæ per ueſtimenta ſignificantur ob diuinã acceptationẽ,&c.Ex quibus omnibus colligitur.quatuor eſſe genera hominum ſumentiũ Chriſti corpus. Aliqui.n.ſumunt illud nõ aũt ſacramentaliter,nec ſpiritualiter,ut ſunt hęretici,non putantes eſſe Chriſti corpus uere in ſacramẽto altaris,niſi tantũ in ſignum. Alij uero ſumũt tantũ ſacramẽtaliter,& non ſpiritualiter, qui licet cum fide tñ ſine gratia,& charitate accedunt. Nonnulli autẽ ſpiritualiter tantum ſumunt,qui non actu ſumentes Chriſti corpus,per fidem tamẽ, in ſocietatem fidelium aſſumuntur, ſeu firmius in fide ſolidanẽ xpõq; fortius per fidem & dilectionẽ cõiunguntẽ. At pleriq; ſimul ſacramẽtaliter,& ſpiritualiter ſuſcipiunt ſacramentũ, qui & uerũ Chriſti corpus

Apoc. 7

ppulchrũ exemplũ in propoſito.

A quatuor gener. hominũ ſumitur xp̃i corpus.

manducāt paritercꝫ conſequuntur illius ſacramenti effectum,ſcilicet gratiam. De comeſtione enim ſacramentali & ſpirituali ſimul loquitur do-
Matt 26. minus ibi,Accipite et manducate hoc eſt corpus
Ioan.6 meum,De comeſtione uero ſpirituali tm̃ dicit. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem nō habebitis uitam in uobis:quare &c.

Secunda principalis ratio.

SEcundo principaliter pro eadem concluſione,ad oſtendendū ſacratiſsimū chriſti corpus eſſe uere & realiter in ſacramēto altaris,ſub ſpecie panis & uini,teſtes ſunt omnes Euangeliſtæ,
Matth. 26 una cū Apoſtolo Paulo. Qui nihil expreſsius poterant loqui.nam ſanctiſſ.Euangeli.Matt. Accepit inqt panē Chriſtus & benedixit ac fregit, dedit que diſcipulis ſuis & ait, Accipite & mandu-
Marci. 14 cate,hoc eſt corpus meū,de quo & Mar.ait.Mā ducantibus illis.accepit Ieſus panem & benedicens fregit & dedit eis & ait.Sumite hoc eſt cor-
Luc.22. pus meū.quib.conſentit Luc.dicens.Accepto pane gratias egit & fregit,& dedit eis dicens. Hoc eſt corpus meū qđ pro uobis datur: Hoc facite in meā commemoratione.Ioa.quocꝫ refert uerba Saluatoris, ſimul & ueritatē,et utilitatē huius
Ioan.6. ſacramēti denotans,qui ait.Panis quē ego dabo caro mea eſt pro mūdi uita,& ſequitur. Niſi mā duca.car.filii hominis & bibe.eius ſangui.nō ha bebi.uitā in uobis. qui māducat meā carnē,& bibit meū ſanguinē habet uitā æternā. Similiter &
Cor.11 Pau.ad Corinth. ait. Ego enim accepi a domino quod & tradidi uobis.i.myſterium corporis & ſanguinis domini, poſt Apoſtolos & Euangeliſtas reuelauit mihi dominus, quod eſt manife-

ſtiſsimum ſignum, quod in ſacramẽto altaris eſt ibi uere Chriſtus actu exiſtens. Nam ſi tantum eſſet in ſignum, non opus fuiſſet tam mirabilem reuelationem habuiſſe Paulum de hoc ſacramenti myſterio, unde ſubdit, Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agẽs fregit & dixit. Accipite & mãducate, hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem, ſimiliter & calicẽ &c. Nam ille idẽ paulo ante expreſsius dixerat, Panis quẽ frãgimus nõne cõmunicatio corporis dñi eſt? Ecce quot authoritates canonicæ ſcripturæ concorditer affirmant corpus Xpi realiter, & uere ſub ſpecie panis datũ fuiſſe Apoſtolis, ac eiſdem fuiſſe a ſaluatore præceptum ut in memoriã paſsionis dominicæ corpus Chriſti ſub ſpecie panis offerrent. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Hæc autem uerba Chriſti figuratiuæ, aut ſignificatiue dicta non ſunt[ut quãplurimi aſſerunt moderniores Hæretici]ſicut illa. Ego ſum uitis uera, uel petra autem erat Chriſtus, ubi uitis, & petra non accipiuntur ſecundum proprietatem ſed ſecundũ ſimilitudinẽ. i. Ego ſum uitis, hoc eſt ſum ſimilis uiti & petræ, propter quod p uitem, & petrã ſignificor. Nam ſi Chriſtus ſignificatiue locutus fuiſſet, cum dixit. Hoc eſt.n. corpus meum. Hoc ſignificat corpus meum, ut ſtupidi & iſenſati ac indoctiſs. Hæretici aiunt, profecto uerius dicere potuiſſet Chriſtus de agno paſchali. Hoc eſt corpus meum, quam de azimo pane. Siquidẽ agnus paſchalis plus ualde corpus Chriſti figurabat & ſignificabat cui⁹ oblatio, & comeſtio euanuit, cum Chriſtus ſeipſum in cruce obtulit ſeipſumque nobis in cibum dedit, quemadmodũ ceſ

Contra Zuingliũ et Oecolãpadium.

Optima ratio adverſus hæreticos author hic loquitur Luthera.

ſat figura, adueniente ueritate & umbra accedente luce. Cum igitur agnus paſchalis, magis figuret & ſignificet Chriſti corpus, quam panis azimus, cur non dixit Chriſtus de ipſo agno. Hoc eſt, id eſt hoc ſignificat corpus meum ? (Sicut de pane uos. Hæretici dicitis.) Item ſi uerba Chriſti ſecundum ueſtram impietatem, & ignorantiam ſunt ita nequiter interpretanda. Hoc eſt, id eſt hoc ſignificat corpus meum, ita pari ratione illa alia uerba, quæ dixit Chriſtus in euangelio Ioa. 1 Ego ſum paſtor bonus poterũt ſic exponi. i. Ego ſignificabo bonum paſtorem, & ſic Chriſtus nõ erit uerus paſtor, ſecundum ueſtram turpiſsimã interpretationem, ſic inſuper eodem modo cum dixit. Ego principium qui loquor uobis, id eſt ſignifico principium. & ita de aliis multis. O igitur nephandiſsimum tale, & abominabile hęreticorum genus, miror quod non aperiatur terra, & abſorbeat eos ſicut Dathan & Abiron, ut deſcẽdant ad infernum uiuentes niſi ó utinam conuertantur & ueritatem agnoſcãt, quod deus ſua pietate permittat,

Vt autem ſciatur quando uerba Chriſti figurate intelligenda ſunt, uel proprie, ſeruanda eſt regula beati Auguſtini in libro. 83 quęſtionum quęſtione. lxix. non longe a principio, Solent inquit circunſtantiæ ſcripturæ illuminare ſententiam, cum ea quæ circa ſcripturam ſunt præſentẽ quæſtionem contingentia diligenti diſcuſsione tractẽtur, &c.

Optima regula pro ſcriptura.

Vniuerſaliter enim intellectus uerborum Chriſti. an loquatur figuratiue an non, colligi poteſt ex præcedentibus uel ſequentibus ibidem, uel ex aliis ſcripturæ locis. Vnde cum Chriſtus ait.

Ego ſum uitiis uera ſubiunxit. & uos palmites, conſtat autem quod diſcipuli non erant palmites naturalis uitis, ſed dumtaxat ſpiritualis, ſic dicti propter quandam ſimilitudinem repertam in utriſque. Nam quemadmodum palmites ueri trahunt originem ex uite, qua eſt ipſis uiuendi principium, ut fructus afferant carpētibus, Ita & diſcipuli ſpiritualem uitam a Chriſto ſpiritualis uitæ principio & origine receperunt. & multos fructus uitæ perennis per ſuas operoſas prædicationes attulerunt, Cum autem dixerat, Hoc eſt corpus meum, immediate ſubdit, quod pro uobis tradetur. Et iterum cum dixiſſet, Hic eſt ſanguis meus addit. qui pro multis effundetur, ut dicit Matthæus, Per quæ manifeſte ſignificat, ſe non locutum fuiſſe de corpore ſuo figuratiue cum dixerat, Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, Sed de corpore illo, quod tradendum erat in mortem pro ſalute generis humani. & ſanguine ex eodem corpore fundendo. Ad hoc etiam conducut dicta Auguſtinus. Vbi ſupra quæſtio. eadem diſt. Hoc autem corpus morti traditum, uerum corpus Chriſti fuit, qui uere corporale ſuo naturali crucifixus eſt, & ſanguis in cruce fuſus, uerus Chriſti ſanguis fuiſſe a nullo fideli dubitatur. Patet inſuper hoc idem ex diffuſa prædicatione huius ſacramenti, Caro mea uere eſt cibus & ſanguis meus uere eſt potus & panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi uita & cætera quæ ibi habentur, de quibus ſatis dictum eſt ſupra, Nec unquam aliquis hominum hoc prædicare præſumpſiſſet niſi Chriſtus qui ueritas eſt hoc primum docuiſſet, dum accipiens panem fregit, & dixit, Accipite & co-

rum intelligentia.

Hic manifeſtatur uera uerborū Chriſti intelligentia

Ioan. 6.

medite,Hoc eſt corpus meum. Si quoque Chriſtum locutum fuiſſe,& hanc fuiſſe eius mentē,ſancti patres,ſcripturæ ſacræ expoſitores,uita & doctrina ꝓbatiſsimi,nos ſcriptis ſuis multipliciter docuerunt. inter quos principalis fuit Auguſtinus.Et alij quamplures,ut Euſebius, Leo Papa in ſinodo Romano Hilarius Papa, Item beatus Hieronymus, Ambroſius; Gregorius. Chriſoſtomus,Baſilius. Quorum perplures ſententias,Gratianus colligit de conſecratione diſtinc. 2. Quas recenſere cauſa breuitatis omitto igitur & cætera.

Confirmatur diuerſorum patrum authoritatibus.

Præterea Innocentius in de officio miſſæ aduerſatur Zuinglio & Oecolampadio modernioribus Hæreticis dicens. Cum ſacerdos illa uerba Chriſti pronunciat, Hoc eſt corpus meum. Hic eſt calix meus,panis & uinum in corpus & ſanguinem conuertuntur, illa uerbi uirtute,qua uerbum caro factum eſt,& habitauit in nobis. qua dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt uniuerſa,Ego igitur qui uitam æternam habere deſidero carnem Chriſti ueraciter comedo & ſanguinem eius ueraciter bibo, Illam utique carnem quam traxit de uirgine,& ſanguinem quem effudit in cruce, Ego corde & ore confiteor ipſum dominum Ieſum Chriſtum in hoc ſacramento manduco fretus authoritate ipſius domini,& cætera.

Proinde aduerſus hos pernicioſos Hæreticos ualet illa confeſsio Berēgarij facta in generali cōcilio, Nicolao Papa præſidente. Et habetur in capitulo.Ego Berengarius, de conſecr.diſtinc.2. qua ait.Conſentio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ, ſed & ore & corde profiteor panē & uinum

& uinum, quæ in altari ponuntur poſt conſecrationem, non ſolum ſacramentum, ſed etiam uerum corpus, & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe.

Denique hanc ueritatem uniuerſalis Eccleſia. (Cuius poſt Euangelium nulla maior eſt authoritas) determinauit in concilio generali ſub Innocentio tertio celebrato ut habetur in ca. firmiter, de ſumma trinitate, & fide catholica, ubi dicitur, una uero eſt fidelium uniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur, in qua idem, ipſe Sacerdos eſt, & ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & uini uere continetur, patet igitur manifeſtiſſime tam multiplici Chriſti authoritate, tum omnium ſanctorum patrum ac antiquorum Eccleſiæ doctorum teſtimonijs, tum uniuerſalis Eccleſiæ determinatione, ſacratiſſimũ Chriſti corpus & ſanguinem, ſub ſpeciebus panis & uini uere & realiter contineri, Modo ſupereſt, ut figuras ueteris Teſtamenti, quibus figuratum eſt hoc ſacramentum, in medium proponamus &c. *Sũma omnium dictorum.*

Tertio principaliter eadem concluſio, quę licet ex dictis ſit ſufficientiſſime demonſtrata, poterit etiam & his figuris iterum confirmari, Duplici enim de cauſa ſacramenta præfigurantur, ſcilicet ratione ſuę dignitatis, & ratione difficultatis, Figura enim atteſtatur dignitatẽ figurati, Quo enim res dignior, eo magis eam congruit præfigurari, ut ſic præcurrentibus figuris famoſior fieret eius dignitas, Sic quo aliquid difficilius creditur eo magis indiget figurarum ſignificatione, quibus homines aſſueſiãt ad credẽdũ. Vnde cũ uenerabilis eu- *Tertia rõ ex figuris ſumpta.*

chariſtia ſit omnium ſacramentorum perfectiſſimum, & digniſſimum, tum quia certius ſignificat alijs ſacramentis, Alia enim certe ſignificant quã tum eſt ex ſe, tamen quandoque non habent effectum propter indiſpoſitionem ſuſcipientis, iſtud autem nunquam caret ſuo ſignificato, ſcilicet pręſentia corporis Chriſti. Nec poteſt impediri per malitiam conſecrantis, nec per prauitatem ſuſcipientis, tum quia alia ſacramenta ſignificant gratiam accidentalem & creatam, illud uero ſignificat gratiam ſubſtantialem & increatam, ſcilicet Chriſtum fontem gratiarum, tum quia alia ſacramenta non continent quod ſignificant, quia gratia non eſt formaliter in cæteris, ſed in ſuſcipientibus ea. Iſtud autem in ſe realiter continet gratiã ſubſtantialẽ, quam ſignificat, Ideo operepretium fuit pluribus ac multiplicibus figuris eſſe figuratum, & quantum ad materiam & quantum ad contentum, quantumque ad effectum.

Eucharistiæ ſacramentũ omnibus alijs ẽ dignius.

De figuris huius ſacramenti.

Gen. 14. PRima igitur figura fuit in lege naturæ, ſcilicet oblatio Melchiſedech Regis ſalem, offerentis, panem & uinum Abrahæ. Nam ut ait Apoſtolus, Melchiſedech interpretatur Rex Iuſtitiæ, Melchon etenim ſiue Melchi Regem ſignificat, Sedech uero Iuſtus, ſiue iuſtitia & quis eſt uerę rex iuſtitiæ niſi Chriſtus, qui dicit in Pſalmo: Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, ipſe enim iuſte & recte regit, ac homines iuſtificat. *Hebræ. 7.*

Secundo Salem interprętatur pax, Melchiſedech autem erat rex Salem, ſic Chriſtus rex pa-

ciſicus pacificans omnia quæ in cœlis & quæ in terris ſunt, de quo Eſaias, Et factus eſt principatus ſuper humerum eius et uocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius Deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis. Tertio Melchiſedech erat ſacerdos ita Chriſtus ſacerdos, id eſt unctus, de quo Pſal. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Quarto nullibi legitur quando natus eſt Melchiſedech, neque quando mortuus eſt narratur, & ſic aſſimilatur filio Dei, qui manet Sacerdos in æternum, qui etiam quan tum ad diuinitatem eſt ſine principio & fine. *Eſaie. 9.* *Pſal. 109.*

Quinto Melchiſedech accepit decimas ab Abraham, & benedixit ei, ut in hoc oſtenderet ſe eſſe maioris dignitatis quam Abraham, & ex conſequenti quam omnes alij eius deſcẽdẽtes, ſic Chriſtus etiam quãtum ad dignitatem dignior eſt omnibus electis, Sexto Melchiſedech obtulit panẽ & uinum Abrahæ, in quo figurantur omnes electi, ſic Chriſtus in ultima cœna dedit ſuum ſanctiſſimum corpus & ſanguinem ſub ſpecie panis & uini omnibus Apoſtolis in quibus ſignificantur omnes Chriſti fideles, quare &c. *Similitudines inter xp̄m & Melchi.*

Secunda figura fuit in lege ſcripta, De agno paſchali, ut clare habetur in libris Exodi, Leuitici, & Numeri. Præceperat enim dominus noſter comedi agnum cum multis conditionibus & cerimonijs, quę omnia recte figurabant hoc ſacramẽtum corporis, & ſanguinis Chriſti. Primo enim quantum ad conditiones agni, qui quidem agnus erat ſine macula. i. ſanus, ita Chriſtus fuit Agnus ſine macula peccati, de quo Eſa. tanquam agnus ad occiſionem ducetur. Iohannes quoq;, Ecce *Exo. 12.* *Leui. 23.* *Num. 28.* *De condition. agni.* *Eſaie.* *Ioan. 1*

inquit agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi. Item agnus erat maſculus, Chriſtus fortis contra Diabolum, mortem, & mūdum. Item anniculus, id eſt perfectus, Chriſtus perfectiſſimus, ego ſum alpha & . Secundo quantum ad tempus. Quartadecima enim Luna Martij comedebaẽ agnus. Ita eodem tempore Chriſtus fecit cęnam, deditque ſuum corpus & ſanguinem ad ſacramentaliter & ſpiritualiter comedendum, deinde, Quintadecima luna liberatus fuit populus Iſrael a ſeruitute Ægypti, ſic eodem tempore Chriſtus paſſus eſt per quem liberati ſumus a ſeruitute Diaboli legis & peccati, infernus eſt clauſus, & cœlum apertum. Tertio quantum ad modum immolandi, immolabatque eum uniuerſa multitudo filiorum Iſrael, ſic Chriſtus a Sacerdotibus Iudæorū, extrahebaturque totus ſanguis, quo poſtes & ſuperliminaria domus liniebātur, & ſic a percuſſore Angelo liberabantur, Ita corpus Chriſti in Cruce oblatum ſuo ſanguine nos liberauit ab Angelo exterminatore, quo ſanguine ſpiritualiter liniuntur corda noſtra, pariter & affectus. Item Angelus tranſibat percutiens omnia, primogenita Ægypti, ſic in paſchate percutiuntūr omnes mali, & qui indigne ad hoc ſacramentum accedunt. Præterea Agnus eſcoriatur, Chriſtus fuit denudatus, integer aſſatur. Ita Chriſtus in Cruce, & demum in ſero. Chriſtus etiam in ultima ætate. Quarto quantum ad comeſtionem, parabatur enim menſa, ſacerdoſque comedebat cum duodecim principibus tribuum, ſic Chriſtus in cœnaculo duodecim Apoſtolis, Item come de-

De tẽpore — *De modo immolãdi.* — *De Agni manducatione.*

bant agnum cum lactucis agreſtibus, ſic hoc ſacramentum ſumendum eſt cum pœnitentia, cordis dolore, ac peccatorum amaritudine. Illi cum panis azimis, nos cum mundicia cordis, Item comedebant caput cum pedibus eius & inteſtinis, ſic nos ſumendo ſacramẽtum totum corpus cum anima & diuinitate ſpiritualiter ſumimus, Quinto quantum ad modum comedendi Primo enim in præparatione Euangelij, Secundo Accinti renes, id eſt caſti, Tertio baculum tenentes, id eſt fide ſuſtentati. Quarto ſtantes, ſcilicet ſicut peregrini ituri ad patriam. Quinto feſtinanter, id eſt cum feruore ſpiritus. Sexto excludebantur ab eſu illius agni incircunciſi, id eſt luxurioſi, forenſes id eſt increduli, Serui id eſt auari, & denique neophiti, id eſt de nouo conuerſi hoc eſt pueri & ſimplices, qui neſciunt diſcernere inter panem & panem. Qui omnes ſupradicti excludi debent a tam mirabili huius ſacratiſſimi corporis, & ſanguinis Chriſti ſacramentali & ſpirituali manducatione: & cætera.

De modo comedẽdi.

Quatuor genera hominum excludebantur ab eſu.

Tertia figura etiam in lege ſcripta fuit Manna ſcilicet Ros melleus matutinus, quem pluit dominus filijs Iſrael ad ueſcendum, cuius conditiones congruunt huic ineffabili ſacramento. Primo enim Manna in nocte inuiſibiliter de cœlo deſcendebat. Quid enim deſignatur per noctem niſi fidei noſtræ ſtatus? Sicut nempe in regno cœlorum nulla eſt obſcuritas tenebroſa, & in inferno nulla poteſt lux apparere, ſic in præſenti peregrinatione, non eſt lux clara deificæ uiſionis ſicut in cęlo, nec obſcura tenebrę æternæ damnationis ſicut i inferno. Sed nocturna fidei lux ſtellarum, et lu-

Exod. 16.

Prima conditio Mannæ.

nari non quidem ſolari lumine illuſtrata, quibus
fidei luminibus uidemus, & hoc cognoſcimus ſa
2. cõditio. cramentum. Secundo deſcendebat in deſerto cir
ca caſtra filiorum Iſrael, tantum eiſque defecit cũ
intrauerunt terram promiſſionis, ſic hoc ſacramẽ
tum non niſi in Eccleſia, & in eius fide uere conſe
cratur, atque in deſerto præſentis uitę tantummo
do frequentatur, Cum autem ad repromiſſam ui
uentium terram deuenerimus, non amplius hoc
ſacrificium offeretur, ſed glorioſus Ieſus in conſu-
mato fęlicitatis loco cõſpicietur ineffabiliter exal
3. cõditio. tatus. Tertio ſex diebus poterat reperiri Man-
na, præcepit enim Moſes ex parte domini feria
ſexta pro ſabbato colligi, ſabbato egreſſi quidã
de populo ut colligerent nõ inuenerunt. Sic iſtud
uiuificum ſacramentum non niſi ſex diebus præ-
ſentis peregrinationis reficere habet, at ſabbato
ſempiternę qetis, inuenietur rex noſter Ieſus Chri
ſtus non myſtice ſacramento uelatus, ſed maniſe
4. cõditio. ſtus & decore regio glorioſus. Quarto per ſin-
gula capita menſuram gomor ex mandato Domi
ni Moſes colligi inſtituerat, nec qui plus collegit
plus habuit, nec qui minus, minus inueuit. Sic qui
dem iſtud mirabile ſacramentum nequaquam cõ
tinet minorem Ieſum in minori hoſtia quam in
5. cõditio. maiori, nec plus in pluribus quã in una. Quinto,
illud Manna ignem optime ſuſtinebat quoniam
liquidum colligebatur ſimile coriandro, & pr
pe ignem ponebatur efficiebaturque durum, de-
inde terebatur ex cuius farina panis conficieba-
tur, ſed ſi ponebatur ad ſolem liquefiebat & con
tabeſcebat, ita hoc benedictum ſacramẽtum per

fecte ignem ſuſtinet, deuoti, & feruentis amoris, ſed ſol curioſitatis humanę & fantaſticę rationis liqueſcere facit. Sexto præcepit Moſes ut nullus ſeruaret ex eo uſque in mane, q autem uoluerunt reſeruare illud inuenerunt ſcaturire uermibus. Sic hoc ſacramentum reſeruatum ab his qui ad illud nolunt accedere ſcatet uermibus. quoniam tales deteriores fiunt, & indurantur. Septimo aliqui nempe cum ſumma delectatione ueſcebatur cibo illo ſapidiſſimo, nonnulli uero murmurantes dicebant, anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo, Sic hoc ſacratiſſimum ſacramentum ſumentibus diuerſimode ſapit, ſecundum diuerſas diſpoſitiones quas in eis format, uel deſiderium charitatis, uel indeuotio malignitatis, nonnulli.n. obſtinati peccatores et pſumptuoſi corpus Chriſti ſumentes nullum ex eo percipiunt guſtum, alij uero quam mirabiliter ob deuotionem & fidem recreantur & conſolantur, Differunt tamen illud Manna & hoc ſacramentum quoniam illud de cœlo, hoc ſuper cęlum, illud cœli, hoc domini cœlorum, illud corruptioni obnoxium, ſi in diem alterum ſeruaretur, hoc alienum ab omni corruptione, cumquis enim hoc religioſe guſtauerit, corruptionem ſentire non poterit. Nam Iudęi manducauerunt Mãna in diſerto & mortui ſunt, ſed qui manducat hunc panem uiuet in ęternum &c.

6. cõditio.

7. cõditio.

Differẽtia inter figuram & figuratum.

Quarta figura in lege gratiæ fuit ſanguis fluens e Chriſti latere. Vnde Aug. ſuper illud ad Epheſios, Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto et in Eccleſia, ait. Dormit. Adam ut fiat Eua, moritur Chriſtus ut fiat Eccleſia, dormiente Adam fit Eua, de latere dormientis Chri-

ſti percutitur latus, & profluunt ſacramenta quibus formatur Eccleſia, Ideo autem magis dicuntur fluxiſſe de latere, quam de pedibus uel manibus propter conuenientiam in ſignificando, quia ſimul profluxit ſanguis & aqua, de mortuo, enim ſanguis in redemptionis precium, aqua uero in lauacrum, quæ uirtutem ſortiuntur ex morte Chriſti, & ſic clarent figuræ Ideo: &c.

Secunda concluſio.

MAxima cum peccatorum contritione, ac cõſcientiæ examine, cordiſque affectu, debet quilibet Chriſti fidelis ad hoc mirabile accedere ſacramentum, quoniam letale quodlibet crimen reddit accedentem culpabiliter indignum, Incurrit ue nouum peccatum mortale, Euchariſtiam indigne manducans.

1. Cor. 11. Hæc concluſio euidentiſſime patet ex uerbis Apoſtoli Pauli ad Corinthios dicens, Itaque quicunque manducauerit panem hunc, et biberit calicem Domini indigne, ideſt quicunq; ſanguinem & corpus domini ſumpſerit indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini, hoc eſt pœnas æternas inde exſoluet, niſi pœnitentia digna hoc expiauerit, aliiſq; bonis operibus. Indigne dicit.i. qui aliter myſterium illud celebrat uel ſumit quam traditum eſt a ſanctis patribus, uel qui nullam differentiam credit inter illud corpus Chriſti & reliquos cibos, uel qui grauioribus criminibus commaculatus præſumit illud ſumere, Qui igitur taliter comedit & bibit (ut diximus) indigne illud ſumit, ideoq; pœnas inde exſoluet, Apoſtolis autem exponit quomodo debeamus illud percip-

re dicens, Probet autem ſeipſum homo & ſic de pane illo edat id eſt de corpore domini & de calice bibat id eſt de ſanguine eius, Probet ſe ideſt diſcutiat ſe & utrum dignus ſit necne, & idoneũ ſe reddat ne forte unde alĳ ſumunt remedium accipiat ille iudicium & damnationem, indigne illud percipiens. Quemadmodum Iudas proditor, nam cum alĳ Apoſtoli ſumpſiſſent illud terribilę ſacramentum ad remedium & ſalutem ſuam, ille qui indignus erat tanto myſterio accepit illud ad ſuam perpetuam damnationem. Quia quem Diabolus ante tenebat per ſuggeſtionem & tentationem, poſtea retinuit ad poſſ dĕduin plenius, ut nihil aliud poſſet cogitare aut facere niſi quod eius uolũtas erat, Dicit enim Euangeliſta, ꝙ poſt bucellã ſtatim intruiuit in eum Sathanas. Vt malum quod illo inſtigante tractauerat, eo concitante perficeret, Et ita diabolus facit de alĳs indigne ſacramẽtum hoc ſumentibus inde ſequitur Apoſtolus, Qui enim manducat & bibit indigne, ut ſupra diximus, iudicium ſibi manducat & bibit id eſt ad damnationem ſuam illud ſumit. Non dĳudicans corpus domini, hoc eſt nõ diſcernens illud a reliquis cibis, Ex quibus euidenter claret qualiter hic Apoſtolis expreſſiſſime oſtendit uenerabile Chriſti corpus eſſe uere & realiter in ſacrameto altaris, Nã ſi aliter eſſet ut zoinglius & Oecoiampadius aſſerunt profecto non diceret ... Itaꝗ quicunꝗ manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini & inde. Probet autem ſeipſum homo & ſic de pane illo edat & de calice bibat. qui enim manducat & bibit indigne iudicium ſibi manducat & bibit non dĳudicãs cor-

Nota de indigne ſumentibus Chriſtus corpus.

Hic conclu ditur propoſitum. pus domini &c. Cum timore igitur & tremore, debemus accedere ad illud mirabile Sacramentum, ut ſciat mens reuerentiã ſe debere præſtare ei ad cuius corpus ſumendum accedit:quare &c.

Et ſi dicas, quibus præparationibus ſe homo præparare debet ad digne ſumendum hoc ſanctiſſimum Chriſti corpus, & ſanguinem, Reſpõdeo, quod his præparationibus (myſtice tamen, & ſpiritualiter intellectis) quibus ex diuino præcepto ſe preparauit populus Iſrael, ad legem Dei ſu-
Exod. 20. ſcipiendam, ut in Exodi legitur libro. Primo exire de Ægypto id eſt per ueram cordis contritionem exire de ſeruitute Diaboli, & peccati. Secundo ire in deſertum Sinai, hoc eſt in ſtatum pœnitentiæ ingredi, & tentationum. Tertio memorare beneficia Dei, ut ibidem habetur id eſt gratias reddere Deo ſcilicet pro creatione, redemptione,
Quomodo ſe præparare debet homo ut digne ſumat Chriſti corpus. aliiſq; innumeris beneficiis. Quarto ſe ſanctificare Deo, hoc eſt ſe dedicare deo, omniaq; ad Dei laudem operari. Quinto lauare ueſtimenta.i. bona opera:ut.ſ.ſint in gratia, & principaliter propter ultimum finem operata. Sexto ſe abſtinere per triduum ab uxoribus, hoc eſt tam in iuuentute, quam ſenectute non minus quam in decrepita te, caſtitatem mentis & corporis ſeruare. Septimo tertia die ire ad montem Sinai.i. poſt contritionem, confeſſionem, ac ſatisfactionem, ire ad diuinarum rerum contemplationem, tum maxime ad huius diuiniſſ. ſacramenti deuotam conſiderationem, cum magna lachrymarum copia, ac cordis humilitate.d. Domine non ſum dignus, ut intres ſub. &c. Quibus habitis, poterit quilibet ſacramentaliter, & ſpiritualiter, illud manducare corpus, & ſanguinem bibere: &c.

SECVNDVS TRACTATVS de Euchariſtiæ Sacramento pro Catholicis in quo quatuor eius explicantur cauſæ.

De cauſis efficientib. huius ſacramenti.

DVÆ CAVSÆ EFFIcientes uere & realiter concurrunt ad conficiendum hoc ſacramentum, prima eſt Ieſus Chriſtus æterni patris filius uerus et ſummus Sacerdos qui ſeipſum in ara Crucis ſecundum aſſumptā noſtræ mortalitatis ſubſtantiam in humanæ redemptionis precium imolaturus, ut tanti muneris iugis in nobis maneret memoria. Ac pro nobis qui quotidie peccando labimur quotidie myſtice immolaretur, corpus ſuum in cibum & ſanguinem in potum innouiſſima cœna tradidit ſub Euchariſtiæ ſacramento, dum accepto pane gratias egit, fregit deditq; Diſcipulis ſuis dicens. Hoc eſt corpus meum ꝙ pro uobis tradetur, ordinauitq; eos Sacerdotes, tradidit quoq; eis poteſtatem ſimiliter faciendi cum ſubdit. Hoc facite in meam commemorationem, & ut oſtenderet hoc Sacramentum in Eccleſia uſque in finem permanſurum in paſſionis ſuæ memoriam, adiunxit. Quotieſcūque panem hunc manducabitis & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec ueniat. ſ. ad iudicium. Vnde tandiu durabit Eccleſia militans, & in ea Euchariſtia. Quomodo autem hunc panem manducare poſſent & calicem bibe

prima efficiens cauſa Chriſtus.

re niſi ipſum poſſent continue Sacerdotes conſe-
crare ? cuius oppoſitum nonnulli Lutheranorum
aduerſus ueritatem impie fatentur &c.

Cauſa in- Sacerdos uero quilibet rité ordinatus cauſa eſt
ſtrumenta- inſtrumentalis huius tanti ſacramenti,effectiueq;
lis ſacra- concurrit conſecrando,quæ quidem operatio cõ-
menti ſa- ſecrandi omnium nobiliſſima eſt in Eccleſia mili-
cerdos. tanti,propter quam merito ſacerdotium uenit ex-
tollendum, cuius dignitas eximia nullis ualet uer-
borũ pompis explicari, quoniam & linguas uin-
cit oratorum diſertiſſimas, & culmen ingeniȷ̃ cu-
iuslibet creaturæ, de qua ſacerdotum admirabili
dignitate aliqua in præſentiarum ſunt dicenda.

Ambro. Ambro. enim in ſuo paſtorali ait. Honor fratres
& ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit compa-
rationib.adęquari.Si regum fulgori compares et
principũ diademati longe erit inferius,quaſi plũ-
bi metallum,ad auri fulgorem compares: & cæ.

Optimus Quare reſpiciens ego cœlum conſidero pulchri-
authori. di- tudinem ſtellarum,quarum una pulchrior eſt al-
ſcurſus pro tera, nulla tamẽ illarum eſt de ſua natura lucida.
ſacerdotũ at omnes recipiunt lumen a ſole,qui merito ma-
dignitate. ior & nobilior appellatur. Secundo aſpicio aurã
auibus ornatam, quibus Aquila, ut nobilior &
uelut regina præſidet. Tertio intueor aquam pi-
ſcib.plenam inter quos cetus principatum tenet.
Reſpicio inſuper terram diuerſis animalibus or-
natam,inter quæ Leo caput eſt, & rex. Proinde
eandem conſpicio terram,uariȷ̃s herbis & arbo-
ribus cõſcitam quarum una maiorem altera uir-
tutem habet. Item in uiſceribus terræ conſydero
diuerſa metallorum genera, utpote Aurum, Ar-
gentum,Plumbum, Stãnum, inter quæ nobilius
eſt Aurum, Rurſus animaduerto erga omnium

pulchritudinem Angelorom quorum Seraphin excellentiores apparent. Deniq; conſydero omnes mundi ſtatus, ac hominum dignitates, puta, Imperatores, Reges, Duces, Principes, & Cardinales. at Sacerdotes ſcripturarũ teſtimonijs. hos cunctos eximia dignitate præcellere uideo. Nam cum duę ſint dignitates ſcilicet ſacerdotalis dignitas, & Imperialis. Illa enim Sacerdotalis excedit Imperialem ſicut anima corpus: ſunt enim duo luminaria magna ſed unum eſt luminare maius quod præeſt diei id eſt bonis ſpiritualibus. aliud uero luminare minus, quod præeſt nocti id eſt tẽporalibus bonis. Et licet cũctos natura homines ęquales, & nulla graduum alteritate diſpares ꝑduxerit, diſponendarum tamen rerum ſuſceptum miniſterium hos & illos cæteris prætulit, & præfecit, quo fit, ut tanto clericalis æminentia terrenos ſuperet principatus quãto animabus corpora, perpetuis tranſitoria, terrena cœleſtibus ſuperantur, Sed quid opus eſt terrenis comparationibus cum ad ſacerdotij authoritatem Angeli cœlorum ciues non audeant aſpirare, cui namq; Angelorum aliquando dixit deus. Tibi dabo claues Regni Cœlorum. ad illos autem. Accipite ſpiritum ſanctum. quorum remiſeritis peccata. & cæ. Et qđ longe maius eſt. Hoc facite in meam commemorationem. Mirantur deniq;, aſſiſtunt & terrentur. Nam uirtus, & potentia ſacerdotalis ſuperat potentiam naturæ, Angelorum & Dęmonũ. Natura enim ſua uirtute unam naturam mutat in alteram, Sacerdos autem uirtute uerborum trãſmutat panẽ in corpus Chriſti. Natura etiam ſucceſſiue tranſmutat, Sacerdos uero in inſtanti: Secundo uirtus Sacerdotalis antecellit Angelorũ

Author hic ex ſcriptis oſtẽdit ſacerdotũ excellẽtiã ſup alios.

potentiam, quia licet Angeli moueant orbes & ſemper aſſiſtant coram domino, Sacerdos tamē uirtute uerborum mouet Chriſtum de cœlo cum multitudine Angelorū. Tertio ſuperat potētiam dæmonum, de qua Iob, nō eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei ſcilicet diabolo. Iohānes
Apoc, 12. quoq;, Væ terræ & mari, quia deſcēdit diabolus ad uos habens iram magnam, maior eſt tamen ſacerdotis poteſtas, dæmon enim ſua iniquitate præparat mala, & uitia in mūdo. at ſacerdos uirtute clauium remittit peccata, Dæmon tandem claudit cęlū peccatorib. Sacerdos uero ſacramenta Eccleſiæ miniſtrando aperit illud, quoniam ei
De conſec. dataæ ſunt claues regni cęlorũ. Pręterea ut etiam ait
diſt. 2. Grego. 4. Dialogorum Regina mundi domina, licet in gratiæ plenitudine creaturas ſupergrediatur uniuerſas, Hierarchias tamen cedit Eccleſiæ in commiſſi miſterij executione. Illa nempe prolatis. 8. uerbulis cōcepit dei filiū et mūdi redēptorē mortalē tñ atq; paſſibilem mūdo ędidit ſaluatorem. At ſacerdotes cōſecratione diuina eundem cœli terræq; principem in ſacramento ueriſſime contentū, impaſſibilem glorioſumq; contractant uictorem mortis & barari deſtructorem: &c.

Attendite ergo O ſacerdotes ueri Salomonis pincernę Ieſu Chriſti camerarij atq; diſpenſatores miniſteriorū Dei. Attēdite in quo gradu & dignitate eſtis cōſtituti, exclamat enim diuus Grego. de hac ueſtra dignitate geneross. O inquit ueneranda ſacerdotum dignitas, in quorum manibus uelut in utero uirginis filius dei incarnatur,
Grego.
Erigite aures hic ſacerdotes. O ſacrum & cœleſte myſterium, quod per uos pater & filius & ſpiritus ſanctus operatur, uno eodemq; momēto idem deus qui præſidet in cœ

lis, in manibus ueſtris eſt in altari Sacramento. Super hoc quidem tam inſigni priuilegio ſtupet cęlum, miratur terra, ueretur homo, horret infernus, contremiſcit diabolus, ueneratur quamplurimũ angelica celſitudo, & mellifluus Bernardus. Bernar. O uenerabilis ſanctitudo manuum, O fęlix exercitium, O uere mundi gaudium, cum Chriſtus tractat Chriſtum, Sacerdos Dei filium, cui ſunt deliciæ eſſe cum filijs hominum, quis unquam uidit talia? quis huic uidit ſimilia? &c. Hanc inſuper ſtupendam ſacerdotij dignitatem, ſcriptura ſacra non ualens unius nominis ſignificatione exprimere: Hos nunc reges, nunc Angelos, nunc Deos, crebrius appellauit, Reges quidẽ ut Iohan. in Apoc. Apoc.1. Fecit nos regnum & ſacerdotes Deo patri ſuo, 1.Petri.2. Petrus quoq; Vos eſtis genus electũ, Regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, quæ quidem uerba licet de omnibus Chriſtianis ſint dicta (ut alibi oſtenſum eſt) principalius tamen ad ſacerdotes referuntur. Angelos uero nominat Malachias dicẽs. Labia ſacerdotis cuſto- Malach.2. diunt ſciẽtiam, & ſequitur, quia Angelus domini exercituũ eſt. Deos autem Exodus appellat. d. Exodi.22. Ad Deos utriuſq; cauſa perueniet id eſt ad ſacerdotes. Nominantur & alijs nominibus. Nam dicuntur clerici, appellantur ſacerdotes, uocantur & pręsbyteri. Clerici nanq; a ſorte dicuntur. Nã Cleros Gręce, ſors latine ſonat. Vnde primum ab Apoſtolis conſecratum legimus ſorte electum. Ideoq; oẽs Clerici dicuntur. Hic enim fuit Beatus Matthias Apoſtolus qui ſorte electus eſt cũ. Actuum.1 xi. apoſtolis. Et dederũt ſortes, & cecidit ſors ſu- 2. Sacerdo per Matth. dicti ergo ſunt clerici .i. de ſorte dñi tum appel ..ẽ, nominanť pſbyteri, quaſi ſeniores, præsby- latio.

ter nempe græce, latine ſenior interpretatur. Dicuntur autem ſeniores, non annorum ætate, ſed

Sapien.4. morum qualitate, ſicut ſcriptum eſt. Senectus ue-

Prou.16. nerabilis eſt, non diuturna, nec annorum numero computata. Cani.n. ſunt ſenſus hominum, & ętas ſenectutis uita immaculata. Et iterum, corona dignitatis ſenectus, quæ in uijs iuſtitiæ reperietur. In ſenibus ſiquidem maior eſt animi tranquillitas maior morum honeſtas, maior animi religio, maior corporis caſtitas. Vnde beatus Hieron. de Clericis ait, clamat ueſtis clericalis animæ honeſtatem, clamat ſtatus puritatẽ, clamat cultus caſtitatem, clamat profeſſio religionem clamat officium deuotionem, clamat ſtudium contemplationem, Debent igitur præsbiteri morum prudẽtia & conuerſationis maturitate præcellere in populo. Appellantur inſuper & ſacerdotes id eſt ſacra miniſtrantes ſeu dantes. Solis enim ſacerdotibus ratione officij ineſt ſacrorum ſacramẽtorum miniſtrandi poteſtas uel ſacerdotes quaſi ſacra dicentes, quia uerbum Dei prædicare habent: horas dicere, miſſas celebrare, uel ſacerdotes quaſi ſacra conficientes, conficiunt namque ſacratiſſimũ Chriſti corpus &c.

πρεσβυτερῶν appellatio.

Unde dicũtur ſacerdotes.

D fferentia inter ſacerdotes antiquę & nouę legis.

E X præmiſſis igitur multæ elici poſſunt dignitates & præeminentiæ Euange[lici sa]cerdotis ſuper Sacerdotem Moſaycę leg[is] quoniam excellit in benignitate electionis, ſolemnitate conſecrationis, nobilitate ordinis, precioſitate operis, ſingularitate nutritionis, poteſtate regiminis, Differentię itaque ſacerdotum antiquæ & nouæ legis poſſunt ex his quæ ſequuntur p[ul]cherrimæ

cherrimæ haben. Exod. 28.

Olim nempe de una tribu tantum .ſ. Leuitica confecrabantur ſacerdotes. Modo ſub lege Chriſti ex omni natione quæ ſub cœlo eſt in ſacerdotiũ aſſumuntur, dicẽte Iacobo. Nolite in pſonarꝫ acceptione habere fidem domini noſtri Ieſu Xpi. *Prima differentia.* *Iacobi. 2.*

Tunc fundebatur oleum ſuper eorum capita, ſanctificabantur manus, dextera quoq; auriculæ pollicis & pedis hoſtiarum ſanguine liniebantur. Hodie in ſacerdotis euangelici conſecratione nõ materiale oleum funditur ſuper capita ordinandorum, nec manus arietis ſanguine unguntur, quoniam non his peccata tolluntur, ſed deſuper dato lætitiæ oleo gratia ſancti ſpiritus in remiſſionem peccatorũ perfunduntur, quo poteſtas traditur, per quam aliorum etiam crimina expiantur. *Leuit. 8.* *Secunda differẽtia.*

Tunc habebãt Sacerdotes poteſtatem diſcernendi inter lepram & non lepram corporalem, ac per hoc iudicare hunc mundum, iſtum immundum, habilem uel dignum ad templi materialis ingreſſum, Nunc uero poteſtatem accipiunt iudicandi inter morbos & langores animæ, egrotantes ſoluere & ligare, aperire & claudere ianuam cœleſtis paradiſi. *Leuit. 13.* *Tertia differentia.* *Matth. 18.*

Tunc tribub. & populis mandata Dei referabant, qui & legem ex ore ipſorum requirere iuſſi ſunt, pro peccatis quoq; populorum inter ueſtibulum & altare plorantes Deum precabantur. Nunc autem facti iudices peccata remittunt, leges ſtatuunt, & animas proprias tradere pro ſalute ſubditorum ſummi paſtoris exemplo edocẽt. *Quarta differẽtia.* *Melch. 2.* *Iohel. 2.* *Io. 10 20*

Tunc aliti ſunt filij Leui cum cęteris in deſerto mãna cęleſti, uermibus in diem craſtinũ reſeruato ſcatenti, quem patres manducantes mortui ſunt. *Exod. 16.* *Quinta differẽtia.*

Nunc uero ſuper ſubſtantiali pane, cibo Angelorum, ueri paſchalis agni carne & ſanguine eſurientes ſaturantur, qui panis eſt in ęternum manens, manducanti uitam tribuens ſempiternam.

Ioan. 6.

Sexta differentia. Tunc ſacerdotis officium fuit circa oblationē pecorum animalium irrationalium, & aſperſionem ſanguinis taurorum, uitulorum, et hircorum, ut habetur Leuitici per totum. Nunc uero ſummo ſacerdote Chriſto Ieſu aſſiſtente futurorum bonorum Pontifice per amplius tabernaculum, non manu factum, nec huius creationis, neq; per ſanguinem hircorum aut uitulorum, ſed per proprium ſanguinem, ſemel in ſancta introeūte ęternam redemptionem inuenit, atque nouum ſacrificium panis & uini eiuſdem ſanguinis ſui & corporis, ſecundum ordinem Melchiſedech inſtituēte. Omnia illius ueteris teſtamenti ſacrificia abſtulit. Sacerdotes quoq; euangelicos pro eodem ſacrificio quotidie offerendo inſtituit.

Hebrae. 9

7. Differentia. Tunc denique ex operibus bonis promittebantur ſolum temporalia bona illiſque ſacerdotes tantum limbum aperiebant, Nunc uero Euangelici Sacerdotes claudunt infernum, ac bona ſpiritualia in cœlis habenda in perpetuum fœliciter promittunt, Ecce quot mirabiles ſacerdotum dignitates, Quæ tum ſcripturarum diuinarum teſtimoniis, tum ſanctorum patrum authoritatibus mirabiliter clareſcunt, contra quas Zoinglius & Oecolāpadius audent ore polluto. Ita neq; ter loqui, ſed quorſum hæc tendunt niſi ut ſacerdotes noſtri tanta ſua dignitate, uirtute & poteſtate cęlitus, nullo humane præuio merito conceſſa, ſed tanti ſtatus excellente dignificent, uita & moribus conforment. Pudeatq; ſpurciſſimis lenociniis

delectari,carnis & mundi illecebris pollui, Quia ad tremendę maieſtatis ſacrificium,& mundiſſimum animę cibum præparandum, conſecrãdũ, offerendum,ſumendum,ac diſpenſandum ſunt aſſumpti &c. *Audiant hec ſacerdotes.*

An Sacerdos malus conſacret.

LIcet mortaliter peccet ſacerdos quilibet indigne accedens ad hoc ſacrificium, malitia tamen ſacerdotis non maculat hoc diuinum ſacramentum altaris, Ideo omnis ſacerdos tam bonus quam malus rite ordinatus habet authoritatem conſecrandi,quod ſic oſtenditur. Nam illud ſacramentum non conficitur, nec panis,aut uinum cõſecratur merito ſacerdotis, quia tunc certe malus non conſecraret,ſed uirtute uerborum, & merito paſſionis Chriſti ac uirtute ſpiritusſancti,ſuique ordinis, quoniam ſi merito ſacerdotis fieret conſecratio, tunc non eſſent ſacramenta Chriſti, ſed ſacerdotis, & ſic fruſtra Chriſtus eſſet mortuus, ex cuius latere fluxerunt ſacramenta. Item conſecratio iam non ex gratia,ſi ex merito ſacerdotis eſt, contra illud Pauli ad Roman. Quare iam gloria eſſet ſacerdotis & non Chriſti. Non eſſentque a Chriſto promiſſa. Sacerdotes igitur tantum operantur uirtute uerborum in materia debita,ideo eorum peccata non impediunt ſacramentum, licet alias orationes impedire poſſint. Ac uobis ſecularibus,dico,qui ſine peccato eſt ueſtrum,primus in ſacerdotem lapidem mittat. Sacerdotes tamen mali aſſimilãtur interdum aquis, quibus lauantur cadita,quæ purgant & mundificãt alios,ipſe uero putridæ remanẽt,ſic illi alios mundificant ipſi uero putrefiunt, & hæc de cauſis efficientibus huius ſacramenti ſatis ſint dicta: *Author ad ſeculares.*

quare & cætera.

De materia huius Sacramenti.

MAteria ex qua conficitur hoc ſacramentum eſt panis & uinum, ſed an modo panis ille debeat eſſe azimus uel fermentatus, altercatio non modica eſt, & olim fuit inter Græcos & latinos. in hoc quidem concordant qđ in ultima cęna inſtitutum eſt hoc diuiniſſimum ſacramẽtum, ſed qua die mẽſis cęna celebrata ſit diſcordia fuit. Vnde dixerunt Gręci cęnam fuiſſe factã tertiadecima luna primi mẽſis.ſ. Martij, & cõſequẽter dicunt Xp̃m confeciſſe in fermẽtato, pp qđ & ipſi in fermentato celebrãt hoc ſacrificium, & nos latinos qa in azimis celebramus negant uere confiſcere, contra quos Anſelmus ſcripſit elegantẽ Epiſtolam, ſiue libellum de fermento & azima intitulatum. Primo ergo uidendę ſunt rationes Græcorum ac eorꝫ error. Secundo declaranda erit ueritas. Tertio rationes contrarię diſſoluendę. Quãtum igitur ad primum arguunt Gręci pbare nitẽtes dñm cęnam nouiſſimam cum diſcipulis decimatertia die menſis primi.i. Martij feciſſe. Nam Xp̃s cęnam celebrauit die immediate pręcedente diem paſſionis ſuę, ſed hęc fuit decimatertia, igitur tali die menſis celebrata fuit cęna, conſequentia eſt nota, & maior patet ex decurſu omniũ euãgeliſtarꝫ, qm̃ in ipſa nocte cęna facta, inſtructiſq; diſcipulis, ſurgens a cęna & introiens hortum in latere montis oliuarum captus eſt & mane crucifixus. Vnde ait Ioan. Hæc cum dixiſſet Ieſus egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedrõ ubi erat hortus in quem introiuit ipſe & diſcipuli eius, & conſequenter deſcribit captionẽ eius Lucas quoq; inquit, Dominus in cęna dixit Petro.

Gracorum opinio.

De hac materia Gabriel diffuſius loquitur in canone.

Ioan. 18.

Dico tibi Petre, non cantabit hodię gallus, donec Rō qua
ter abneges noſce me hodie, enim includit noctē cena fuit
& ſequens mane, & ſequitur ibidem. Adhuc qđ facta imme-
ſcriptum eſt oportet impleri, et cum iniquis depu diate ante
tatus eſt. Marcus etiam & Matthęus dicunt do paſſionem
minum in cęna dixiſſe diſcipulis. Omnes uos ſcā
dalum patiemini in me in iſta nocte. Paulus uero
ad Cor. apertiſſime ait. Dn̄s Ieſus in qua noctę 1. Cor. 11.
tradebatur accepit panem &c. Ex quibus mani-
feſte patet cęnam in qua Chriſtus inſtituit hoc
ſacramentum ea nocte fuiſſe celebratam, qua do
minus traditus eſt & mane crucifixus. Minorem Prima
uero. ſ. qđ dies illa fuit. 13. menſis primi ſic ꝓbare grecorum
nitūtur, Cęna pręceſſit dic̄ imolationis ueri agni ratio.
paſchalis, hoc eſt paſſionem Xp̄i in crucę qua ſe
patri obtulit ut dicit Apoſtolus. Paſcha noſtrum 1. Cor. 5.
immolatus eſt Chriſtus qui quidem immolatio
fuit. 14. luna & ex conſequenti cęna facta eſt. 13.
luna, quod autem Chriſtus paſſus eſt. 14. luna ſic
probant, Veritas debet correſpondere umbrę &
figura rei. Agnus autem paſchalis fuit umbra &
figura ueri paſchalis agni, & immolatio immola
tioni, Igitur ea die Chriſtus uerus agnus Dei im-
molari debuit in crucę quo agnus tipicus in lege,
Agnus autem tipicus immolari pręceptus eſt lu-
na. 14. ut habetur Exodi. 12. ubi de agno paſchali
dicitur ſeruabitis eum uſque in. 14. diem mēſis hu-
ius, immolabitque enim uniuerſa multitudo filio-
rum Iſrael ad ueſperam &c.

Præterea Ioan. dicit. Ante diem feſtum paſchę 2. Græco-
ſciens Ieſus quia uenit hora eius, & Paulo poſt, rum ratio.
cęna facta cum diſcipulis cum diabolus iam mi- Ioan. 13.
ſiſſet in cor & cætera. Ex quibus uerbis uidetur
cęnam factam fuiſſe ante diem paſchę, ſed dies

Leuit.21. paſchę fuit.14.luna ut Leuit.legitur.14.die menſiſ
Confirma- ad Veſperam celebrabitis paſcha.igitur cęna quę
tur ratio. præceſſit diem paſchæ facta fuit.13.luna. Item il-
Ioan. 18. leſdem ait quod Iudæi non introierunt domum Pilati ut non contaminarentur,ſed manducarent paſcha. ex quo ſeqtur quod Chriſtus illa die paſſus eſt,quo Iudæi manducarunt paſcha. Hoc autem factum eſt.ſ.paſchæ manducatio.14.luna,ergo cœna præcedens paſſionis diem facta eſt luna.13.cui fauet illud Matth.ſ.ꝙ principes Iudęorum dixerunt. Non in die feſto,ne forte tumultus
Matt.26. fieret in populo.Ideo non crucifixerunt Chriſtū prima die azimorum,ideſt luna.15.quæ fuit celeberrima nec poſt,ergo ante.ſ.14.luna.

3.Græcorū ratio. Proinde de ſanctis mulieribus legitur quod uiſo monumento in quo poſitum fuit corpus domi
Luc.23. nicum reuertentes parauerunt aromata & unguēta. Hæc autem præparatio fuit die in quo licuit operari ſecundum legem:at.n.mulieres ſanctæ fecciſſent contra legis præceptum præparando unguenta,& emendo aromata;& ita non erat dies.15.luna,quæ fuit ſolemnis,& prima dies azimo-
Exod. 12. rum ſicut in lege ſcribitur. Septem diebus azima comedetis,& ſequitur. Dies prima erit ſancta, atq; ſolemnis, & dies.7.eadem feſtiuitate uenerabilis,nihil operis facietis in eis,exceptis his quę adueſcendū pertinent,Dies ergo paſſionis Chriſti quo & ſepultus eſt,fuit.14.luna quam præceſſit cœna, igitur fuit cœna.13. luna cum diſcipulis celebrata, & per conſequens Chriſtus confecit in fermentato. His rationibus Græci moti dicunt in ſolo fermentato poſſe confici eucharistiam,et in tantam inſuper inſaniam proruperunt, quod Euange.ſ.Matth.Mar. & Luc.quia ponunt cop-

trarium, ut patebit, auſi ſunt dicere, eos falſum ſcripſiſſe & quod Ioan. eos correxit, & ita liquet eorum error.

Quantum autem ad ſecundum eſt ueritas oſtẽdenda. Vnde ſine omni dubitatione credendum eſt Chriſtum manducaſſe agnum paſchalem. 14. luna ſecundum legis diſpoſitionem, quam non uenit ſoluere ſed adimplere, & quoniam in eadem cœna poſt agnum tipicum euchariſtiam confecit, in qua ſeipſum agnum uerum diſcipulis ſuis dedit ſub ſpecie panis, nec erat tunc panis fermentatus in Iudæorum domibus. Dedit ergo ſeipſum ſuis diſcipulis ſub ſpecie panis azimi manducandum, nam Exodi dicitur. Edent carnes aſſas ignẽ nocte illa, & azimos panes, & ſequitur. Habebitis autem hunc diem in monumentum, & celebrabitis eum ſolemnem domino in generationibus ueſtris cultu ſempiterno, ſeptem diebus azima comedetis, in primo die non erit fermentum in domibus ueſtris. Quicunque comederit fermẽtum peribit anima illius de Iſrael a prima die uſq; ad ſeptimum diem. Prima autem dies incepit a ueſperis lunæ. 14. unde ſequitur ibidem. Primo menſe. 14. die menſis ad ueſperam comedetis azimam uſque ad diem uigeſimam primam menſis eiuſdem ad ueſperam ſeptem diebus fermentatũ non inuenietur in domibus ueſtris, Ex quibus manifeſte patet, ꝙ ad Veſperam diei. 14. primi menſis quo comedebatur agnus paſchalis, uſque ad uigeſimum primum diem eiuſdem, non fuit fermẽtum in ędibus, Chriſtus igitur eadem die poſt agnum legalem euchariſtiam conficiens non in pane fermentato ſed in azimo confecit. Quod autem Chriſtus. 14. luna agnum paſchalem co-

Latinorũ opinio uera. | Exod. 12.

Matt. 26. mederit, patet quia Matt. dicit. Prima autem die azimorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicẽtes. Vbi uis paremus tibi comedere paſcha? & ſequitur & parauerunt paſcha, ueſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim diſcipulis &c. Item Marci. 14. Marcus hoc idem atteſtatur dicens. Primo die azimorum quando paſcha immolabant dicunt ei diſcipuli, quo uis eamus & paremus tibi ut mãduces paſcha? & ſequitur, & parauerunt paſcha, ueſpere aũt facto uenit cum duodecim. cui etiam Luc. 22. arridet illud quod ait Lucas. Venit autem dies azimorum in qua neceſſe erat occidi paſcha, & miſit Petrum & Ioannem & parauerunt paſcha, Et cum facta eſſet hora diſcubuit, &. 12. Apoſtoli *Hic cõcluditur Chriſtum confeciſſe in azimo.* cum eo, celebrauit ergo Dominus paſcha 14. luna menſis primi ut patet ex prædictis, ex quo ſequitur quod non in fermento ſed in azimo confecit, Denique ritus conſecrandi in azimis Eccleſiæ Romanę habetur ex inſtitutione Apoſtolorum, cum quibus dominus cęnauit, quibus pręſentibus *Obijcitur.* Euchariſtiam confecit, & eis dedit, eosque in diſpẽſatores euchariſtiæ conſecrauit, quod eſt maximum argumẽtum ad propoſitum confirmandũ, Et ſi dicas alias Eccleſia confecit in fermentato, Reſpondetur quia ſicut dicit Leo Papa quando error uigebat Ebionitarum de legali obſeruãtia, qui dixerunt neceſſarium eſſe Chriſtianos iudaizare, & per conſequens paſcha ſuum in azimo conficere, decreuerunt patres in concilio Eccleſiã non conficere in azimo, ſed fermentato, quouſque error ille ceſſaret, unde Eccleſia primo conficiebat in azimo. Secundo in fermentato. Tertio ceſſante hac cauſa, redit Eccleſia Romana ad ritum primum, & confecit ex azimo, Græci uero

tanquam ſuperbi r oluerunt ad ritum primum re
dire, ex quo coacti ſunt ſuum ęrrorem defendere,
& ſic auſi ſunt dicere Chriſtum confeciſſe in fer-
mentato &c.

Quantum uero ad tertium ſoluendę ſunt Grę-
corum rationes & ad primam qua arguunt quod
dominus .13. luna cum Diſcipulis cœnauit dicen
tes. Cœna facta eſt die immediate pręceden-
te diem paſſionis conceditur, ſed negatur qđ illa
fuerit .13. luna ſed ut oſtenſum eſt, facta fuit .14. lu
na, immo, .15. luna, & ad ꝓbationem dicitur qđ
peroptimæ ueritas correſpondet figuræ, nam cir-
ca agnum tipicū duo ficbant. ſ. immolatio & co-
meſtio. Quantum .n. ad comeſtionem umbra re-
ſpondet ueritati & figura rei, quia .14. luna. ſ. in cę
na comedebatur agnus tipicus, quo tempore di-
ſcipuli comederunt agnum uerum, Nam facta cę
na de agno paſchali dedit dn̄s Diſcipulis agnum
uerum ſcilicet corpus ſuum: Similiter immolatio
reſpondet immolationi. immolatio enim figura-
lis facta eſt luna .14. & immolatio ueri agni pari-
ter luna .14. inchoata eſt quia poſt cœnam nocte Luc. 22.
Iouis ſcilicet .14. luna incepit paſſio Chriſti, quan Mar. 14.
do factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis de-
currentis in terram, Item nocte illa fuit captus, li-
gatus, conſputus, collaphis & alapis cęſus. ſic er-
go nocte illa inchoata fuit immolatio Chriſti, die
uero ſequenti conſumata, & ſic peroptimæ figu-
ræ ueritas correſpondebat.

Ad ſecundum reſpondetur per diſtinctionem *Paſcha*
huius nominis paſcha ex cuius nominis æquiuo- *multiplici*
catione Græci decepti ſunt quoniam hoc nomen *ter ſumi*
paſcha in diuinis ſcripturis multipliciter ſumi- *tur in ſcri*
tur. primo enim pro hora immolationis agni ti- *pturis.*

Luc. 22. piciunde Luc. Appropinquabat dies fœſtus Iudæorum,q dicitur Paſcha,& ſic ſolus dies in quo agnus occidebatur ad ueſperam id eſt.14. luna primi menſis Paſcha dicebatur.2 in ſcripturis accipitur Paſcha pro agno Paſchali tipico de quo idem Luc.ubi ſupra ait. Venit autem dies azimorum in qua neceſſe erat occidi Paſcha .3. accipitur pro uero agno Paſchali qui eſt Chriſtus do-
1. Cor. 5. minus, unde Pau.inquit. Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus .4. ſumitur pro die fœſto azimorum qui fuit.15. poſt ęquinoctium uernale,
Ioan.13. ut Ioannes atteſtatur dicens. Ante diem fœſtum Paſchę ſciens Ieſus &c.5. Accipitur Paſcha in ſcripturis pro cibis Paſchalibus panibus ſcilicet azimis,quibus uefcebātur tempore Paſchali,de quo
Exodi.12. dominus. Primo menſe.14.die menſis ad ueſperā
Ioan. 18. comedetis azima uſq; ad uigeſimam ſecundam eiuſdem menſis ad ueſperam,& ita accipit Iohānes cum ait. Non introierunt prætorium, ne contaminarentur, ſed manducarent Paſcha. Per huiuſmodi autem acceptiones huius nominis Paſcha,de facili reſpondetur ad Græcorum rationes. Nam Iohan.cum dixit. Ante diem fœſtum Paſchæ.accepit Paſcha ꝓ prima die azimorum quę fuit.15.luna menſis primi, & hoc innuitur cum dicit: Ante diem fœſtum. Differt enim dicere diem Paſchæ, & diem fœſtum Paſchæ, nec ſunt idem, ut patet ex lege. Dies enim Paſchæ, eſt dies.14. luna, dies fœſtus Paſchæ.15.luna ut liquet per illud Leuitici Menſe.10.14. die ad ueſperum phaſe domini eſt, id eſt Paſcha & decimaquinta die menſis huius ſolennitas azimorum domini eſt, et ita ante diem ſolennem Paſchæ,quę fuit luna decimaquinta facta fuit cœna domini.i.14. luna ad ue

ſperam, & ſic non pro Græcis, magis autem con
tra eos ratio militat, cum enim Iohannes dixit,
ut manducarent Paſcha non introierunt in præto
rium; ibi accipitur Paſcha pro azimis panibus,
quos comedebant ſeptem diebus. Et per hoc ad
illud quod additur, non in die fœſto &c. dicitur
quod cauſa huius dicti & diſpoſitionis Iudæorū
additur, Ne forte tumultus fieret in populo, non
enim propter fœſti reuerentiam diſpoſuerant cru
cifixionem differre, ſed ne tumultus fieret in po-
pulo, qui maxima copia ad fœſtum illud conflu-
xerat, et ita ne de manibus eorum raperetur. ideo
inuēta opportunitate & ſemota cauſa tumultus
populi, Iudaq; ſe offerente ad tradendum illum,
ſine tumultu ſecus fecerunt, mutantes propoſitū
& hoc diuina diſpoſitione, ut ueritas correſpon-
deret figuræ, quia. 15. luna eduxerat populum Hę
breorum de Ægypto, et eodem die mors Chriſti
eduxit populum ſuum de tenebris peccati &c.

Ad tertiam & ultimam de ſanctis mulieribus
unguenta poſt domini ſepulturam præparanti-
bus dicitur, quod ſanctæ mulieres ab hora qua ui
derant Chriſtum poſitum in monumentum, ut
Lucas teſtatur Euangeliſta uſque ad ueſperam Luc. 23.
eiuſdem diei præparauerunt unguenta quæ habe
bant, & ſi dicas Marcus oppoſitum aſſerit dicēs.
Cum tranſiſſent Sabbatum Maria Magdalena Marci. 16.
& Maria Iacobi & Maria Salome emerunt aro
mata ut uenientes ungerent Ieſum. Igitur die Ve
neris Dominicæ paſſionis nō parauerunt aroma-
ta, quia nondum fuerant empta. Ad hoc dici po-
teſt quod mulieres emerunt id eſt empta paraue
runt, uel aliter dicitur quod illę mulieres cogno-
ſcentes Chriſti mortem futuram, ante mortem

eius emerunt & parauerunt neceſſaria ad condendum corpus eius, & ideo reuertentes a monumēto & ſepultura parauerunt aromata, ſed tranſacto ſabbato, ut ait Marcus ſcilicet mane ſequentis diei quæ fuit prima ſabbati id eſt prima dies poſt ſabbatum, tunc quidem emerunt alia aromata quæ defuerunt. Itaqꝫ ſequitur Marcus, Et ualde mane una ſabbatorum id eſt Dominica dies ueniunt ad monumentum orto iam ſole, & ſic inuicem concordant Euangeliſtæ. Ex quibus omnibus patet Chriſtum in ultima cœna confeciſſe in pane azimo.

Euangeliſtarum cō cordia.

Alia etiam materia conſecrationis ſanguinis eſt uinum de uua uitis expreſſum, Ratio autem principalis eſt inſtitutio Chriſti qui in uino uitis hoc ſacramētum inſtituit. Vnde Lucas Accepto calice dixit Chriſtus, Dico uobis non bibam de generatione uitis donec regnum Dei ueniat & in Euange. Marci iam non bibam de hoc genimine uitis uſqꝫ in diem illum, cum illud bibam nouum in regno patris mei, Materia igitur cōſecrationis corporis & ſanguinis domini eſt panis azimus, & uinum purum de uua uitis expreſſum, ut ex ſcripturis manifeſte conſtat.

Luc. 22.

Marci. 14.

Hic cōcludiatur propoſitum.

Et ſi quæras cur in calice aqua miſcetur reſpōdendum eſt, quod illa permaxime cauſa eſt quia de latere Chriſti ubi cōpletur paſſio, ſanguis pariter & aqua manauit, quod certe Apoſtoli myſterium plene intelligētes faciendum in calice ſtatuerunt, ut nihil deeſſet nobis de ſacramento ad commemorationem paſſionis, quod tunc extitit in Cruce in conſumatione noſtræ redemptionis, Et hoc quidem quo ad paſſionis ſufficientem ex

Cur in calice ponitur aqua.

preſſionem &c.

De forma Sacramenti altaris.

DVplex eſt cōſecrationis forma, una interior, quæ eſt intentio ſacerdotis. nam ſi ſacerdos non haberet mentem conſecrandi etiam proferēs uerba conſecrationis nōn conſecraret, quæ quidē mens, licet non ſit ſemper actualis, ſufficit tamen habitualis intentio conſecrandi. Secunda conſecrationis forma exterior, ſunt uerba quę Chriſtus inſtituit & docuit, pro qua uerborum forma merito quęri poteſt. An aliquo ſenſibili ſigno, An certorum prolatione uerborum. An ſola uirtute & poteſtate ſua conſecrauerit Chriſtus. Et per hoc quā forma conſecrationis dominus uſus eſt, ad quam difficultatem uarijs modis reſpondere ualemus. Primo enim dicere poſſumus, ut aliqui aſſerere uidentur, quod ſicut Chriſtus prius baptizatus ē quā formam baptiſmi inſtituit, ita prius confecit quam uerba aliqua protulerit. ipſe ſiquidem quia eſt uerbum patris ſine uerbo, ſua uirtute confecit. Nobis autem qui diuini uerbi uirtute egemus. dedit formam uerborum qua conſecramus, Et ſic differentia in conſecrando inter miniſtros & ſacramenti authorem apparet. unde ſic arguunt, ſi Chriſti corpus non fuiſſet ſub ſacramēto ante iſtorum uerborum prolationem, non uere dixiſſet Chriſtus. Hoc eſt corpus meum. Oportuit ergo corpus Chriſti præexiſtere in ſacramēto, antequam dixerit. Hoc eſt corpus meum, ut uera eſſet oratio.

Pulchra difficultas

Opinio. 1.

Item aliter ut alij dicunt qđ dominus accipiēs panem benedixit & conſecrauit illum quadam benedictione ſecreta nobis ignota, ad quā facta

Opinio. 2.

eſt tranſſubſtantatio, poſtmodum fregit dedítq; Diſcipulis ſuis dicēs. Accipite & comedite. Hoc eſt corpus meum, & in prolatione horum uerborum contulit eis poteſtatem & uim conuertendi in poſterum panem in corpus Chriſti.

Iterum aliter ut nonnulli affirmant quod dominus confecit hoc uerbo ſcilicet. Hoc eſt corpus meum, ſed uerbum illud dixit bis, licet non ſcribatur niſi ſemel. Poſtquam enim benedixit tacite dixit illud uerbum hoc eſt corpus meum, & tunc confecit, ſed quia tacite dixit, Tacuit Euãgeliſta. Per illud autem uerbum ſecũdo dictum duo nos docuit ſcilicet quid fuit. quod uidelicet dedit corpus eius, & qualiter alius conſecrans facere deberet.

Opinio. 3.

Poſtremo ut quidam alij quibus ego adhęreo cœteris probabilibus, & uerius fatentur, uidelicet quod Chriſtus in ultima cœna conſecrauit per eadem uerba per quæ nos conficimus quodque ſemel tantum protulerit ipſa, ac per unicam eorum prolationem omnia hęc tria ſcilicet conſecratio, ſignificatio, & informatio fiebant, Protulit tamẽ non eodem ordine quo hic ſunt poſita, quo & Euangeliſta ponit, quia non fuit Euangeliſtis curæ ſeruandi ordinem uerborum quo prolata ſunt a domino, ſicut & in multis alijs, ſed duntaxat facta & prolata a domino narrare, Ordo autem talis fuit. Accepit panem & benedixit dicens. Hoc eſt corpus meum, ac deinde fregit & dedit Diſcipulis ſuis dicens. Accipite, & manducate, & hoc (ſcilicet quod dominus conſecrauit horum uerborum prolatione ſemel facta) magis uidetur elici ex uerbis Euãgelij & dictis Sanctorum patrũ, quibus etiam uerbis nos conſecramus, Miniſter

Opinio. 4.

tamen ſeu Sacerdos nō debet proferre huiuſmodi uerba in perſona miniſtri uel ipſius Sacerdotis ſed in perſona Chriſti loquẽtis, ut detur intelligi, quod miniſter in perfectione huius ſacramenti nihil agit, niſi quod profert uerba Chriſti &c. *Aduertãt hic ſacerdotes.*

Alia perpulchra difficultas.

NOn immerito etiam quæri poteſt quomodo propoſitio illa ſit uera & quid per illud ſignum demonſtratiuum. Hoc demonſtratur cum dicitur. Hoc eſt corpus meum. Ad hanc enim difficultatem primo reſpondent Moderniores Hæretici dicentes quod illud ſignum demonſtratiuum. Hoc demonſtrat panem, ſed uerbum, eſt, non capitur ſubſtantiue ſed ut idem eſt quod ſignificat ut ſic ſenſus. Hoc eſt corpus meum, id eſt, panis ſignificat corpus meum, de quorum Hæreticorum falſitate ſatis dictum eſt ſupra. *1. Lutheranorum aſſertio.*

Quidam autem dicunt quod in hac oratione. Hoc eſt corpus meum, eſt demonſtratio mixta, partim ad ſenſum & partim ad intellectum, ut ſit ſenſus orationis. Hoc eſt corpus meum. Hoc, id eſt, illud in quod panis, diuina uirtute eſt tranſmutandus, eſt corpus meum. *2. Aſſertio.*

Alij autem aſſerunt, quod hæc oratio. Hoc eſt corpus meum, eſt ſignificatiue & operatiua, ſignificatiua ex prima ſui impoſitione, operatiua, uero ex formę Sacramentalis inſtitutione. Et ſic quatenus eſt ſignificatiua. Hoc, demonſtrat ſignatum, per ſignum quatenus autem eſt operatiua inſti- *3. Aſſertio.*

nuatur aliquid in aliud conuertendum. Vnde eſt hic demonſtratio ſignati per ſignum in ſignatum cõuertendum. ſignum eſt panis, ſignatum eſt corpus Chriſti, in quod panis eſt conuertendus. Hoc ergo demonſtrat ad intellectum corpus Chriſti. unde ſenſus eſt. Hoc eſt corpus meum id eſt ſignatum hoc ſigno quod eſt panis trãſſubſtantiãdus in corpus meum, eſt corpus meum.

4. aſſertio Nonnulli uero autumant quod iſtud ſignum. Hoc demonſtrat ſubſtantiam panis ſub accidentibus quę oculis conſpici poſſunt, quę inſuper eſt terminus a quo conuerſionis, eſt uero operatiuum, & dicit conuerſionem. unde cum dicitur. Hoc eſt corpus meum, non ſignificatur quod panis ſit corpus, ſed quod ad prolationem uerbi, panis tranſit in corpus, ualet ergo tantum. Hoc eſt corpus meum id eſt hoc conuertitur in corpus meum, & ſic hoc uerbum eſt interpræctatur tranſit, uel conuertitur.

5. aſſertio. Pleriq; uero clarius loquuntur dicentes quod propoſitio tunc dicitur uera, quando ſignificat ita eſſe ſicut eſt in re, ſi fuerit de præſenti & affirmatiua. Non autem ſignificat niſi quando ſibi mẽtalis correſpondet, quoniam quælibet propoſitio uocalis dicitur uera a ueritate ſuæ mentalis cui ſubordinatur. Mentalis autem ſolum concipitur in fine propoſitionis uocalis, quia audiẽs hoc eſt corpus, ignorat an dicturus ſit hominis ſeu leonis uel meum, ideo non format mentalẽ ante completam prolationem totius uocalis. Vocalis ergo eſt uera quando tota prolata eſt, quia tũc ſubordinatur mentali uere, quando autem prolata eſt tota, tunc ſub ſpeciebus panis eſt uerum corpus Chriſti & ita illa. Hoc eſt corpus meum, demonſtrando

demonſtrando contentum ſub ſpeciebus panis, ſcilicet corpus Chriſti ſimpliciter eſt uera, Ego autem aliter dico ſaluo ſemper meliori iudicio, quod quęlibet propoſitio uocalis cũ ſit mere ſucceſsiua, quod ad eſſe & fieri dicitur uera in toto tẽpore in quo profertur & in nulla parte eius, Et hoc eſt de ratione cuiuslibet rei ſucceſsiue. Nam dies artificialis dicitur eſſe in toto illo tempore in quo ſol mouetur ab oriente in occidentem, Et ita in propoſito iſto, hoc eſt corpus meum, ueritatẽ habet in toto tẽpore incluſiue in quo profertur, in quo etiam uenerabile Chriſti corpus eſt ſub ſpecie panis, ideoq; illud ſignum demonſtratiuũ hoc, uere ſignificat corpus Chriſti. *6. author. Aſſertio*

Alia de eodem Sacremento doctiſsima difficultas.

HIc etiam quæri poteſt, & non ſine rationabili cauſa, An uerba conſecrationis actiue cõcurrant per uirtutem ſupernaturalem eis a Deo infuſam uel datam ad huiuſmodi conuerſionem. Ad quam difficultatẽ nonnulli dicunt, uerba conſecrationis a Chriſto tradita habere uirtutem conuertendi elementa in corpus Chriſti & ſanguinem, quę quidem uirtus data eſt uerbis creatis a uerbo increato nec hoc excludit: quin ibi uirtus increata ſit intime operans, ſicut eſt in omnibus in quibus cooperatur uirtus creata, Data eſt ergo uerbis uirtus ſupernaturalis huiuſmodi, & cęterorum ſacramentorum, quorum uirtute res ſacratæ efficiunt, uirtute diuina cooperante, licet effectus ille principalius attribuendus ſit uirtuti increatæ cooperanti. Vnde etſi uirtus data uerbis a uerbo increato operatiua ſit ad tranſſubſtantiationem tamen primo & principaliter accipienda eſt ipſa *Prima multorum doctorum poſitio.*

conuerſio a uirtute increatũ & ſupernaturali.

Aliter tamen probabilius, clarius & forte ue-
2. *Aliorũ ac ipſius authoris aſſertio.* rius dicendum eſt negando omnem uirtutem in ſtrumentalẽ concurrentem effectiue ad tranſſub. ſtantiationem inexiſtere uerbis cõſecrationis, ſed quod ſola diuina uirtute & potentia conuertitur panis in corpus Xp̃i, quoniã panis in hac conuerſione deſinit eſſe, tam ſecundũ materiam quàm ſecundũ formam, ad quã ſubſtantiæ annihilationẽ nõ poteſt agere uirtus creata, ſicut nec ad ipſi9 creationẽ, & huic fauet cap. firmiter de ſumma trinitate & fide catho. ubi dicitur panis tranſit in corpus & uinũ in ſanguinẽ poteſtate diuina. Ad ueritatẽ quoq; huius ſententiæ ſunt multa ſcripturarum dicta. Legitur nẽpe Chriſtũ ſanaſſe mulie-
Matt. 9. rem ad ueſtimenti fimbriæ tactum. Nunquid Chriſtus uirtutem aliquam influxit ſui fimbriæ ueſtimenti qua ſanitatẽ efficeret mulieris? Nõ utique, ſed ipſe ſtatim ſanitatem concludit, dum mulier in fide fimbriã tetigit. Ita in propoſito Deus eſt qui ſubſtantiam panis in corpus Chriſti conuertit, dum Sacerdos uerba protulerit quę ad hoc ipſe inſtituit. Nec in uerbis cauſat uirtutem aliquam quæ ulterius effectiue concurrat ad panis conuerſionem, ſed ipſe tanquam cauſa potiſſima couuerſionem illam perſinit, dum, Sacerdos hæc uerba legitime protulerit. Similiter beatus Maternus ſuſcitauit mortuum dum baculo beati Petri Apoſtoli cadauer tetigit non utique per aliquam uirtutem baculo inexiſtentem, ſed Deus uirtute ſua infinita mortuo uitam reddidit, dum ille baculo corpus mortuũ tetigit, ſic pari ratio-
4. Reg. 13 ne dicendum eſt de oſsibus Heliſei quæ per eorũ tactum ſuſcitarũt mortuum, nõ ſiquidem per ali-

quam uirtutem eis inexiſtẽtem,ſed tm̃ uirtute diuina ſuſcitatur,ad oſtendendũ magnam illi⁹ corporis uenerationem.

Beatus quoq; Petrus umbra ſua ſanauit infirmos, quis enim diceret uirtutẽ effectiuã ſanitatis fuiſſe in umbra?quæ non eſt res aliqua, ſed luminis priuatio,cui nulla potuit cõpetere uis,ſiquidem agere præſupponit eſſe. At Deus ipſe ad oſtẽdendum fidei ueritatem,quam Petrus prędicauit, ac tranſitum Petri infirmis & inualidis reſtituit ſanitatem. Sic ſerpens æneus præſeruabat filios Iſrael a morte,a ſerpentum morſibus uenenatos, non quippe per uirtutem in ære exiſtentem. Putabant tamen hoc quidam idiotæ, ideo ſerpentem plus debito uenerabantur, idolatriam committentes. quapropter Rex ſanctus Ezechias eum contriuit ad remouendam idolatriæ occaſionem. Item ergo in uerbis conſecrationis non eſt uirtus aliqua ſupernaturalis per quam actiue concurrant ad ſacramentalem effectum, id eſt panis in corpus Chriſti tranſubſtantiationem, ſed Chriſtus ex pacto quod cum Eccleſia ſponſa ſua pepigit ſuo ſigno aſsiſtens conuerſionem efficit,& ideo dicitur ſignum nedum certum, ſed efficax?Quia infallibiliter aſsiſtit Chriſtus id efficiens. Et ſi quis dicat ſi in uerbis non eſt aliqua uirtus ſupernaturaliter infuſa effectiue concurrens ad panis conuerſionem. Quomodo igitur uerba illa dicuntur conſecratiua? & inſuper quomodo corpus Chriſti dicitur eſſe præſens ſpeciebus panis ex ui uerborum, Ad hæc plane reſpõdetur quod ipſa ideo dicuntur conſecratiua,quia ad ipſorum prolationem fit conſecratio,& ad nullam aliam quoruncunque prolationem uerborum nõ

Act.5

Num.21.

4.Re.18.

Obijcitur

Reſponde

conuerſio a uirtute increatū & ſupernaturali.

Aliter tamen probabilius, clarius & forte uerius dicendum eſt negando omnem uirtutem inſtrumentalē concurrentem effectiue ad tranſſubſtantiationem inexiſtere uerbis cōſecrationis, ſed quod ſola diuina uirtute & potentia conuertitur panis in corpus Xp̄i, quoniā panis in hac conuerſione deſinit eſſe, tam ſecundū materiam q̄ ſecundū formam, ad quā ſubſtantiæ annihilationē nō poteſt agere uirtus creata, ſicut nec ad ipſiꝰ creationē, & huic fauet cap. firmiter de ſumma trinitate & fide catho. ubi dicitur panis tranſit in corpus & uinū in ſanguinē poteſtate diuina. Ad ueritatē quoqꝫ huius ſententiæ ſunt multa ſcripturarum dicta. Legitur nēpe Chriſtū ſanaſſe mulierem ad ueſtimenti fimbriæ tactum. Nunquid Chriſtus uirtutem aliquam influxit ſui fimbriæ ueſtimenti qua ſanitatē efficeret mulieris? Nō utique, ſed ipſe ſtatim ſanitatem concludit, dum mulier in fide fimbriā tetigit. Ita in propoſito Deus eſt qui ſubſtantiam panis in corpus Chriſti conuertit, dum Sacerdos uerba protulerit quę ad hoc ipſe inſtituit. Nec in uerbis cauſat uirtutem aliquam quæ ulterius effectiue concurrat ad panis conuerſionem, ſed ipſe tanquam cauſa potiſſima couuerſionem illam perfinit, dum, Sacerdos hæc uerba legitime protulerit. Similiter beatus Maternus ſuſcitauit mortuum dum baculo beati Petri Apoſtoli cadauer tetigit non utique per aliquam uirtutem baculo inexiſtentem, ſed Deus uirtute ſua infinita mortuo uitam reddidit, dum ille baculo corpus mortuū tetigit, ſic pari ratione dicendum eſt de oſsibus Heliſei quæ per eorū tactum ſuſcitarūt mortuum, nō ſiquidem per ali-

2. Aliorū ac ipſius authoris aſſertio.

Matt. 9.

4. Reg. 13

quam uirtutem eis inexiſtētem, ſed tm̃ uirtute diuina ſuſcitatur, ad oſtendendū magnam illi⁹ corporis uenerationem.

Beatus quoq; Petrus umbra ſua ſanauit infirmos, quis enim diceret uirtutē effectiuā ſanitatis fuiſſe in umbra? quæ non eſt res aliqua, ſed luminis priuatio, cui nulla potuit cōpetere uis, ſiquidem agere præſupponit eſſe. At Deus ipſe ad oſtēdendum fidei ueritatem, quam Petrus prędicauit, ac tranſitum Petri infirmis & inualidis reſtituit ſanitatem. Sic ſerpens æneus præſeruabat filios Iſrael a morte, a ſerpentum morſibus uenenatos, non quippe per uirtutem in ære exiſtentem. Putabant tamen hoc quidam idiotæ, ideo ſerpentem plus debito uenerabantur, idolatriam committentes. quapropter Rex ſanctus Ezechias eum contriuit ad remouendam idolatriæ occaſionem. Item ergo in uerbis conſecrationis non eſt uirtus aliqua ſupernaturalis per quam actiue concurrant ad ſacramentalem effectum, id eſt panis in corpus Chriſti tranſubſtantiationem, ſed Chriſtus ex pacto quod cum Eccleſia ſponſa ſua pepigit ſuo ſigno aſsiſtens conuerſionem efficit, & ideo dicitur ſignum nedum certum, ſed efficax? Quia infallibiliter aſsiſtit Chriſtus id efficiens. Et ſi quis dicat ſi in uerbis non eſt aliqua uirtus ſupernaturaliter infuſa effectiue concurrens ad panis conuerſionem. Quomodo igitur uerba illa dicuntur conſecratiua? & inſuper quomodo corpus Chriſti dicitur eſſe præſens ſpeciebus panis ex ui uerborum, Ad hæc plane reſpōdetur quod ipſa ideo dicuntur conſecratiua, quia ad ipſorum prolationem fit conſecratio, & ad nullam aliam quoruncunque prolationem uerborum nō

Act. 5

Num. 21.

4. Re. 18.

Obijcitur

Reſponde

quidem quod ipſa per uirtutem aliquā in eius exiſtentem ad conuerſionē concurrāt, ſed quia deus conuerſionē illam operatur, dum uerba hæc proferuntur, ſiquidem ordinauit quod quoties ſacerdos hęc uerba legitime profert, toties uult ipſe aſſiſtere ad conuertendum panem in corpus ſuum, Et ſecundum hoc ſacerdos dicitur cōficere & cōſecrare, quia facit aliquem actum, ſcilicet uerborum prolationem, qui requiritur ad hoc ut fiat cōuerſio. requiritur dico non ex natura rei, ſed ex Dei ordinatione cum eccleſia, quo ad talē uerborū prolationē, idonei miniſtri Eccleſiæ ipſe aſſiſtere uult & conuertere panē in ſubſtantiam corporis ſui. Placuit igitur Deo uerba inſtituere in Eccleſia prædicta, regulariter ad quorum legitimam prolationem, conuerſio fieret ſua miſericordia & uoluntate, quod fecit cum dixit. Hoc facite in meam cōmemorationē. hoc. ſ. quod. ego feci quaſi diceret, accipite panem et dicite. Hoc eſt corpus meum, Et per hoc fecit pactū cum eccleſia, ut quoties Sacerdos illa uerba proferret, toties uult aſsiſtere & corporis ſui præſentiam pane in ipſum conuerſo exhibere, & propter hoc Sacerdos dicitur uelut miniſter conſecrare: &c.

Quō conficiat ſacerdos.

Alia obiectio

Et ſi quis iterum quærat quō ergo uerba illa dicuntur cauſa tranſſubſtantiationis? Reſpondetur quod dupliciter poteſt accipi cauſa, uno modo quando ad præſentiam eius ſequitur aliud eſſe ex natura rei, quemadmodū ignis ꝑ uirtutē caloris ſibi inexiſtentis dicit̄ cauſa calefactionis paſſi debite applicati, ſicut etiam intellectus eſt cauſa intellectionis, non minus quam uoluntas ſuæ uolitionis, & hoc ſiquidem modo uerba cōſecrationis non dicuntur cauſa tranſſubſtantiationis,

Reſponſio

hoc eſt per uirtutē in eis exiſtentē. Alio modo ſu-
mitur cauſa quādo ad eſſe unius ſequitur eſſe al-
terius ex ſola uoluntate alicuius. quomodo, dici-
mus quod actus meritorius eſt cauſa reſpectu p̄- *Quo 'o uer-*
mij ex ſola uoluntate diuina p̄miante, et huiuſmo *ba dicūtur*
di cauſa ſolet dici cauſa ſine qua nō. Sic ergo uer *conſecra-*
ba conſecrationis & generaliter ſacramenta no- *tionis cā.*
uæ legis dicuntur cauſa ſine qua non effectus non
ſequit ſacr̄alis, & propter hoc uerba conſecratio
nis dicunt cauſa trāſſubſtantiationis, nam qa cau
ſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliqd, ſed ad eſſe ſiue
ad prolationem uerborum debitam, ſequitur p̄-
ſentiā corporis Chriſti per cōuerſionem panis in
ipſum, ideo dicuntur cauſa huius præſentiæ & cō
uerſionis. Simili modo actus meritorij dicuntur *Meritum*
eſſe cauſæ beatitudinis futurę. Non ita qd ipſi ef *eſt cā pre*
ficiant beatitudinem, quæ tanquā merces a ſolo *mij ex dei*
Deo confertur, ſed quia ex Dei ordinatione & li *ordinatio*
beralitate placuit ipſi dare tantum bonum in fu- *ne.*
tura uita eficientibus tales actus in uita præſenti,
ſic paterfamilias conducens ſeruum in uineam
ſuam pro denario diurno expleto labore tribuit
mercedē laboris. quam nō meretur labor ex ſua
natura. ſed ex pacto & conuentione conducen-
tis & conducti, propter quam placuit conducen-
ti domino tantum præmij, Nec quicquam abſo-
num uideatur & fictum Deum in noua lege cum
fidelibus huiuſmodi pacta celebraſſe, cum et-
iam in lege ueteri ſimilia feciſſe legatur, Vnde
ait. Hoc eſt pactum meum quod obſeruabitis *Gene. 17.*
inter me & uos, Circuncidetur omne maſculi-
num ex uobis, & infra maſculus cuius caro præ-
putii circuncīſa non fuerit delebitur anima illa de
populo ſuo, ubi a contrario ſenſu arguitur,

ſi circũciſa fuerit ſaluabitur. Et ex hoc pacto ſtatuto Deus huic circuncisioni aſsiſtit, remittendo originale peccatum & dat gratiam, quæ eſt medium producendi hominem ad ſalutem. Sic igitur in uerbis conſecrationis non eſt aliqua uirtus actiue concurrens, ſed ad eorundem Sacerdotis prolationem Deus ut dictum eſt conuertit ſubſtantiam panis in ſacratiſsimum Chriſti corpus, uel potius panis ſubſtantia ad nihilum redigitur, & cætera.

peroptime concluditur propoſitum

Habes igitur candide lector formam huius ſacramenti, quæ ſunt uerba conſecrationis. quibus ex rationabili cauſa hæc coniunctio enim inſeruit quæ cæteris quatuor cõnumerata dici ſolet quinque eſſe conſecrationis uerba, quæ certe non carent myſterio, quemadmodum enim quinque uerbis corpus Chriſti conſecratur in ſacramẽto, Sic totidem uerbis concipiebatur in uirginis utero. Ipſa nanque Angelo ſalutanti cenſentiente, & dicente, fiat mihi ſecundum uerbum tuum, incarnatum eſt patris uerbũ, Publicanus inſuper ueniam meruit quinque oratione uerborum cum percutiens pectus ſuum orauit dicens. Deus propitius eſto mihi peccatori. Similiter quinque uerbis Chriſtus crimina paralytico relaxauit. d. Fili remittũtur tibi peccata tua. Paradiſus quoque ad quem Chriſti corpus tanquam uiaticum ducit, quinque uerbis latroni promittitur, dicente in cruce domino. Hodie mecum eris in paradiſo, & hæc de forma & materia conſecrationis dicta ſufficiant, de quibus Gabriel etiã longe prolixus differit quare, &c.

Nota pulchrũ myſterium

Luc. 1.

Luc. 18

Matt. 9.

Luc. 23

Digito cõpeſce labellum

De cauſa finali huius admirabilis ſacramenti.

NOn ſine rationabilibus cauſis Saluator noſter Christus tradidit nobis ſuũ ſanctiſsimũ corpus & ſanguinẽ in ultima cęna. primo ut eſſet cibus & potus ſpiritualis animæ, Pro quo eſt ſciẽdum quod prout legitur gen.2. Fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigãdum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita, per quẽ quidem fluuium merito intelligitur Deus, inde Christus uerus deus & homo qui eſt uera uita omniũ uiuentiũ prout de ſe ipſo teſtatur.d. Ego ſum uia ueritas & uita, & Dauid in Pſal. Omnia a te ſpectant ut des illis eſcam in tempore, dante te illis colligent, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur. Auferes ſpiritum eorũ & deficient & in puluerẽ ſuũ reuertentur. Emitte igitur ſpm̃ tuũ & creabuntur & renouabis faciem terrę. Ab iſto.n. fluuio, qui eſt uita oĩum uitarũ egrediũtur alij quatuor fluuij, qui ſunt quatuor principales uitę, uidelicet uegetatiua, ſenſitiua, intellectiua, & angelica, quibus ẽt Deus p̃parauit ſuum cibum, ut uiuant, & quemadmodũ illi quatuor fluuij emanant a primó paradiſi fluuio. ita quatuor ſpecies creaturarum uiuentiũ accipiunt eſſe, ſumũtq́ uitam, ab ipſa uita ut inquit Ioan. Quod factum eſt in ipſo uita erat, unde diuina prouidentia omnibus illis de eorum uita prouidit. Angelus enim cibum ſpiritualem omni ſuauitate plenum elargitus eſt, quod eſt uidere diuinam eſſentiam & illa frui in eaque perpetuo quieſcere iuxta illud Dauidis Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Prima cã pp quã ſumitur xp̃i corpus.

Gene.2

Ioan.14.

Pſal. 103.

Quatuor principales uitæ

Ioan.1

Pſal 16.

Ideoque dixit Angelus Tobiæ. Cum eſſem uobiſcum per uoluntatem Dei uidebar quidem manducare & bibere. Sed ego cibo & potu

Tobia.12.

inuiſibili utor.ſ.uiſione diuina, Vegetabilib. uero pariter & ſenſibilibus admirabili ſua prouidentia parauit nutrimentum, ut uiuerent, quapropter decuit homines, qui duplici uigent natura materiali.ſ. & ſpirituali, ut duplicem ſumerent cibum, materialem pro corpore, quoniam omne uiuens quamdiu uiuit indiget alimento conuenienti ſuæ naturæ, Sine neceſſarijs enim impoſsibile eſt uiuere, Alium autem appetit cibum pro anima, quia quemadmodum corpus non poteſt eſſe ſine corporali cibo, ſic ſpiritualis anima ſine cibo ſpirituali uiuere nequit, qui quidem ſpiritualis cibus, ante Chriſti aduentum fuit tãtum diuina gratia, ſeu ſpecialis ſuper cœleſtis influxus, aut diuinus fauor. Anima.n. diuina uiuit gratia, ſicut moritur peccato. Modo autem Chriſtus Ieſus non ut accidentalis gratia, ſed ut gratia increata factus eſt cibus animæ ipſo teſtãte qui ait. Caro mea uere eſt cib. & ſang. meus uere eſt potus, quoniã ſicut panis præ cęteris cibis corpus reficit & ſuſtẽtat, & uinũ letificat hominẽ, ita caro Chriſti interiorem hoiem plus cęteris gratijs ſpiritualiter reficit & ſuſtentat, unde uiaticum quaſi reficiamẽtum merito appellatur, & quemadmodum oportet nos naſci denuo ut uideamus regnum Dei, qa ut ait Chriſtus. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnum dei. Ita nunc denuo oportet nos nouo cibo refici, qđ .n. natum eſt ex carne caro eſt, ideo indiget cibo carnali, ſed quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt, quare ſpirituali cibo eget.

Ioan. 6

Ioan. 3.

Secundo ſciendum eſt quod quemadmodum datur cibus corporalis ad ſuſtentandum & fortificandum corpus ut ualidius poſsit reſiſtere cor

poralibus influxis,ita datur ſpiritualis cibus pro anima ſpirituali,ut ſit fortis & potens ad ſuſtentandum ſpirituales influxus,ne ob nimiam debilitatem deficeret, Nam legitur in ſcripturis quod deus uolens diuinos influxus ſuper aliquem ſpiritualiter pluere ne propter impetum illorum et terribilitatem deficeret,mandauit illum aliquo cibo recreari, ſeu permiſsit prius prehendere cibũ, ne ob debilitatem a tanto deficeret impetu, unde antequam deus legem dediſſet populo Iſrael prius miſit manna ad manducandum in quo latebat uirtus ad ſuſtentandum & roborãdum,Scribitur etiã quod angeli noluerunt Abrahæ reuelare diuina ſecreta niſi prius ſumpto cibo,Item legimus Deum prius miſiſſe cibum Heliæ antequam ei locutus fuiſſet,ut de cibo illo factus fortis et robuſtus facilius poſſet ſuſtinere terribilitatem uerbi dei,quo inde fecit deſcendere ignem de cœlo, & pluuiam ſuper terram falſis prophetis occiſis. Daniel quoq; ait,Vidi ego Daniel ſolus uiſionẽ, porro uiri qui erant mecum non uiderũt ,ſed terror nimis irruit ſuper eos , & fugerunt in abſconditum , ego autem relictus ſolus uidi uiſionem hanc grandem & non remanſit in me fortitudo ſed ſpecies mea immutata eſt in me , & emarcui nec habui quicquam uirium, & ecce manus tetigit me & erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos manuum mearum,Apoſtoli inſuper,cum audiſſent uocem de nube dicẽtem. Hic eſt filius meus dilectus,& cætera ceciderunt in faciẽ ſuam & timuerunt ualde, ſed acceſsit Ieſus & tetigit eos,&c,

Datur ci. ad ſuſtentandum. — *Exod. 16.* — *Gene. 18.* — *3.Reg.17 18.19.* — *Dan.10.* — *Matt. 17.*

Inſuper ille idem diſcipulis ſuis ait ,Multa habeo uobis dicere ſed non poteſtis portare mõ ob

ſpiritus debilitatem, cũ autẽ uenerit ille ſpiritus docebit uos omnem ueritatẽ, quia tunc roborati & fortiores effecti ex ſpirituali cibo corporis &
Ioan. 16. ſanguinis mei, facilius poteritis recipe cœleſtes & diuinos influxus uidelicet diuerſa linguarũ genera, interpretationẽ ſermonũ, uirtutum operationes, gratiam ſanitatum, & alia id genus, quæ opatur unus & idem ſpiritus, &c. Et hoc eſt qd' ait
Pſal. 77. Dauid in pſalmo. Panẽ angelorum.i.robuſtorũ mãducauit hõ, ut eſſet fortis & robuſtus ad diuinos recipiendos influxus. Dedit igitur Chriſt⁹ ſuũ ſanctiſsimũ corpus & ſanguinẽ pro cibo animæ ſpirituali primo apoſtolis, ut p amplius eſsẽt fortes in bello & pugnarẽt cum antiquo ſerpẽte & ut ſpiritualiter roborati, ſuſciperent ſpiritum ſanctum, & ſic tãdem omnibus Chriſti fidelibus datur hic ſpiritualis cibus, quo roborantur & fortificantur ad reſiſtendũ Diaboli, mundi, & carnis tentationibus, & ad ſpiritualia bona exercẽda & temporalia contẽnẽda, potius autẽ ad diuina appetẽda, et ſic patet prima cauſa propter quam inſtitutum eſt hoc diuinum ſacramentum.

de.2.cã. Secunda cauſa propter quã Chriſtus dedit nobis ſuuum ſanctiſsimum corpus in cibum & ſanguinem in potũ fuit, ut penitus aboleret omnia ſacrificiorum genera, Siquidem diuerſorum animalium ſacrificia fuerunt a deo inſtituta ad expurgãdum & expiandũ partem hominis animalẽ, quæ ut in nobis eſt ſubijcitur peccato ac uariis peccatorũ concupiſcentijs. Nã ut ante oſtẽſum eſt, duplex homo fuit creatus a deo, Vnus animalis formatus de limo terræ & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ & factus eſt homo in animam uiuentem Per animam.n.uiuentem, intelligimus

Duplex hõ creat⁹ a deo.
Gen. 2
Gen. 1.

hominem, ſeu animam inferiorem, communem nobis & animalibus brutis, Secundus homo ſpiritualis fuit creatus a Deo ad imaginē & ſimilitudinem ſuam, Fuerunt igitur inſtituta animalium ſacrificia ad expiandum partem inferiorū hominis.ſ.animalem, quæ eſt omnis peccati cauſa, & hoc quippe congrue & non ſine rationabili cauſa quoniam decet ut pars animalis inferior hominis, quæ nos ad peccandum inducit expiata fuiſſet & ſacrificio animalium irrationalium, ac p eorum ſanguinem ut ſimile per ſibi ſimile expiaretē, & ſic pars animalis hominis expiabatur per ſanguinem alterius animalis &c.

Legitur inſuper in Leuitici libro quod ſacerdos & ſummus pontifex nō introibat in loco ſanctuarij niſi per ſanguinem hircorum, taurorum caprorum, & uitulorum, columbarum ſeu per cinerem uitulæ aſperſum, Et ſi queramus cur per animaliū ſanguinem purgabantur, paccata Reſpondetur quod quēadmodū aurū purgatur ab igne, ita per ſanguinem purgantur peccata, & equidē rationabiliter, quoniā ſicut caro & ſanguis cauſa eſt omnis peccati, ideo p aliorū ſanguinem quodlibet debet purgari peccatum. Chriſtus autē aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manu factū uolens introire.i.locum noſtri templi ſpiritualis, de quo idem Apoſtolus ait. Templū Dei eſtis uos, & ſpiritus ſanctus habitat in uobis, non per ſanguinem hircorum aut uitulorum ſed per propriū ſanguinem, ad clarius oſtendendum quod Chriſtus non uenerat tantū ad expiādum partem animalē inferiorē hominis, uerum etiam ad expiandū partem ſuperiorem ſpiritualem, id eſt rōnalē

Per ſanguinē peccata purgantur.

Hebr. 9.
1. Cor. 3 & 6. & 2. Cor. 6

animã. quia ſicut pars animalis expurgatur per ſacrificium & ſanguinem alterius animalis ut dictum eſt, ita pars ſuperior, ſeu interior & ſpiritualis homo debet expiari per ſacrificium & ſanguinem alterius hominis puriſsimi ſpiritualis, & innocentiſsimi, qui Chriſtus eſt. Et ſic clare liquet qualiter inferior homo animalis aſsimulatur brutis, ex quorum ſacrificio & ſanguine expurgatur. Interior autem & ſpiritualis homo ſimilis eſt Chriſto, ideo per eius ſacrificium & ꝓprium ſanguinem debet expiari & purgari a peccatis, &c,

Proinde ſciendum eſt qnod tria genera creaturarum per ſacrificium & ſanguinẽ Chriſti fuerunt perfectiſsime mundata. Primo homines. Secundo omnia animalia quæ prius erant immũda. Tertio omnes fructus terræ præcipue autẽ panis & uinum, quæ ex peccato Adæ a principio fuerunt inquinata omnia, quæ omnia ſcripturarum teſtimonijs demonſtrari poſſunt. Primum

Eſa.53. enim ſic oſtenderetur ait enim Eſaias. Vere lãgo-

1.Ioan.1 res noſtros ipſe tulit & peccata noſtra ipſe portauit, & Ioannes in Epiſtola canonica. Sanguis Ieſu Chriſti emundauit nos ab omni peccato, &

Apoc.1. ille idem in Apocalip. ait. Qui dilexit nos & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Apoſtolus

2.Cor.5. quoque ad Corinth. inquit. Qui non nouerat peccatum pro nobis fecit peccatum, id eſt oblationem uel ſacrificium pro peccato. Nam intelligendum peccatum in ſcripturis ſumitur pro eius ſa-

Heb.9. crificio ut ibi, Et ille idem ad Hæbreos. Si enim ſanguis hircorum & taurorum & cinis uitulæ a

Heb.9 ſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis. Quæro magis ſanguis Chriſti qui per ſpi-

ritũ ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortis ad ſeruiendũ deo uiuenti, Item Petrus ſcientes ꝙ non corruptibilibus auro uel argento redempti eſtis, ſed præcioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, &c. *1.Pet.1.*

Secundum ſcilicet quod omnia animalia fuerint mundata per ſacrificium & ſanguinem Chriſti patet ex his. Nam licet in lege fuiſſent nonnulla animalia immũda, de quibus præceperat dominus non manducari nihilominus ait Apoſtolus Paulus. Pacificauit per ſanguinem crucis eius ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt. Inquit quoque Ioannes Euangeliſta, Pater diligit filiũ et omnia dedit in manu ei⁹, ut omnia contineat, ſanctificet, & poſsideat, & hoc idem etiam oſtenditur per illam admirabilem uiſionem quã habuit Petrus cum oraret circa horam ſextam, uidit namq; cœlum apertum, & deſcendens uas quoddam uelut lintheum magnum, in quo erant omnia, quadrupedia & ſerpentia terræ, & uolatilia cœli & facta eſt uox ad eum ſurge Petre occide & manduca, ait autem Petrus, abſit domine quia nunq̃ manducaui omne commune & immundum, Et uox iterum.2.ad eum, quod Deus purificauit tu commune & immundum ne dixeris, patet igitur qualiter omnia animalia munda ſunt in ſanguine Chriſti, &c. *Deu. 14.* *Col.1.* *Ioan.15.* *Actuũ.10* *Oĩa aĩalia mundata, ſunt ĩ ſanguine xp̃i*

Tertium uero, ſcilicet quod præcioſo Chriſti ſanguine fuerint mundati omnes fructus terræ, olim maledicti a deo, his liquide demonſtrabit̃, ſed primo ſciendum eſt quod propter peccatũ. Adæ deus maledixit terrã in omni opere ſuo & ex conſequẽti omnes fructus eius, qui uidelicet *De fructibus terræ* *Gen.3.*

Gene.4 naturaliter producuntur a terra quapropter cum eſſent illi duo primi fratres Caim agricola, Abel autem paſtor ouium & tenerentur offerre oblationes deo, offerebat primitias animalium quæ non erant maledicta a Deo, nec immunda, ideo eius oblatio erat Deo grata, ſicut ſcriptum eſt. Reſpexit Deus ad Abel & ad munera eius, ad Caim autem non reſpexit, eo quod ipſe non poterat offerre niſi de primitiis & fructibus terræ, qui fuerant maledicti a Deo, qua de re non erant ſibi grati, nec unquam Deus uóluit oblationes de primitiis & fructibus terræ niſi poſt diluuium, quo adeo expurgauit terram a maledictione da ta quod ipſa incepit ꝓducere fructus gratos deo. Qui in tantum dei fauorem augebantur, quod Melchiſedech Rex Salem, qui in omnibus figurabat Chriſtum obtulit Abrahæ panem & uinum. erat enim Sacerdos Dei altiſsimi qui primus obtulit oblationes de fructibus terrę poſt diluuium Deo gratas, panem, ſcilicet & uinum qui ueteri terræ primi fructus merito appellantur

Ex diluuio purgati fuerunt fruct⁹ terræ olim maledicti

Gene.14.

Heb.9. Chriſtus autem in ſuo ſanguine, per amplius mũdauit ac nobilitauit hos primos terræ fructus, panem, ſcilicet & uinum, cum ſub ſpecie eiuſdem panis & uini elargitus eſt nobis ſuum ſanctiſsimũ corpus & ſanguinem, in perpetuã ſuæ paſsionis memoriam Et hoc eſt quod ait ꝓpheta, Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſecors & miſerator dominus eſcam, ſcilicet ſpiritualem dedit timentibus ſe, in ſua ultima cęna de qua Lucas Euãgeliſta ſpiritualiter loquitur dicens Homo quidam fecit cœnam magnam, & alibi Simile eſt regnum cœlorum homini qui fecit nuptias filio ſuo & cætera. Patet igitur ex his qualiter Chriſtus

maxia panis & uini nobilitas

Pſal.110.

Luc.14

Matt.22

per ſacrificium et ſanguinem ſuum, non ſolum expiauit partem noſtram animalem ſcilicet hominem inferiorem. uerum etiam & omnia animalia immunda, quinimmo & omnes fructus terræ a principio maledictos & præcipue panem & uinum expiauit, mundauit, benedixit, ſanctificauit, maximopere nobilitauit. Et ſic per ſacrificiũ corporis & ſanguinis euacuauit omnia genera ſacrificiorum quod fuit ſecunda cauſa huius ſacramenti inſtutionis, quod ita liquet ex ſcripturarũ teſtimonijs. ſcribitur nempe. Et placuit in eo omnem plenitudinem inhabitare. Paulus quoque ad Hebræos inquit. Portat omnia uerbo uirtutis ſuæ. Item Conſtituit eum hæredem uniuerſorum per quem fecit & ſecula, & ille idem ad Coloſſ. In ipſo ſunt condita uniuerſa ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt, & cætera. Vnde ex his ſequitur quod ſi Chriſtus ſuo ſanguine omnia purgauit & expiauit, tum maxime partem noſtram animalem, quæ cum eſſet cauſa omnis peccati, ſemper inducit ad peccandum, quilibet homo poteſt facere quod in ſe eſt. i. ceſſare ab actu & conſenſu peccati, & ſe diſponere ad gratiam ſuſcipiendam, nec omnis operatio hominis etiam extra gratiam exiſtentis ſemper eſt peccatum (ut multi Hæretici aſſerunt) aliter Chriſtus non expiaſſet partem noſtram animalem, id eſt inferiorem hominem, ſi omnis eius naturalis actio eſſet peccatum. Sed his omnibus dimiſsis, dico omnia in unum concludendo, quod quemadmodum antiquitus poſt ſacrificium quod offerebatur Deo tã Sacerdotes quam aſtantes comedebant de ſacrificato animali. Ita Chriſtus non tantum uoluit pro nobis & pro omnibus creaturis ſa

Concluditur intentum

Heb. 1.

Col. 1.

Cor. cõtra Luth. infertur.

Oĩa i unũ concludit author

crificari deo, uerum etiam ſtatuit & Sacerdotes & aſtantes ſpiritualiter, ac ſacramentaliter comedere ſuum ſanctiſsimum corpus & ſanguinē bibere non ad ſuſtentandum corpus, ſed ad interiorem hominem corroborandum, ut poſsit cum Chriſto in æternum uiuere, ut ipſe atteſtatur dicens. Qui manducat me & ipſe uiuet ꝓpter me. Tertia cauſa propter quā Chriſtus inſtituit hoc ſanctiſsimum ſacramentum fuit propter maius fidei augmētum, ut credendo ſub ſpecie panis & uini ſuum ſanctiſsimum corpus & ſanguinem uere & realiter continere, augeatur meritum fidei noſtræ. Nam fides habet meritum ubi humana ratio non præbet experimentum, & licet fides ſit inſenſibilium non eſt tamen ſimpliciter impoſſibilium. Et ideo primo non miremur, ſi ſubſtantia panis conuertitē in Chriſti corpus & uinū in ſanguinē, uel ut melius dicam tota ſubſtantia panis & uini aboleretur a Deo, ſpeciebus ac cōditionib⁹ panis & uini remanentibus ſub quibus (inuiſibiliter tamen) uere & realiter Chriſtus exiſtit, quoniā ſi credimus deum ex nihilo creaſſe cœlum et terram & omnia quæ in eis ſunt, ita de facili credere poſſumus ipſum poſſe ſubſtantiam panis et uini annihilare remanentibus accidētibus non.n. eſt maioris potentiæ ad nihilum quam ex nihilo aliquid creare. Non miremur ſi in inſtanti Chriſtus deſcendit de cœlo, a Sacerdote uerbis ſacramentalib. prolatis, quoniam in uno & eodē inſtāti Abachuc propheta portatus fuit ab Angelo a Iudæa in Babiloniam, & cibo alato Danieli in momento repoſitus eſt ab eodem in Iudæa. Non miremur inſuper ſi corpus Chriſti tam magnum ſub tam parua hoſtia continetur, nec poreſt uideri nec

Mirabilia multa ī altari ſacramēto conſiſiderantur

Dani. 4

nec tangi minuſq; graue eſt, quoniam de ratione corporis glorioſi eſt omnibus conditionibus materialibus carere, & certe non eſt mirum nam corpus Petri ambulantis ſuper aquas non ponderoſum extitit, Ferrum quoque natura graue Heliſe. *Matt 14.* fecit natare ſuper aquas, Præterea Balam non uidebat figuram Angeli, quam tamen eius Aſina uidebat. Pariter diſcipulus Heliſgi non uidit exercitum magnum angelorum, quem tamen ipſe Heliſeus intuebatur. *4.Reg.7.* Ideo nõ intereſt ſi corpus Chriſti non uidetur, non graue eſt, & non tangitur, licet ſit in hoſtia conſecrata, *Nume.22.* Non miremur etiam ſi corpus Chriſti quotidie comeditur, & tamen nunquam conſumitur, quoniam Rubum quem *4.Reg.6.* uidebat Moſes ardebat & non conſumabatur. Ita corpus Chriſti à fidelibus ſumitur, & non cõſumitur, Oleum quoque in lechito uiduę & farina hidrię, de quibus uix potuiſſent per unum diẽ duę pſonę refici, tamen circa tres menſes illo oleo & farina nutritus fuit Helias, & uidua cum filio & non defecerunt, diuina uirtute ſic diſponente, Non miremur denique ſi hoſtia frangitur & non *3.Reg.17.* diuiditur Chriſti corpus, quoniam illud eſt ſpirituale & impaſſibile ut liquet de anima quæ cum ſit ſpiritualis non diuiditur ad diuiſionem corporis &c. Alię etiam aſſignantur cauſæ quibus inſtitutum eſt hoc ſacramentum, quæ ſunt remiſſio peccatorum, remiſſio pęnę, infuſio gratię & adeptio finalis gloriæ cum patre & filio & ſpiritu ſancto in ęterna gloria. Amen.

Poſtremis bus⁹ ſacræ inſtitutionis finis.

DE COMMVNIONE SVB utraque ſpecie Vndecimum Theologicum certamen.

Optima difficultas.

AN POPVLVS FIDElis participaturus euchariſtiã, ſub diuino præcepto eam ſub utraq; ſpecie ſumere teneatur. Olim hæc difficultas poterat eſſe dubia. nunc autem poſt determinationem Concilij conſtãtien. ueritatem catholicam determinantis, dicere communionẽ ſub utraque ſpecie eſſe de neceſſitate ſalutis omni fideli, eſt hæreſis ibidem publice condemnata, Ideo ſuperfluum eſt amplius de ea loqui, cum omni humana probatione maior ſit Eccleſiæ authoritas, in cuius fidei obſequium intellectum noſtrum captiuare tenemur. Verum ad confundendam falſam modernorum Hæreticorum aſſertionem, ad intellectum quoque huius ueritatis ſicut & cœterorum fide creditorum, non inutile eſt, neque præſumptuoſum aliqua diſſerere, uel ut uerius loquar, alia per alios luculenter elaborata recenſere, Pro quorum deductione ſupponendum eſt, quod quædam ſunt de neceſſitate ſacramentorum circa eorum miniſtrationem, & de iure diuino, ſi quod nulla authoritate uel conſuetudine oppoſitum induci poſſit. Quædam uero de neceſſitate præcepti iuris humani & poſitiui, ut in propoſito, forma conſecrationis certa a Chriſto eſt perſcripta, & materia certa ab eo deter-

Cur per tractatur hac materia.

Sacramentorũ quædam ſunt de neceſſitate quædam de reuerentia.

minata panis,ſcilicet & uinum,ſimiliter & miniſter puta Sacerdos, in quibus Eccleſia nihil habet immutare, nec aliud poteſt inducere, Multa uero pro ſacramenti reuerentia commiſit Dominus diſcipulis ſuis,ac eorum ſucceſſoribus determinanda, quæ pro diuerſitate temporum & cauſarum circunſtantiarũque mutationem accipiũt, ſicut quod ad tempus Eccleſia primo confecit in azimo pane, inde cauſa emergente celebrauit in fermentato,& demum iterum in azimo. Pariter quod celebretur in Eccleſia & altari ac uaſis ueſtibusque conſecratis, ieiuno ſtomaco, & cum cæteris cerimonijs ac orationibus ex Eccleſiæ inſtitutione ſancitum eſt,quæ etiam rationabilibus de cauſis Eccleſia mutare poſſet in toto uel in parte, & mutata ſub præcepto tradere cui obedire decet. Videndum igitur eſt an cõmunio ſub utraque ſpecie ex diuino immutabili emanauerit præcepto,an non. Si primum liquidum eſt quod per nullam Eccleſiæ conſtitutionem, aut contrariam conſuetudinem(quæ magis corruptela foret)tolli poſſet, Si ſecundum tunc in dubium non uenit,qn ex rationabilibus cauſis mutari poſſet, pro quo ita concludendum eſt.

Prima Concluſio.

NEgamus cõmunionem euchariſtiæ ſub utraque ſpecie generaliter omnibus fidelibus, immutabili lege præceptam a Chriſto fuiſſe. *In lutheranos.*

Claret hæc concluſio, quia hoc Chriſti præceptum uel colligeretur ex huius ſacramenti inſtitutione, quia ſub duplici ſpecie ipſum inſtituit, aut

ex eius diſpenſatione, qu'a ſuis diſcipulis diſpenſauit, aut ex manifeſto præcepto quod uel ante inſtitutionem, aut in ipſa cœna, aut poſt cœnam dedit, ſed nullum horum dici poteſt, ergo concluſio uera cōſequentia nota, & antecedens liquet ex ſufficienti diuiſione. Nam alius modus ab illis non eſt dab.lis, Tertium namq; dari non poteſt, quia nullum tale præceptum legitur dominus dediſſe neq; per ſe, neq; per Apoſtolos. Nec primū aut ſecūdum quia licet ſub utraq; ſpecie inſtituit & diſcipulis diſpenſauit (quos iam in ſacerdotes ordinauerat dominus) euchariſtiæ ſacramentum, Ex illo tamen conuinci nō poteſt quod ſic ab omnibus ſumi debere, omnibus demandauerit, Multa quippe in huius inſtitutione, & diſpenſatione qua diſcipulis ſuis ſumendum tradidit, obſeruauit, quę per hoc nec eis uniuerſaliter, nec aliis generaliter obſeruari mandauit, ut ex deducendis apparebit, ſicut & quædam diſcipulis & eorum ſucceſſoribus ſpecialiter, & non omnibus fidelibus tradidit. Nam ſolos diſcipulos tunc præſentes Sacerdotes ordinauit dicens, hoc facite: &c.

Fortiſſima pro cōcluſionis ueritate ratio.

Ipſi deniq; diſcipuli ſacerdotes ac eorum ſucceſſores præsbiteri, Non ex facto Chriſti, ſed Eccleſię mandato ad ſumendū ſub utraq; ſpecie ſunt obligati, Chriſtus igitur diſtribuit diſcipulis ſuis ſub utraq; ſpecie, corpus & ſanguinem, non tamen ordinauit, aut pręcepit quod ipſi cæteris quibuſcunq; ſic miniſtrarent &c.

2. Ratio. Præterea Chriſtus plus de pane loquitur quā de calice ſepiusq; ſolius panis meminit quam calicis, nam in Euangelio Ioannis inquit hic eſt panis qui de cęlo deſcendit, & ſiquis manducauerit ex hoc pane, uiuet in ęternum. Ego ſum panis ui-

Ioan. 6.

uus qui de cœlo deſcendi,& panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi uita.

Item euntibus diſcipulis duobus in Emaus ſub ſola ſpecie panis dedit eis Chriſtus ſacramentũ teſte Aug. libro tertio de conſenſu Euangeliſtarum,& Chryſoſtomo ſuper Matth. *Luc. 24.* *Math. 6.*

Proinde oramus quotidie panem noſtrum ſuper ſubſtantialem da nobis hodie,qui non tantũ pro quotidiano pane quam pro euchariſtię ſacramento intelligi poteſt.

Inſuper in actibus legitur,quod erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis .i. euchariſtiæ, ubi nulla fit mentio de ſumptione calicis. *Actuũ. 2.*

Deniq; Apoſto. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaq; epulemur in azimis ſinceritatis & ueritatis. *1. Cor. 5.*

Moderniores aduerſantur hęretici.

PRimo ait Chriſtus, Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem non habebitis uitã in uobis,ergo neceſſe eſt Chriſti manducare carnem, & bibere ſanguinem, & ex conſequenti ſub utraque ſpecie ſumere ſacramentum. *Ioan. 6.*

Secundo Xp̃s inſtituit ſub utraq; ſpecie,præcepitq; poſt calicẽ traditum dicens hoc facite quotienscunq; bibetis in meam cõmemorationem.

Tertio hoc idẽ aſſerit Apoſto. dicens. Probet autẽ ſeipſum homo & ſic de pane illo edat & de calice bibat.Ideo hic fuit mos & ritus in eccleſia primitiua,ubi ſub utraq; ſpecie cõmunicabant. *1. Cor. 11.*

Catholicorum reſponſiones.

AD primum dicendum eſt quod ibi Chriſtus loquitur de cibo & potu ſpirituali

uel aliter dico, & forte melius quod ut de ſe li-
quet ibi Chriſtus non uult hominem debere ſuã
manducare carnem & bibere ſanguinem, ſub ſpe
ciebus & accidentibus carnis & ſanguinis, ſed
alienum ab omnibus corporeis conditionibus ut
in præcedenti libro oſtenſum eſt. Ideo qui digne
ſumit panem conſecratum ſacramentaliter, & ſpi
ritualiter carnem manducat & ſanguinem bibit,
idcirco laicus ſub ſpecie panis bibit etiam ſangui
nem, non autem ſub ſpecie propria, ſed ſub ſpecie
panis & cætera.

Ad ſecundum dicendum eſt, prout oſtenſum
eſt ſupra, Chriſtum conſecrando inſtituiſſe ſacra-
mentum ſub utraq; ſpecie & dediſſe apoſtolis
quos iam in ſacerdotes ordinauerat, non tñ præ-
cepit ut ipſi cœteris quibuſcunq; ſic miniſtrarẽt,
immo nec de aliquo ipſorum legitur quod huiuſ-
modi cõmunione ſub duplici ſpecie uſus ſit quo
ad laicos, uel quod ipſis præceptum de ſic com-
municando, ſit traditum. Ad illud autem quod
immediate ſubdit Hæreticus. ſ. quod poſt traditũ
calicem, p̃cepit dominus dicens. Hoc facite &c.
Dico quod ibi Apoſtolo. recitat factum Chriſti,
non autem præceptum imponit, ſed tãtum Chri
ſtus ad paſſionis memoriam communicantes &
conficientes hortabatur &c.

Ad tertium dicitur quod ibi Apoſtolus narrat
Cor. qualiter ſub duplici ſpecie Chriſtus hoc ſa-
cramentum inſtituit dicens. Ego. n. accepi a domi
no quod & tradidi uobis, quoniam dominus Ie-
Vera uer- ſus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ & gra
borũ Pau- tias agens &c. Et poſt, ſimiliter & calicem poſt-
li intelli- quam cœnauit &c. Deinde quia uſus fuerat Cor.
gentia. ſub duplici ſpecie communicare, quem ritum ipſe

non interdixit,ſed permiſit,cum in nullo eſſet contrarius Euangelio, ipſos exhortando ut communicarent in memoriam paſſionis dominicę ſubiſixit. Quotieſcunq; manducabitis panem hunc & calicem bibetis mortem domini annũciabitis donec ueniat.ſ.ad iuditium. Nec ex toto illo proceſſu Pauli elici poteſt quod de ſumptione corporis & ſanguinis ſub duplici ſpecie dominus dederit præceptum omnibus ſic manducandi & bibẽdi. Nec etiam haberi poteſt qđ ipſemet Paulus hoc præceperit ſed(ut dictum eſt)narrans factũ Chriſti in cœna hortatur, ut dum ipſi manducãt & bibunt de morte & paſſione Chriſti recordentur, Quod ſi Apoſtolus ipſe communicationem corporis & ſanguinis ſub utraque ſpecie neceſſariã eſſe fidelibus ad ſalutẽ ex pcepto reputaſſet,certe hoc expreſſius ſcripſiſſet tam Corint. quã aliȷs fidelibus quibus ſuas tranſmiſit Epiſtolas tũ maxime Romanis,qui caput mundi erant.

At etiam dato quod cœteri Apoſtoli & fideles in primitiua Eccleſia communicauerint ſub utraque ſpecie,Quod tamen nõ legitur. ſed neq; conſtat hunc ritum fuiſſe totius Eccleſiæ uniuerſaliter, licet legatur in multis particularibus Eccleſiȷs obſeruatus, tamen tunc ſic communicabant propter Chriſti factum, non propter Chriſti præceptum quaſi ad hoc de neceſſitate ſalutis fuerint obligati, non enim (ut dictum eſt) factum Chriſti obligationem ſemper inducit ad ſimiliter faciendum,ſicut in multis eſt uidere, ipſe enim multa operatus eſt miracula, in quibus eum imitari, nec obligamur, nec poſſumus, Pariter opera ſupererogationis & perfectionis in ſummo uirtutis gradu exercuit ut in altiſſima paupertate,in uir *Alia ad idem reſponſio.*

ginali clariſſima caſtitate, in quadraginta dierum abſtinentia et ieiunio uitam duxit, Paſcha cum diſcipulis manducauit, & poſt cœnam diſcipulos communicauit, Ad quorum aliorumque plurimorum imitationem minime obligamur. Vnde Eccleſia ex legitimis cauſis aliqua horum ſtatuere poteſt ſimiliter ab huiuſmodi obſeruantiis ceſſare & potuit & debuit rationabilibus cauſis aduenientibus. Nam in primitiua Eccleſia erat omniũ credentium cor unum & anima una, nec quiſquã eorum quę poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia, nec poſſeſſiones habebant ſed habitas uendebant, ponentes præcium ad pedes Apoſtolorum, Et tamen ex hoc non omnes fideles ad ſimilia obligantur, Item in primitiua Eccleſia Sacerdotes & Leuitę uxores habebant teſte Apo. & tamen nunc nõ licet, Ita in ꝓpoſito dicendum eſt, quod licet ritus ille cõmunionis ſub utraqꝫ ſpecie fuerit in primitiua Eccleſia uniuerſaliter obſeruatus (quod tamen ꝓbari non poteſt) Eccleſia tamen laudabiliter ceſſare potuit ꝑ diuerſa pericula, quæ multiplicato fidelium numero contingi poſſunt. Et ita ceſſaſſe creditur, uſuſque cõmunicandi ſub una ſpecie panis, ad laicos, & Sacerdotes nõ celebrantes introductus, Et taliter hodie a cunctis fidelibus obſeruatur ꝑ totã Eccleſiã occidẽtalẽ (exceptis paucis ſchiſmaticis qui ſe ab huiuſmodi generali obſeruatione ſubtrahunt, in periculũ & ſuarꝫ aiarꝫ dãnationẽ) cõtra generales Eccleſię determinatiões factas in cõciliſs uniuerſalibus Cõſtãtien. & Baſilien. Neqꝫ uſus ille ſub una ſpecie cõmunicãdi nouus eſt, imo antiquus, tantiqꝫ temporis qđ ipſius initium neqꝫ eſt in me memoiĳs hoĩum, neqꝫ in

Confirmatur ratio.

Actuũ. 4.

1. Thim. 3.

Item confirmatur.

Iterũ confirmatur.

ſcriptis antiquoꝝ, nec in annalibus ſcribentiũ re peritur, Valde igitur impium eſt & preſumptuoſum contra tam uetuſtiſſimam ſanctam atque rationabilem Eccleſiæ traditionem, ita nequiter loqui & ſcribere. Qua de re ponitur hęc concluſio.

Secunda concluſio.

SAnctiſſimum Chriſti corpus in Euchariſtiæ Sacramento ſimplicibus ſecularibus Chriſti fidelibus non dari ſub utraq; ſpecie, Eccleſia Sancte & laudabiliter ſanciuit. &c.

Hęc Concluſio p̱ rationabiles cauſas, quas cãcellarius Pariſien. Gerſon aſſignat in libro ſuo quem de hac materia in concilio conſtan. ſcripſit poteſt ita laudabiliter perſuaderi, Primo ut euitetur periculum diſtillationis & effuſionis ſanguinis Chriſti, qui non niſi cum maxima cautella ac prouidentia eſt tractandus propter fluxibilitatẽ ſpecierum uini ſub quibus continetur, quæ de facili poſſunt effundi, Præſertim in tanta præſſura & multitudine communicantium, cum ad communicandum per ſæpe conueniant homines tremuli, barbati, infirmi, iuuenes, qui ſatis prouide ſanguinem ſumere non poſſunt, qn̄ de facili peccata & pericula grauia ſequantur, Quantum autem peccatum, & quam graue ſit ſtillatio et effuſio ſanguinis Chriſti ſatis declarat pœnitentia ſacerdoti iniungenda, per cuius negligentiam gutta ſanguinis cadit in terram uel alibi, iuxta decretum Pij Papæ qđ ponitur de cõſecratione diſtinctione ſecunda, Si per negligentiam, ubi præcipitur qđ cum de ſanguine aliquid ſtillauerit per negligentiam Sacerdotis ſuper terram, lingua labetur, tabula radetur, et raſura igne cõſumetur. etc. Et ut infra dicitur, Sacerdos quadraginta diebus

Non decet laicos ſumere ſub utraque ſpecie euchariſtiam

pœniteat,tot diebus ieiunando & a celebratione abſtinendo.Si ergo tali negligentia accidente terra debet lambi,radi,& poſt raſurã in ignem proiici & comburi.&c.Nunquid pepla mulierum & barbę uirorum Chriſti ſanguine madida igni ueniunt tradenda? Pœnitentiam deniq; talem laici non ſine grauamine & contradictione ſuſciperẽt & ferrent,Rationabiliter igitur & caute ordinauit Eccleſia communionem ſub ſpeciebus panis tantum , percipi debere quo ad laicos,& ut in reuerentia,& periculum euitetur,populusque tam graui pœnitentię non exponeretur,Maxime cum omnem fructum interiorem cõſequantur ex ſumptione corporis & ſanguinis ſub una ſpecie ſicut ſub duabus,ex qua conſtitutione Pij Papæ liquet quod conſuetudo comunicãdi ſub una ſpecie eſt uetuſtiſſima & ab antiquo in Eccleſia ſeruata,nã Pius decimus fuit Papa poſt beatum Petrum ut refert Augu.ſeditq; in cathedra Petri circa Annũ domini centeſimum quinquageſimum tertium.

Pœna pro effuſione Chriſti in ſanguinis infligẽda.

2.Cauſa. Secundo periculum fuiſſet in cõſeruatione ſpecierum uini pro infirmis, pro quibus ſemper parata haberi debet Euchariſtia,ut dicitur de conſecratione diſtinctione ſecunda de cuius cauta cuſtodia habetur in eadem diſtinctione. periculum inquam in conſeruãdo ne uenerentur in acetum, & ita deſinerent eſſe Sacramentum,ne congelarentur in hieme,Ne bibiones & muſche generarentur in ęſtate,aut alias ſpecies corrumperentur quamuis uas obſtrueretur & ita aut redderentur ad ſummendum abominabiles, aut ſi ſpecies uini corrumperentur, daretur infirmo occaſio idolatrandi & ſumendi pro ſacramento quod non eſſet Sacramentum,periculum deferendi quãdoq;

etiam in equis ad loca remotiora ubi cādere poſ ſet Sacerdos ſiue eques ſiue pedes.

Tertio Queritur in quo uaſe fieret tanti uini confecratio, quod ſufficeret pro decem aut uiginti millibus perſonarum Paſchatis tempore, paupertas namque multarum Eccleſiarum non poſſet de tam honorabili uaſe prouidere, propter igitur tot pericula euitanda merito ita Eccleſia ſanciuit. Cur igitur tā uetuſtiſſime et laudabili eccleſiæ ordinationi Lutherani contradicere audent? 3. Cauſa.

Quarta inſuper cauſa fuit, ut tollerentur errores qui ex communione ſub utraque ſpecie orti fuerunt, & oriri poterunt, Credere enim potuiſſet populus ex tali communione Chriſtum non eſſe totū uerū & perfectū hoīem ſub una, ſpē nec tm̄ eē ſub una, quātū ſub duabus, ſicut multi hęreticorū de facto aſtruxerūt. Neſtorius. n. ſub ſpecie panis tantum corpus Chriſti eſſe dogmatizabat ſine ſanguine, & ſub ſpeciebus uini tantum ſanguinem ſine corpore pro eo quod in paraſceue corpus fuit ſeparatum a ſanguine, quæ ratio nihil arguit, cum talis et totus ſit Chriſtus in Sacramēto ſub unaquaq; ſpecie, qualis eſt in ſua natura. 4. Cauſa.

Quinto ad tollendum errorem quod communio ſub utraque ſpecie ſit laicis de ſalutis neceſſitate quem quidam deduxerunt (ſicut nunc moderniores Hæretici ex uerbis Chriſti. Niſi manducaueritis carnem filīj hominis, & biberitis eius Sanguinem non habebitis uitam in uobis, ut ante oſtenſum eſt. Sic refertur de Pellagio, qui occaſione horum uerborum paruulis ſtatim poſt baptiſmum, corpus & ſanguinem ſub utraque ſpecie miniſtrauit, quod etiam nunc Luthærani facere deberent ſi uerba illa uniuerſaliter & iuxta literā 5. Cauſa.

intelligi uolunt. Aiebat inſuper Pellagius quod ſi ſpeciem panis deglutire non poterant infantes, ipſam cum ſpeciebus uini eſſe permiſcendam, ut ita infunderetur in ora puerorum, Et ſi fortaſſis quiſpiam eieciſſet, dicebat id eſſe comburẽdum, ob id quod dicit in Exodo, Siquid reſiduum fuerit comburetis. Multi præterea ultra Pellagianos errantes occaſione præfati textus Iohan. 6. non ſolum uiuis ſub utraque ſpecie corpus & ſanguinem domini miniſtrabant, ſed etiam defunctis, ut refert Beda in homilia ſuper Mattheum, Ecce quantum nocet mala ſcripturarum intelligentia.

Hic ex dictis concluditur propoſitum. Ad hos ergo errores abolendos laudabiliter Eccleſia ceſſauit a præfato modo communicandi ſub utraque ſpecie, etiam ſi ad tempora continuaſſet eundem, ſicut in ſimili quandoque ceſſauit ad tempus conſecrare in azimo, propter errorem eorum qui dixerunt legalia cum Euangelio eſſe obſeruanda, ac neceſſarium eſſe in hoc Chriſtianos iudaizare, quales fuerunt Ebionitæ, & ut hunc errorem tolleret præcepit tempore Leonis Papæ conſecrare in fermentato, ad oſtendendam libertatem Euangelij nõ obſtante quod Chriſtus cõfecit in azimo. & inde errore extirpato redit Eccleſia ad conficiendum in azimo, ut alibi habitũ eſt. Ex quibus omnibus liquet ueritas noſtræ cõcluſionis, pariter & totius libri quare &c.

DE MATRIMONII SACRAmento duodecima per unicam cōcluſionem ſubtiliſſima cōtentio.

Concluſio Prima.

MATRIMONIVM legitime celebratum, eſſe Eccleſiæ Sacramentum ſcripturarum teſtimonijs fateri tenemur.

At pro primæ rationis fundamento ſciendum eſt, quod matrimonium, ut ſcripturarum ueritas atteſtatur, triplici de cauſa fuit a Deo inſtitutum & ordinatū. Primo propter mutuam ſocietatem mutuumq; amorem, propterq; naturalem hominis fœlicitatem, quod ſic oſtenditur. Nam deus primo formauerat hominem. & ſpirauerat in eum ſpiraculū uitæ, ſed facto uiro ſine fœmina dixit. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutoriū ſimile ſibi, & ſequitur. Adę uero non erat adiutorium ſimile ipſi. Miſitq; dominus ſoporē in Adā, tulitq; unam de coſtis eius, & repleuit pro ea carnem, & ædificauit coſtam in mulierem, & adduxit ad Adam, unde ſurgens Adam a ſopore dixit. Nunc os ex oſſibus meis & caro de carne mea, propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carnē una & cætera. *Gen. 2.*

Ex quibus uerbis patet quod coniugiū primaria intentione fuit a Deo inſtitutum propter triplex bonum ſcilicet ob mutuam ſocietatem mutuumq; amorem, ac mutuum adiutorium & obſequium, ſine quibus nulla poteſt eſſe fœlicitas *1. Inſtitutionis matrimonij cauſa.*

quoniam ſine ſocio, nulla eſt iocunda poſſeſſio. Iſta ergo tria bona ſufficiunt ad uerum & perfectum matrimonium propter hominis fęlicitatē, Et hæc fuit primaria cauſa inſtitutionis coniugũ.

Secũdo fuit matrimonium inſtitutum propter bonum prolis, ad conſeruationem ſpeciei & naturæ lapſæ, necnon ad reſtaurandam Angelorum ruinam, Vnde uidens Deus ſedes cęleſtes uacuas ex Angelorum ruina præuidenſq; hominem pec-

2. Cauſa. caturum, ac propter peccatum moriturum. Ideo ne ſpecies periret humana, & ut numero hominũ electorũ ac iuſtorum, ruina reſtauraretur Angelorum, dedit eis generationem benedictam dicēs. Creſcite & multiplicamini & replete terram, Et tunc coniugium dictum eſt matrimonium ratione prolis. inde matrimonium illud fuit ſacramentum ratione dei benedictionis, Deus namq; primo creauit lucem & diuiſit eã a tenebris, appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem, nec tamen benedixit lucem neq; diem, Creauit inſuper firmamentum, ſolem, lunam, ſtellas, pariter et elementa, nec tamen ſcribitur q benedixerit eis. Ac ubi uentum eſt ad ea quæ fæcunditatis erant habitura ſemen, benedixit eis dicens. Creſcite & multiplicamini & reple terram &c.

Incipit prima authoris ratio. Quibus uiſis ſic formatur ratio, Benedictio.n. Dei ad creaturas nunquam eſt ſine gratia ſecundum ipſarum creaturarum habitudinem & diſpoſitionem, Si enim creaturæ ſunt tantum habiles atq; capaces gratiæ gratis datæ, ut animalia irrationalia, tantum illa benedictione benedicuntur, ſuſcipiuntq; Dei benedictionis gratiam ſecũdum eorum diſpoſitionem & capacitatem. Si aũt creaturæ ſunt habiles ſimulq; capaces gratiæ gratum

facientis, cum benedicuntur a Deo talem ſuſci/piunt gratiam. Cum igitur Deus benedixit Adæ & Euæ dicens. Creſcite & multiplicamini &c. Patet qđ huiuſmodi benedictio nõ fuit ſine gratia gratum faciente, cuius illi primi parentes erãt habiles ac capaces, Quid eſt enim deum benedicere hominem, niſi ei remittendo peccata, ſuam cõdonare gratiam? Benedictio quippe Dei nihil aliud eſt quam remiſſio peccati & donum gratiæ, quare ſi matrimonium fuit a principio inſtitutum cum præuia Dei benedictione, non fuit alienum a gratia, ideo conſequẽs eſt dicere ipſum fuiſſe ſacramentum quod eſt ſacræ rei ſignum ſcilicet gratiæ. Ex quibus liquet quod primi parentes iam erant ueri coniuges ante datam genera/tionem, & ſic coniugium fuit perfectum Sacramẽtum præter datam generationẽ. Item ſequitur etiam qđ generatio primaria intentione, fuit da/ta ad reſtaurandam Angelorum ruinam, & ideo data fuit cum benedictione. Quare primi paren/tes ante peccatum genuiſſent ſine libidine, Et per conſequẽs filios ſanctos, qui perpetuo degentes uitam in ſanctitate per eſum ligni uitæ, poſt longum tempus, fuiſſent trãslati in uitam meliorem ad reparandam Angelorũ ruinam. Ex conſequenti etiam liquet quod data fuit generatio in coniugio ad humanæ ſpeciei cõſeruationem, ne periret propter indiuiduorum mortem. Sed quia generatio q̃ ante lapſum fuerat data benedicta, poſtea propter peccatum fuit maledicta & uitiata libi/dinis morbo. unde prouenit corruptio in tota generatione humana, propter quod peccatum uenit diluuium ſuper terram. Ideo poſt diluuium Deus iterum confirmauit Matrimonium dicens

Nũquam eſt Dei benedictio ſine gratia.

Ex dictis multa ſequuntur.

Gen. 8.

Creſcite & multiplicamini & replete terram.

3.Cauſa. Tertio igitur fuit inſtitutum matrimoniū poſt peccatum & diluuium in remedium libidinis ad uitandum carnis peccatum ut immediate ſupra

1.Cor.7. dictum eſt, ideo dicit Paulus, Vnus quiſq; ꝓpriā uxorem habeat propter fornicationem. Ex quibus omnibus patet, quod aliquando fuit uerum & perfectum coniugium ſiue matrimonium, ſine generatione, Et hoc eſt quod communiter dicūt doctores, quod copula carnalis non eſt de eſſentia matrimonij, ſed tantum conſenſus uiri & mulieris, ideo primus conſenſus facit matrimonium etiam ſi nunquam concurreret copula carnalis.

Patet denique quod aliquando fuit uerum matrimonium ſine libidine, quod cū a principio fuerit inſtitutū a Deo cū benedictione liquet ipſum eſſe ſacramentum. Ideo &c.

Præterea pro eadem concluſione ſic fortius arguo ſacramentum enim quodlibet, ut communiter aſſerunt omnes, eſt ſacrę rei ſignum, liquet de

Secunda pro eodem matrimonij ſacramento rō. baptiſmo, & Euchariſtia. Matrimonium autem eſt ſacræ rei ſignum, igitur matrimonium eſt ſacramentum, conſequentia eſt nota cum maiore, at minor probatur, quoniam matrimonium eſt ſignum deſponſationis Chriſti cum Eccleſia per fidem gratiam & tandem per gloriam, igitur,

Ephe. 5. antecedens patet per illud Pauli ad Ephe. 5. Ibi enim Apoſtolus cōparat uirum Chriſto & uxorem Eccleſiæ. Primo autem ad uxores loquitur dicens. Mulieres uiris ſuis ſubditę ſint ſicut domino, quoniā uir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, ſed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita et mulieres uiris ſuis in omnibus. Ad

uiros

uiros uero Apoſtolus ait. Viri diligite Vxores ueſtras ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam & ſemetipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret. Itē relinquet homo patrem & matrem & adhęrebit uxori ſuæ, quemadmodum Chriſtus exiuit a patre & uenit in mundum ad Eccleſiam ſponſam. Item erunt duo in carne una, id eſt duæ animæ in eadem carne ut liquet per illud quod immediate ſubdit Apoſtolus dicens. Viri debēt diligere uxores ſuas ut corpora ſua, qui ſuam uxorem diligit ſeipſum diligit. Nemo enim unquam carnem ſuā odio habuit, ſed nutrit & fouet eam ergo caro, uiri & uxoris eſt una caro.

Apoſtoli cōparatio inter uirum & mulierem inter Chriſtū et Eccleſiam

Præterea ille idem ad Corinth. ait. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet ſed uir, ſimiliter autem & uir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier, ideo corpus uiri & mulieris eſt idem corpus, Paulo enim ante dixerat, an neſcitis quoniam qui adhæret meretrici unum corpus efficitur. Erunt. n. inquit duo in carne una, tanto magis qui adhæret uxori ſuæ corpus uiri & uxoris efficitur unū corpus. Sic Chriſtus & Eccleſia eſt unū corpus, quia membra ſumus corporis eius, cum ſit ipſe caput & de carne eius et de oſsibus, eius, ut idem Apoſtolus ibidem ait. Neſcitis quoniam corpora ueſtra membra ſunt Chriſti, Ecce admirabilis comparatio inter uirum etiam Chriſtum, interque uxorem & Eccleſiam, quare concludit Apoſtolus ibidem ad Epheſios, ſacramentū hoc magnum eſt, Ego autē dico in Chriſto & in Eccleſia ut euidenter oſtēdat matrimonium eſſe ſacramentum, quia eſt ſacræ rei ſignum, ſcilicet de ſponſationis Chriſti cum Eccleſia per fidem, gratiam, & charitatem, nec ualet quod ſacramentū

1. Cor. 7

1. Cor. 6.

latine grece legitur myſterium, Quoniam omnia ſacramēta ſunt myſteria, Nec eſt putandū Apo-
Hiere. 13. ſtolum per ſimilitudinem fuiſſe locutum, Nam Hieremias de matrimonio loquens ait Honorabile connubium in omnibus, thorus immaculatus, Macula quippe non careret thorus ſi non adeſſet gratia ſacramenti.

1. Cor. 7. Proinde confirmatur per eundem ad Corint. dicētem. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc cōſentit habitare cum illo, non dimittat illā, Et ſi qua mulier fidelis uirum habet infidelē, et hic conſentit habitare cum illa, non dimittat illum. Sanctificatus eſt enim uir infidelis per mulierem fidelem & e conuerſo. alioquin filii ueſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti, Si igiť ex matrimonio ſanctificať uir infidelis ꝑ mulierē fidelē
Ioan. 2. filĳ quoq; qui naſcunť dicūtur ſancti, liquet matrimoniū eſſe ſacramētū, Rurſus Xp̄s in nuptiis in cana Galileæ cœlebratis ſuum primū miraculum operatus eſt, ad oſtendēdum matrimonĳ dignitatem. Denique legitur de Sarra filia Raguelis, quæ tradita fuit ſeptem uiris, qui & mortui ſunt, nā dæmon occiderat illos, Angelus autē Raphael admonuit Tobiam iuniorem dicēs, Audi me & oſtendam tibi qui ſunt quibus præualere poteſt Dæmoniū. Hi nanq; qui coniugium ita ſuſcipiunt, ut Deum a ſe & a ſua mente excutiāt, & ſuæ libidini ita uacent ſicut equus & mullus quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos, Tu aūt cū acceperis eā ingreſſus cubiculū, ꝑ tres dies cōtinēs eſto ab ea, Ipſa autē nocte incenſo Iecore Piſcis fugabitur dæmoniū, Secunda uero nocte in copulatione ſanctorū Patriarcharū admitteris, Tertia autē nocte benedi-

ctionem conſequeris ut filij et uobis procreantur incolumes, Tranſacta autem tertia nocte accipies uirginẽ cũ timore domini,amore filioꝝ magis ꝙ libidinis ductus,ut in ſemine Abrahæ benedictionem in filijs conſequaris. Ex his igitur omnibus tum propter illos.7.uiros occiſos a dæmone, qui uelut equi & mulli ingreſsi erant ignorantes ſacrum matrimonii myſteriũ,tum propter iecoris ſacrificium figurans ſacrificium,miſſæ, qđ ante matrimonii conſecrationẽ cœlebrari debet, tum ob continuam orationem, tum propter Dei & Angeli benedictionẽ acceptatã, tum demum propter occulta myſteria ibidem operata, manifeſte conſtat matrimonium eſſe admirabile ſacramẽtũ,Alia uero ꝙplura de matrimonio doctiſſime pertractat Angelus Capriolus Brixiẽſis Carmelita,in libello quẽ merito ſtellã appellat, &c.

DE PVRGATORIO TERTIA- decima per unicam Concluſionẽ ualidiſsima dimicatio.

Concluſio unica.

QVoniam non ſemper cum remittitur culpa remittitur & pœna. Ideo purgatorium tam in hoc ſeculo quam in futuro realiter dari uere,pie ac catholice a nobis ſuſtentandum eſt.

Hæc concluſio ſic pōt oſtendi,quia licet hoc nomen purgatoriũ in ſcriptura ſacra literaliter non reperiatur,queadmodũ etiã eccellentiſsimus doctor Ioannes echius apertiſsime oſtendit. Nã om

nes partes inferiores in quibus animæ detinẽtur, inferni nomine appellanẽ, ſicut & uiciſsim cœlũ dicitur quicquid ſupra nos eſt. Nec tantum cœlũ ſanctorum, ſed & orbis ſolis & lunæ, ipſumque interdum aerem cœlum uocamus, ſicut de ſemine loquitur in Euangelio Dominus, uolucres cœ
Matt. 13 li (hoc eſt aeris) uenerunt & arripuerunt illud, ita ſcriptura infernum uocat omnem illum locum, qui animas poſt mortem accipit, ut limbũ, purgatorium, locum paruulorũ, infernũ damnatorum &c. Ideo hoc nomen infernus nõ ſemper ſumitur pro loco damnatorum, ſed interdum pro limbo patrum. Quandoque uero pro purgatorio, ſcilicet pro pœna peccati tam in hoc ſæculo
Pſal. 17. quam in futuro, Et hoc quidem patet in ſcripturis, ait enim Dauid Circũdederunt me gemitus mortis, & dolores inferni circundederunt me. In tribulatione mea inuocaui dominum, &c. Nõ eſt autem hoc intelligendum de inferno damnato-
Pſal. 6. rum. In quo nemo clamat ad dominum ſicut idẽ ait. In inferno quis confitebitur, Alio etiam in lo
Pſal. 29 co ſic inquit domine deus meus clamaui ad te, et ſanaſti me, Eduxiſti ex inferno animam meam, Liberaſti me a deſcendentib in lacum.

Pſal. 85. Item eruiſti animam meam ex inferno inferiori neque uero eduxit eum ab inferno damnatorũ, ubi nulla eſt redemptio, Iterum alibi dicit, Sicut
Pſal. 48. oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos, Verum tamen Deus redimet animam meam de ma nu inferi cum acceperit me, Liquet etiam quod ibi Propheta non loquitur de inferno damnato-
Gene. 37. rũ, Præterea Iacob Patriarcha qui uendito a fratribus Ioſep ipſiuſq; ueſte ſibi monſtrata conſperſa ſanguine, cum cogitaret feram peſsimam de-

uqraſſe illum dixit, Deſcendam ad filium meum lugens in infernum, Nemo autem ſuſpicari debet, Patriarcham illum ſanctum & prophetam uoluiſſe ad infernum damnatorum deſcēdere, ſed neque credidiſſe filium ſuum in eo eſſe, Limbum igitur uel purgatorium intellexit, & ſicut ibi limbus, inferni nomine accipitur, ita in ſuperioribus pſalmorum locis in purgatoriū intelligit Propheta, quod inde intelligi poteſt quia pœna ibi acerbiſsima memoratur quæ in limbo non fuit, de huiuſmodi etiam inferno locutus eſt Iob dicens, Iob.14.
Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno ꝓtegas me, & abſcondas me donec tranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei. Non hoc utique de inferno dictum eſt damnatorum. ſed de purgatorio in quo ſui meminiſſe rogat ille dominum, ſibique peccatum (hoc eſt pec Iob.10
cati pœnam) dimitti, de quo etiam alibi ait. Dimitte me domine ut plangam paululum dolorē meum antequam uadam & non reuertar ad terram tenebroſam & opertā mortis caligine, &c.
De illo inſuꝑ Dauid, inquit, Clamauerūt ad do- Pſal.106.
minum cum tribularentur, & de neceſsitatibus eorum liberauit eos, & eduxit eos de tenebris & umbra mortis & uincula eorū diſrumpit, quę quidem uerba non niſi de limbo uel purgatorio intelligi poſſunt.

Secundo & fortius pro eadē cōcluſione ſic ar 2.Ratio
guo. Si enim non daretur purgatorium uel locus in quo fidelium peccata purgantur poſt hanc uitam, de quibus ipſi nullam egerunt pœnitentiā dum erant in uia ſequaretur quod Deus quoties remittit culpam remitteret & pęnam, conſequēs autem eſt falſum, diuinęque repugnat ſcripturæ,

ac ueritati diſſonat,igitur & antecedens, conſequentia uero probatur,quoniã multi fideles peccatores perſeuerant in peccatis uſq; in finem uitæ, nullam de ipſis pœnitentiam agentes in quo tñ fine(diuina cooperãte gratia)dolent de peccatis,maximaq; contritione ea confitentur Sacerdoti & illico moriũtur,Liquet enim quod illi nõ damnantur cum habeant fidem & contritionẽ, ergo ſaluantur,& cum nullum detur purgatoriũ in quo pœna pro peccatis,ſequitur Deum remittendo eis culpam de neceſsitate etiam remittere pœnam & ſic de aliĳs,ideo &c. At falſitas conſequentis oſtenditur de Dauide qui poſt commiſſum adulterium & homicidium,cum reprehenderet acerbiſsime eum Natham propheta dixit.

2.Reg.12. Peccaui dño,dixitq; Natham ad Dauidem.Dñs quoq; tranſtulit peccatum tuum non morieris. Veruntamen filius qui natus eſt tibi morte morietur.& ut alibi ſcribitur dixit. Non auferetur gladius de domo tua.Ecce deus remiſit Dauidi culpam non autem pęnã. Nam pro huiuſmodi adulterio,& homicidio,multa paſſus eſt.De Paulo ẽt ſcribitur quod poſtq; conuerſus eſt,dixit Dñs ad

Act.9. Ananiam.Ego enim oſtendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.Ecce Deus remiſit culpam paulo propter eius conuerſionem, nõ autem pœnam

Item Adæ fuit remiſſa culpa a Deo non autem

Eſaia.53. pœna igitur. Præterea Chriſtus uere languores noſtros ipſe tulit,ſcilicet animæ, non autem corporis,ipſe enim uulneratus eſt propter iniquitates noſtras,attritus eſt propter ſcelera noſtra cuius liuore ſanati ſumus,ſcilicet a peccatis, & poſuit dñs in eo iniquitatem oĩum noſtrorum, &c.

Ideo Chriſtus ſatisfecit pro peccatis noſtris quo ad culpam & damnationem æternam, non autem quo ad pœnam, nam experimur nos quotidie pati pœnam; nullibiq; in ſcripturis reperitur quod Chriſtus ſatisfecerit pro pœnis temporalibus niſi in die iudicij, igitur non ſemper cum remittitur culpa relaxatur pœna, &c.

Tertio ad idem adhuc fortiori modo ſic miliſto. In literis nanq; ſcribitur ſacris tres ſpecies hominũ ſtatim poſt mortem ad cœlos euolare, qui per tres homines illos quibus apertum eſt cœlũ ſignificantur. Primo enim apertum eſt Chriſto baptizato, per quod ſignificatur quod cœlũ aperitur baptizatis, quicunque etenim recte baptizati ſunt ſiue paruuli ſiue adulti ſi decederẽt ſtatim poſt baptiſmum ad cęlos recto tramite euolarent, baptiſmus nanq; uirtute paſsionis Chriſti mundat eos ab omni peccato tam originali quã actuali. Secundo apertum eſt cœlum Stephano lapidato & martyrizato ipſo atteſtante qui ait. Ecce uideo cœlos apertos, per quod ſignificatur celũ aperiri omnib. martyribus, ita quod ſtatim poſt mortem euolant ad cęlos, omniaq; eorũ peccata falce martirij reſecantur. Tertio apertum eſt cœlum Ioanni Euangeliſtæ uiro perfectiſsimo, ut ille inquit; Vidi oſtium apertum in cœlo per quod ſignificatur quod uiris perfectis qui totaliter pœnitentiam de peccatis compleuerunt, uel nulla penitus peccata mortalia commiſerũt, & ſi qua uenialia fecerunt, ex feruore charitatis protinus abſorta ſunt, cœlum ipſum continuo aperitur & mox in illud perpetuo regnaturi ingrediuntur, ut Ioannes teſtatur Euãgeliſta dicens, Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo enim

3. Ratio — Luc. 3. — Act. 7. — Apoc. 4. — Apoc. 4

iā dicit ſpiritus ut requieſcāt a laboribus ſuis,etc.

Matt. 25. Alij uero immediate poſt mortem ruunt in in fernum ubi perpetuo cruciantur ut infideles, & peccatores obſtinati,decedentes ſine ulla pecca torum,contritione,quibus dicet Chriſtus in iudi cio, Ite maledicti in ignem æternum, inter quos fuit ille epulo diues de quo dominus,mortuus eſt diues & ſepultus eſt in inferno.

Luc. 16 Pleriq; autem in toto tempore uitæ ſuæ perſe- uerant in peccatis, quorum nunquā pœnitentiam agunt quinimmo nec aliquas unquam paſſi ſunt aduerſitates uiuentes in delitijs. In fine tamen ui- tæ conuertuntur,dolent de malis commiſsis, mo riunturq; cum maxima cordis contritione in fide & gratia,Tūc quæro de illis uel ſtatim poſt mor tem damnantur in inferno,aut præmiantur & co ronantur in cœlis,uel ad aliquem locum deſcen- dunt ubi prius eorum peccata purgantur (iſtorū autem nullum eſt dare medium)Primum nō eſt dicendum ut de ſe liquet quoniā qui moriuntur in fide & gratia nequeunt damnari, Neque ſecū dum eſt dicendum, quoniam nulla eſſet differen tia inter uiros perfectos qui continue eorum ani- mas affligunt ieiunijs orationibus,& diſciplinis, perſeuerantes in operibus bonis, nunquam leta- lia peccata comittunt,& inter homines peccato res in malitiis ſemper perſeuerantes nullum opus

tuo nota, aiaduerte conſidera lector. bonum operantes uſque in finem uitæ, in quo inde conuertuntur,moriunturq; nulla habitæ pæ- nitētia,Nam ſi tam homines perfecti quam pec- catores conuerſi in fine ſtatim poſt mortem euo lāt ad cœlos,ubi in perpetuum gaudent, quę igi- tur differentia erit inter iuſtos & peccatores ? Et ſi inſuper omnibus peccatoribus ſaltim contritis

in fine uitæ Deus remittit culpam & pœnam, ut ſtatim coronentur in cęlis, nonne fere omnes dicent quid igitur oportet dimittere peccata bona operãdo? Ad quid tot ieiunĳs orationib. et diſciplinis macerare corpus? ſufficit.n. nos conuerti in fine. Et ſi denique nulla poſt hanc uitam datur pęna pro peccatis, O beati igitur illi qui in hac uita omnibus delitĳs huius ſeculi uſi ſunt, & qui nunquam paſsi ſunt aduerſitates qui ſe in fine uitæ conuertuntur, liquide dicere poterunt tam in uita quam in morte fælices fuimus, huiuſmodi autẽ ſunt falſa & ueritati diſſonant diuiniſq; aduerſantur ſcripturis Ait enim Angelus ad Tobiã, Quia acceptus eras Deo neceſſe fuit ut tentatio probaret te. Apoſtolus quoque ad Timothe. Inquit Omnes qui pie uolunt uiuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur, cui fauet illud quod Apoſtoli dixerunt per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, Quinimmo magnus ille deus cuius ſapientiæ non eſt numerus, grande aliquod munus alicui donaturus grauia dura & aſpera illi promitere ſolet, ut eo charius quo tardius & durius, Hinc illa Abrahę peregrinatio ante quietis locum. Hinc Sarræ ſterilitas ante ſobolem. Iacob proinde antequam ſuper gloriam Ioſeph lætaretur credidit eum a fera peſsima deuoratum, magnumque dolorem in terra ſuſtinuit. Sic ipſe Ioſeph priuſquam egypti princeps fieret a fratribus uenundatus multa pertulit mala Moſes antequam Hebræorum princeps & dux fieret Pharaonis faciem fugiẽs exul apud Madianitas fuit, Iſrael quoque antequam terram promiſſionis poſsideret duriſsimã egypti captiuitatem ſuſtinuit, Quadragintaque annis per uaſtam

Tob.12. *2.Thim.3* *Act.14.* *Gene.12.* *Gene.37.* *Exo.2* *Optimus de bonorũ aduerſitatib. diſcurſus.*

heremi ſolitudinē aberrauit. tot clades, tot fulgura, tot aduerſitates paſſus, ſed ne longe exempla petamus ſaluator mundi Ieſus Chriſtus niſi poſt ſæuiſsimam crucis mortem cęlos non introiuit factus obediens uſq; ad mortem, Qui etiam in Euangelio Lucæ, ait oportuit Chriſtum pati & ſic introire in regnum ſuum, Beati quoque omnes tranſierunt per ignem & aquam, ut tandem reducerentur in refrigerium, Chriſtus etiam in Euangelio ait, Beati qui perſecutionem patiuntur Beati eritis cum uos oderint homines, & cæte. De illis autem quibus ſuccedunt bona cuncta pſpere dicit ſcriptura, ducunt in bonis dies ſuos & in pūcto ad inferna deſcendunt, Si igitur omnes ſancti tam ueteris quam nouæ legis, quinimmo & ipſe Chriſtus per multas tribulationes et aduerſitates ingreſsi ſunt regnū Dei quomodo ergo peccatores illi qui continuo operātur mala, nullaſq; patiunē aduerſitates etiam ſi in fine uitæ conuertantur poterunt ſtatim poſt mortē coronari in cęlis? nulla habita pænitentia de peccatis nec in hoc ſeculo nec in futuro? Ideo neceſſe eſt dicere q; ſi peccatores nullam pęnam patiuntur perpetratorum peccatorum in hoc ſeculo, illā pati debere in futuro, ut ſaluetur iuſtitia dei quare neceſſe eſt purgatorium dari uel in hoc ſeculo uel in futuro, in quo fidelium peccata purgātur Nec ualet dicere peccatores ſemper pati pęnam, eo quod peccatū eſt pęna peccati, propter remorſum conſciētiæ, quoniam peccatores non triſtantur propter conſcientiæ remorſum, Immo lętantur cū malefecerint & exultant in rebus peſsimis. Cum ideo ſancti qui etiam non peccauerunt, & pęnam uariaſq; aduerſitates paſsi ſunt in hoc ſeculo ut Iob qui ait. Nō

Ex. p totum — *Luc. 24* — *Matt. 5.* — *Iob. 21.* — *Author cō cludit intentum* — *Obijcit hæreticus.* — *Soluitur*

peccaui & in amaritudinib. moratur oculus me⁹ ſimiliter Tobias Ioãnes baptiſta et aliĵ pariter et ſancti qui peccauerunt ut Dauid, Paulus, Petrus Magdalena, & quam plurimi, diuerſas ꝑ peccatis paſsi ſunt pęnas, ut regnum dei ingredi mererentur quanto magis illi qui perſeuerant in peccatis toto tempore uitæ, & tantum in fine conuertuntur neceſſe erit pati pęnam & ſi non in pręſenti ſaltem in futuro, igitur de neceſsitate purgatorium datur, nec ualet inſtãtia de latrone quia tm̃ fuit unus talis latro, qui etiam libenter ſuſtinuit crucem pro ſuorum peccatorũ pœnꝗ. &c. *Iob.17.*

Quarto pro eadem conclusione ex diuinis ſcripturis ſic formo rationem, Dominus.n. & ſaluator noſter in Euangelio Matthæi ait. Omnis qui audit uerba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit uiro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit & fuit ruina eius magna, Omnis aũt qui audit uerba mea, & facit ea, aſſimilabitur uiro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſupra petram & deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt. uenti, & irruerunt in domum illam & non cecidit, fundata enim erat ſupra firmam petram, Quæ autem fuerit hæc petra, Paulus ad Corinthios clare oſtendit dicens, Petra autem erat Chriſtus, tunc ſic dico, Hæc petra eſt fundamentũ domus ſapientis, & hęc petra eſt Chriſtus igitur Chriſtus eſt fundamentum domus ſapientis, ac ſpiritualis ędificĵ, Immo totius Eccleſiæ ut ipſe teſtatur dicens & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, quod ẽt idem Apl̃us confirmat dicens Fundamẽtũ.n. aliud nemo poteſt po *4. pricipalis ratio.* *Matt.7* *1.Cor.10.* *Matt.16*

nere,ſcilicet ſpiritualis,ædificij, fidei ac cæterarũ bonarum operationũ,præter id quod poſitũ eſt, ꝙ eſt Chriſtus Ieſus, unuſquiſq; aũt uideat quõ ſuper ædificet ſiquis aũt ſuperædificat ſupra fun-
I.Cor. 3. damentũ hoc aurꝫ,argentũ,lapides pretioſos, li gna,fenũ,ſtipulã, uniuſcuiuſq; opus manifeſtũ erit,ex quibus omnib. euidẽter liquet ꝙ tres ſunt ſpecies hoium ædificantiũ domũ,per ꝗ non niſi bona uel mala opa intelligere ualemus. Aliqui.n. ędificant domũ.ſ.ſpũalẽ per bonas morales ope rationes,ut ſummi philoſophi fecerũt & nũc faciunt Iudæi,pagani,et increduli,q licet ex opetib. moraliter bonis ædificent ꝗdam ſpũalẽ domũ, qm ipſa non eſt fundata ſupra firmã petrã.ſ.xp̃m uel fidẽ eius,ideo pluuiæ,flumina. & uenti, q Dei ſunt indignationes irruẽtes in domũ illã cadet, uidelicet in eoꝝ particulare uel ułe iudiciũ eterna liter & facta eſt ruina magna eo ꝙ cecidit dom⁹ ſimul cũ fundamẽto in æternã eoꝝ damnationẽ.

De fideliũ domo. Alij autẽ ut ſapientes,& fideles edificant domum ſupra firmam petram ſcilicet Chriſtum & fidem eius. At iſti ſunt in duplici differentia, quidã enim ſupra illud ſtabiliſsimum fundamentum qui Chriſtus eſt ædificant aurum, id eſt doctrinam ſanctam, argentum,hoc eſt eloquia diuina teſte Pſal. Eloquia domini eloquia caſta argentũ igne examinatum(lapides pretioſos)id eſt diuerſa genera uirtutum,quoniam ſicut lapides pretioſi inſolubiles ſunt ab igne.ita & illa æternaliter permanẽt ne conſumentur ab igne in die mortis uel finalis iudicij,Aliqui uero ſupra idem fundamentum ſupęrędificant,ligna fęnũ,ſtipulã ſcilicet
Verus pauli intellectus. peccata leuia & uenialia,quia quemadmodũ ille ſunt res cremabiles ita a ſimili huiuſmodi opera

mala patiuntur ab igne. ideo ſubdit Apoſtolus. Vniuſcuiuſq; opus manifeſtū erit, Ecce loquit̃ de futura & non de tẽporali pęna quę dat̃ in pręſenti ſęculo, huiuſmodi.n.uerba Pauli ſunt maximopere pōderāda, Inde ſequitur dies .n. dñi declarabit, quæ enim eſt iſta dies? niſi illa de qua Propheta Iohel loquitur. Magnus.n.dies domini, & terribilis ualde (quia in igne reuelabitur) & conſtat quod ibi Apoſtolus non loquitur de igne pœnarum temporalium, quia ſemper de futuro profert ſermonē (& uniuſcuiuſq; opus quale ſit.ſ.an bonum uel malū ignis probabit.) Ignis igitur futuri ſæculi noſtra habet probare opa (ſi cuius opus manſerit quod ſuperędificauit, ſcilicet fidei fundamentū mercedem æternæ retributionis accipiet) quoniam aurum, argentū, lapides pretioſi, quæ ſunt opera bona et uirtuoſa ſanctoꝝ, nō poterūt cōburi ab igne, ideo ipſi mercedē accipient quaſi uelit dicere Apoſtolus, Viri perfecti qui continue opati ſunt bona, nullaq; peccata mortalia cōmiſerunt, uel totaliter pęnitentiā de peccatis cōpleuerūt protinus cū moriuntur euolant ad cœlos, ubi perpetuo gaudent, nec ignem purgatorii patiuntur, Deinde ſequitur Apoſto. Si cuius opus arſerit.ſ.in igne, qui leuia peccata habuerit uel uenialia, quæ uelut ſtipula conſumentur, detrimentum patietur.i.pœnas ſuſtinebit, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignē, per quē non niſi ignem purgatorij intelligere poſſumus, quēadmodum etiam intellexerunt Aug. Hierony. Grego. Ambro. ac cęteri Eccleſiæ doctores illuminatiſsimi uiri, necnō ueri diuinarum ſcripturarum ĩterpretes. Nullus enim alius ignis aſsignari poteſt, a quo quilibet fidelis peccator detrimentum

Iochelis.2

Apoſtolus concludit purgatorium dari

patietur,niſi ignis purgatorii a quo purgatus & expiatus ſaluus erit aſcendens in gloriam beatorum &c.

5. Ratio. Quinto ait enim Chriſtus in Euangelio. Qui dixerit uerbum contra ſpiritum ſanctũ non remittetur ei nec in hoc ſęculo,neq; in futuro, qua ſententia colligitur,quaſdam culpas in hoc ſæculo, quaſdam uero in futuro relaxari, ridiculum quippe eſſet dicere, Non remittetur ei in hoc ſæculo, nec in ſuturo ſi in futuro nulla eſſet remiſsio, uelut ſiquis diceret. Qui blaſphemauerit nomẽ dei, non comedet lapides,qui non comedi poſſunt. Igitur conſtat in futuro eſſe culparum remiſsionem,quæ non niſi in purgatorio fieri poteſt, quare non tantum in præſenti ſæculo uerum etiam in futuro purgatorium dari decet.

Confirmatur ratio. Philip. 2 Præterea Apoſtolus ad Philip.inquit. In nomine Ieſu omne genu flectatur,cœleſtium,terreſtiũ, & infernorum.Liquet autem cœleſtes pariter et terreſtres creaturas ſimul laudare Deum, quæ autem ſint illæ infernales,quæ etiam laudent Deum & genua flectunt nomini Ieſu,non quidem damnatæ uel exiſtentes in inferno damnatorum. quoniam ipſum iugiter blaſphemant, igitur exiſtentes in purgatorio, Nullæ enim aliæ creaturæ ſub terra ualent genua flectere nomini Ieſu niſi huiuſmodi. Huic etiam ſententiæ fauet illud quod ait Ioann.in Apocali. Nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, neque ſub terram, aperire librum,neque reſpicere illum,Et paulo poſt. Audiui inquit Ioann. Omnem creaturam quæ in cœlo eſt & ſuper terram,& ſub terra,& quæ ſunt in mari,omnes audiui dicentes ſedenti in throno & agno,Benedictio,honor,gloria & poteſtas in ſę-

Apoc.

cula ſeculorum Amen.

Triplicem hic ponit ordinẽ laudantium deũ, ſcilicet in cœlo beatorũ, in terra iuſtorum, ſub terra purgandorum, quia damnati non laudãt Deum nec benedicũt ſedentem in throno ut ſupra oſtenſum eſt, ait.n.propheta. In inferno autem quis cõfitebitur tibi, & infra non mortui laudabũt te domine. neq; omnes qui deſcendunt in infernũ, &c. *Pſal. 6.* *Pſal. 113.*

Proinde Zacha. loquens de Chriſtus ait. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu, in quo nõ eſt aqua, quęro enim de quo lacu loquatur propheta equidẽ non de lacu inferni, quia in ipſo nulla eſt redemptio, nec de limbo, quia ibi eſt refrigerium. Aqua enim refrigerium importat, quoniam ſolet anxios refrigerare, ſicut diues epulo pro refrigerio petebat guttulam aquæ, reliquum eſt igitur dicere ꝓphetam de purgatorio loqui. *Zac. 9.*

Rurſum Petrus loquens de Xp̃o inquit Deus eũ ſuſcitauit ſolutis inferni dolorib. quæro igiẽ ut prius de quo inferno loquaẽ, de quibus ue dolorib. non qppe de inferno damnatorum, cũ ibi nũq; ſoluanẽ dolores, nec de limbo patrũ, quia ibi non adſunt dolores, ſed cõſolatio, ut liquet de Lazaro exiſtente in ſinu Abrahæ a quo Epulo refrigeriũ poſtulabat cui Abrahã, recordare fili quia recepiſti bona in uita tua & Lazarus ſimiliter mala. nunc autem hic conſolatur, tu uero cruciaris, relinquitur ergo Apoſtolum his uerbis purgatoriũ intellexiſſe a quo Chriſtus animas ibidem exiſtẽtes a dolorib. liberauit, nec de dolorib. Chriſti põt intelligi quia uenit ipſe ſoluere dolores nr̃os. *Act. 2* *Luc. 16* *Eſaie. 52.*

Poſtremo teſtimoniũ p̃bet uniuerſa Eccleſia catholi. (cuius authoritas maior eſt oi humano *Iterum cõfirmatur ratio.*

indicio) dari purgatoriũ,eo quod in hoc ordinauit cultum peculiarem diuinum, quo ſuccurratur miſeris animabus idque ſuperuacuũ foret, ſi purgatorium non eſſet,propterea approbat pariter & commẽdat religioſum illud opus pium Iudæ Macha.qui facta collatione. 12. millia dragmas argenti miſit Hieroſolymam offerendas pro peccatis mortuorum,Bene & religioſe(inquit Eccleſia)de reſurrectione cogitans niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret ſuperfluum uidetur,& uanum orare pro mortuis,& in fine concludit, Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis ſoluantur. Contra autem negantem Macha.lib. inſurgit Hiero. d.Ipſum non eſſe filium Eccleſiæ ſed ſpurium ſynagogæ,quos Auguſti.uult eſſe canoni. 18. libro de ciui.dei.quorum doctorum approbatio, maior eſt omni Hæreticorum reprobatione.

DE INDVLGENTIARVM largitione Quartumdecimũ ſingulare certamen.

DE indulgentijs tantum ea pauca ſunt a nobis dicenda,et determinanda, quæ in ſcripturis ſanctis reperiri poſſunt omnia alia prætermittendo, quę a doctoribus eorum propria authoritate ſcribuntur,Indulgentia enim Grȩce indulgeo dicitur quod ſignificat obſequor,conſentio, inſeruio, & facile concedo,unde indulgentia mollis eſt & delicata permiſsio,quæ ſeueritati opponitur,eſt autem indulgentia pœnæ relaxatio, quam iuſte pro culpis

Quid ſit indulgentia

culpis proprijs quis perpeti debuiſſet, de theſauro Eccleſiæ ad diuinam iuſtitiam perſoluendam ſumpta. Circa autem huiuſmodi indulgentias. 4. concurrunt cauſæ, uidelicet efficiens, materialis, formalis, & finalis. Prima & principaliſſima eſt efficiens cauſa Deus eſt, qui quoties alicui fideli remittit culpā & pœnam ut latroni in cruce, toties ei indulgentias elargitur. Hæ autem indulgentiæ initium habuerunt a Deo in ueteri lege ut Leuitici narrat hiſtoria. Mandauit enim Deus in lege ut poſt ſeptem hebdomadas annorum annus ſequens qui erat. 50. diceretur Iubileus in quo anno multiplex fiebat remiſſio. Nam remittebatur terra a cultura quia non poterant colere, ſerere, & huiuſmodi efficere remittebatur ſeruitus hominum, quoniam tunc ſerui efficiebantur liberi, remittebantur inſuper & debita, nam poſſeſſiones uenditæ ad priores poſſeſſores reuertebantur, ſimiliter & pignoratæ & alia quamplura fiebant ad gaudium & iubilationem, Iubileus nāq; letitia eſt ſumma quę uerbis exprimi non poteſt, ſed uoce datur intelligi, ideo tunc temporis populi iubilabant animi iucunditatem oſtēdentes, quare annus iubilei ob multarum tum maxime pœnarum temporalium remiſſionem, merito appelabatur, ſed ut dicit Apoſtolus. Hæc omnia in figuram contingebant illis, facta ſunt autem propter nos, quamobrem iubileus ille perfectionem ſumpſit a Chriſto, quando. 50. die poſt eius reſurrectionem fuit lex gratiæ & amoris data diſcipulis Chriſti in monte Sion deſcendente ſpiritu ſancto ſuper illos in ſpecie ignis, unde merito canit Eccle. Patrata ſunt hęc myſtice, Paſchę peracto tēpore ſacro dierū numero quo lege fit re-

Ad indulgentias 4 concurrūt cauſæ.

Leuit. 25.

Quid ſit iubileus.

1. Cor. 10.

miſſio,reſurgens namq; Chriſtus et apparens eis
Ioan. 20. dixerat. Accipite ſpiritum ſanctum quorum remi
ſeritis peccata &c. At ipſa 50. die copioſius rece-
perunt gratiam qua remiſſa eſt eis omnis iniqui-
tas quo ad culpam & pęnam per quam homo re
uertitur ad poſſeſſionem antiquam uitę ęternę de
perditam. Ecce Chriſtus per ſpiritus ſancti remiſ
ſionem non tantum conceſſit Apoſtolis indulgen
tiam hoc eſt omnium peccatorum remiſſionem,
quo ad reatum & pœnam, uerum etiam dedit eis
authoritatem alijs indulgendi, petus enim morta
li carne indutus dixerat Petro primo ſummo Pō-
tifici. Non dico ubi ſepties ſed uſque ſeptuagies
ſepties, Septuaginta ſiquidem ſeptem generatio
Matt. 18. nes numerantur in Euāgelio Luc. a Chriſto uſq;
Luc. 3. ad Adam primū omnium patrem, q. dicat ſi om-
nia peccata quis haberet quę ab omnibus homi
nibus commitri poſſunt omnia dimittūtur, ita ta-
men, ut ibidem dicitur ſi fuerit conuerſus & pęni
tuerit uenia quippe non datur niſi correcto, Dein
de hęc poteſtas indulgentias elargiendi eman a-
Act. 8. uit a Chriſto ad Apoſtolos et ab ipſis ad eorum
ſucceſſores, ſcribitur namq; in actibus Apoſtolo-
rum. Quod cum audiſſent Apoſtoli qui erant Hie
roſo. quia recepiſſet Samaria uerbū Dei miſerunt
ad eos Petrum & Ioan. qui cum ueniſſent oraue-
runt pro ipſis ut acciperent ſpiritum ſanctum nō-
dum. n. in quemq; illorum superuenerat, ſed bap-
tizati tantum erant in nomine domini Ieſu tunc
imponebant manus ſuper illos & accipiebant ſpi
ritum ſanctū. Apoſtoli igitur ſuper illos, qui prius
baptizati erāt quibus iam remiſſa erat culpa, im
ponebant manus et accipiebant ſpiritum ſanctū.
Quid eſt. n. poſt culpę remiſſionē recipere ſpiritū

ſanctum, niſi eius gratiam hoc eſt totius pęnę indulgentiás? Si igitur Apoſtoli habuerunt authoritatem alijs concedendi indulgentias hoc eſt pęnę remiſſionem, cur & eorum ſucceſſores hāc nō habebunt poteſtatem? & præcipue ſummus Pōtifex uerus Petri ſucceſſor, Cum omnis poteſtas a Chriſto collata Apoſtolis translata ſit in eorū ſucceſſores, Habent igitur Epiſcopi & Cardinales authoritatem tum maxime primus Pontifex relaxandi pęnas pro peccatis debitas commiſſis, in toto uel in parte, uel eas in aliud opus bonum cōmutandi, pro quibus ſiquis non ſatisfacit in p̄ſenti per opera bona in ſtatu gratię facta, uel per pęnitentias iniunctas, ſeu indulgentiarū̄ ſuffragationem in purgatorio poſtmodum eas luet (ſi tamen in gratia decedat) & hęc de efficienti cauſa.

Materia indulgentiarū̄ præcipue ſunt Xp̄i opera quę ſimul erāt meritoria & ſatisfactoria, Meruit ſiquidem ſibi & nobis, Sibi quippe q̄a per paſſionis humilitatem, reſurrectionis gloriam meruit, iuxta illud Humiliauit ſemetipſum factus obediēs uſq; ad mortem crucis, pp̄ quod Deus exaltauit illum: &c. Nobis uero q̄m ut idē ait Apoſtolus ſi.n. unius delicto mortui multi ſunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hoīs Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et paulo poſt, ſicut.n. per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per unius obeditionem iuſti conſtituētur multi, Satisfacit inſuper non autem pro ſuis, quia peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, ſed pro noſtris peccatis, ut liquet in multis ſcripturarum locis, Ipſe enim uulneratus eſt pp̄ iniquitates noſtras, attritus eſt pp̄ ſcelera noſtra. Et infra, Oēs nos quaſi

Philip.2.

Ro. 5.

1.Petri.2.

Eſaia. 53.

oues errauimus, & poſuit dominus in eo iniqui-
Ephe. 5. tatẽ omniũ noſtrum, Item Apoſtolus ad Epheſi.
1.Petri.2. Chriſtus tradidit ſemetipſum pro nobis hoſtiã
1.Iohan.2 & oblationem deo in odorem ſuauitatis, Petrus
inſuper ait, Peccata noſtra pertulit in corpore ſuo
ſuper lignũ. & Iohannes, Ipſe eſt propitiatio pro
peccatis noſtris. &c. Ita pariter de ſanctorũ ope
ribus & paſſionibus ſentiendum eſt, quæ quate-
nus meritoria erant ultra condignum remunera-
ta cum Apoſtolo fatemur. Quatenus uero ſatiſ-
factoria aut pœnalia etiam innumeros ſanctos
cõſtat longe plus ſatisfeciſſe aut paſſos eſſe, quã
Iob. 6. pro ſuis peccatis debuerunt, ut claret de Iob, di-
cente. Vtinam appenderentur peccata mea, qui-
bus iram merui, & calamitas quam patior in ſta
tera, quaſi arena maris, hæc grauior appareret, Ex
his Iob uerbis liquet ipſum plus paſſum fuiſſe,
quam pro peccatis ſuis debuerit pati, In ſupera-
bundantia autem paſſionum, conſiſtit ſuperabũ-
dantia ſatisfactionum, Et idem de Hiere. Virgine
glorioſa, Iohanne Baptiſta, & aliis ſanctis aper-
tiſſimum eſt. Quos nõ ſolum pro ſe, uerumetiam
pro corpore Chriſti myſtico, quod eſt Eccleſia,
ſatisfeciſſe Apoſtolus teſtatur. d. Nunc enim gau
Coloſſ. 1. deo in paſſionibus meis pro uobis, & adimpleo
ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea,
pro corpore eius, ꝙ eſt Eccleſia, Et nota ꝙ Pau-
lus implebat ea quæ deerant paſſionibus Chriſti
in carne ſua, Siue in corpore ſuo multipliciter.

1. Cor. 9. Primo carnem ſuam caſtigando cum uitiis &
concupiſcentiis ibi, caſtigo corpus meum & in
ſeruitutem redigo, Et ad id alios hortabatur di-
cens, Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerũt
cum uitiis & concupiſcentiis ſuis.

Secundo carnis moleſtias ſuſtinendo ibi, Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ. 2.Cor. 12.

Tertio, carnem perſecutionibus exponendo, ibi. Semper mortificationem Chriſti Ieſu incorpore noſtro circumferentes, ut uita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris, ſemper enim nos qui uiuimus in mortem tradimur propter Ieſum &c. 2.Cor.4.

Quarto in carnem martirium expectando ibi, Siue per uitam ſiue per mortem, Mihi enim uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrum, &c. Philip. 1.

Reſiduum igitur ſatisfactionis per indulgentiarum theſaurum nobis applicatur, quod ad maximam cœdit gloriam ſanctorum, Vnde eſt ſciendum, quod quodlibet opus bonum cuiuslibet hominis exiſtentis in gratia tria præcipue operatur, uidelicet remiſſionem peccatorum, augumentum gratiæ hic & gloriæ in futuro, de primo ait Angelus ad Tobiam, Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quam theſauros auri recōdere, qm̄ eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata & facit inuenire uitam æternam. Item Daniel ad Nabucho. peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, Dominus quoq; in Euangelio, Date eleemoſynam & omnia munda ſunt uobis, igitur opus eleemoſynæ bonum remittit peccatorum pœnas, de ſecundo uero, ait Apoſtulus fides eſt quæ per charitatem operatur. & ille idē ad Ro. Gloria honor & pax omni operanti bonum, igitur maior gloria honor et pax et ex conſequenti maior gratia magis operāti bonum, de tertio ait Propheta. Retribuat mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam. Ideo ſecundum maiorem iuſtitiam maiorem recipiet retribytionem, Nota. Tobie.12. Daniel.4. Luc. 11. Gala.4. Rom. 2. Pſal. 17.

Eccle. 16. Salomon quoq;, Omnis miſericordia faciet locũ unicuique ſecũdum meritum operum ſuorum, Et
Apoc. 22. dominus in Apoc. Merces mea mecum eſt reddere unicuiq; ſecundum opera ſua. igitur ſecũdũ
Gala. 6. maiora opera maiorem reddet mercedem, Apoſtolus deniq;. Quæ ſeminauerit homo hęc & metet ſcilicet in fine, Cũ autem quodlibet opus bonum nũquam ſua proprietate careat, ideo ſancti illi qui nũquam actu peccauerunt ut Hieremias, Virgo glorioſaã, Io. Baptiſta pariter & Apoſtoli poſt ſpiritus ſancti miſſionem, uel alij qui ſi peccauerunt ſufficientiſſimam egerunt pęnitentiã de cõmiſſis, qui tamen multa opati ſunt bona, Quæ quidem opa cum deberent eo℞ peccato℞ remittere pęnas, quibus per alia remiſſa ſunt, uel qa forte non peccauerunt. huiuſmodi opa ſeu merita reſeruãtur pro corpore Chriſti. ſ. Eccleſię ad remittendum alio℞ peccatorum pęnas, Merita igitur Chriſti pariter & aliorum ſanctorum ſuperflua, non. ſ. quantum ad gratiæ & gloriæ augumentũ ſed quantum ad pœnarum remiſſionem uerũ theſaurum eſt Eccleſiæ. Dixi. n. quod nũquam opus aliquod bonum caret ſua uirtute & proprietate quod eſt peccati remittere pęnas, & ſi non illius qui operatur huiuſmodi bonũ, reſeruatur pro pœnarum alterius remiſſione, & ſic magnum eſt accidentale gaudium cuilibet ſancto, cum ſit quod ſatisfactio ſua ſoluit alterius peccatorum pœnas, & hæc de indulgentiarum materia.

Forma indulgentiarum intẽtio eſt Summi Põtificis uel alterius, Papa namq; habet Theſauri Eccleſię claues, ideo quibus uult remittit peccatorũ pęnas per indulgẽtiarum elargitionem, non ſua ſimplici poteſtate, ſed meritorum Chriſti uir-

tute ac aliorum ſanctorum, Quare interdum dat plenariam indulgentiam, nonnunquã uero remit tit tantum tertiam partem, aliquando autem ma iorem uel minorem partem, prout ſibi placet. In dulgentiarum igitur forma eſt ipſius dantis intẽ tio uel forma bullę, Vnde ſolet cõmuniter dici indulgentię tantum ualẽt quantum ſonant, Ideo di ligẽter eſt attendẽdus tenor earꝫ & obſeruãdus.

Finis indulgentiarum eſt pro culpis pœnarum remiſſio in toto uel in parte, Ad hoc.n.ordinatur omnis indulgentia ſiue particularis ſiue uniuerſa lis ad remiſſionem pęnę temporalis debitę ꝑ pec catis cõmiſſis partialem uel totalem, ꝑ qua ſi qs non ſatisfacit in pręſenti per pęnitentiam, & opa bona in gratia opata, uel ꝑ indulgentiarum ſuffra gationem, neceſſe eſt illam in purgatorio pati. At plurimum aduertendum eſt qđ cõmuniter de indulgentijs plenarijs ſolet fieri quędam indiſcreta & falſa locutio.ſ.de culpa & pęna, huiuſmodi.n. locutio proprie non eſt uera quia culpę ſolus remiſſor eſt Deus propria authori, iuxta illud quod dominus ait ꝑ Eſaiam. Ego ſolus deleo iniquitates tuas ꝑꝑ memetipſum: Itẽ ſolus Deus dat gra tiam & gloriam, Ergo ipſe ſolus remittit culpã, ideo falſę dicuntur indulgentię de pęna & culpa, cum etiam omnis indulgentia, quę tantum eſt remiſſio pęnę ꝑexigat remiſſionem culpę ꝑ cordis contritionem, ac oris confeſſionem, Poteſt tamẽ ſic ſaluari dicta locutio, ut remiſſio culpæ referat ad cõtritionẽ & cõfeſſionẽ, quę ante exigit ad cõ ſequẽdã indulgentiã. remiſſio aũt pęnę referat ad effectũ indulgentię, Patet igitur qualiter finis indulgentiarũ eſt tãtum temporalis pęnę remiſſio, *Eſaiæ.43.*

Ex his igitur omnibus ſequitur hęc concluſio.

Concluſio Vnica.

PErtinaciter fateri indulgentias non ualere ad remiſſionem pęnę, habitis debitis circunſtantĳs, uel ſummum Pontificem non poſſe concedere plenariam indulgentiam, hæreticum eſſe cenſemus, contra fidei ueritatem ac uniuerſalis Eccleſiæ determinationem.

Concluſio hæc claret ex dictis, poteſt tamen ſic confirmari, quoniam quilibet Chriſti fidelis profitetur ſanctam Eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, In quibus uerbis comprehenduntur omnes effectus gratiæ, per ſacramenta ac communicationem meritorum bonorum, per charitatem cum relaxatio pęnæ quæ fit per indulgentias innitatur meritis Eccleſiæ pręcipue paſſione Chriſti quare: & cętera.

DE MENDICANTIBVS ET concionatoribus Quintadecima per Vnicam concluſionem literaria pugna.

Queſtio.

AN MENDICANTIBUS ualidis eroganda ſit eleemoſyna, Ad hanc difficultatem negatiue reſpondent moderniores Hæretici, quoniam 1.Hæreticorum rō.
talibus. potentibus laboribus ſuis reuelare indigentiam non eſt danda eleemoſyna,quibus ſimpliciter prohibetur mendicatio quod ſic probant.Illi.n.qui tenentur laborare ad pellendam indigentiam non debent accipere eleemoſynam,ſed ad labores tenentur omnes ualidi,iuxta illud Gene.dictum ad Gen.3.
Adam & poſteros, In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo,in laboribus comedes ex terra cunctis diebus uitæ tuæ. Ad idem etiam facit illud Apo- 2. Theſ. 3.
ſtoli,Siquis non uult operari non manducet,Frequenter deniq; in epiſtolis ſuis, fideles ad labores manuum hortatur, ſeipſum præferens exemplum fidelibus qui ſibi uictum manibus q̄rebat.

Præterea ualidi mendicantes eleemoſynas 2.Ratio.
pauperum rapiunt, & pauperes ſpoliant cum ea mendicant quæ pauperibus debentur:& cæt.
Sed pro huius difficultatis declaratione decet ali Reſponſio.
quorum doctorum ſua recenſere dicta, Aliaque per alios luculenter elaborata in medium adducere, ut ſciatur euidenter aduerſus aquilonares Hæreticos, quibus congruit mendicare, & qui-

bus non,& qui inſuper ſunt mendicantes qui rapiunt bona pauperum,& qui non, Proinde quos decet manibus laborare,quos uero non,pro quibus omnibus ponitur hęc concluſio.

Actuū. 2. & 4. DEcet hominem quinimmo meritorium eſt omnia relinquere & eff ci pauperem ꝓpter Deum pro qua omnium poſſeſſionum renunciatione ſequitur neceſſitas mendicādi uel laborādi.

Prima concluſionis pars clare in ſcripturis ſanctis habetur. Nam hoc inſtruxit doctrina & uita Chriſti, inſinuat quoq; Apoſtolorum conuerſatio,omniumq; primitiuę Eccleſię fidelium, qbus erant omnia communia,nec quiſquā aliquid eſſe ſibi proprium dicebat, Hoc inſuper eſt conſilium Euangelicę perfectionis ut ſcribitur in Euangelio

Matt. 19. Matth. Si uis perfectus eſſe(inquit dominus adoleſcenti)uade & uende omnia quæ habes & da pauperib. & ſequere me & habebis theſaurum in cęlo. Secunda uero concluſionis pars liquet,quoniam omnis homo tenetur uitam ſuam ſuſtentare neceſſario uictu & ueſtitu. ne ſit ſui ipſius occiſor renuncians omnib. & nihil propriū habens, ideo tenetur acquirere uictum & ueſtitum, & cum nō ſit alius modus acquirendi niſi mendicando, uel laboribus ſuis aliquid facere acquirendo, igitur ad alterum illorum tenetur quare. &c.

Quot modis contingit mendicare. Sed ut clarius agnoſcatur quis ad quem iſtorum teneatur, ſciendum eſt quod tripliciter contingit mendicare,& primo ex neceſſitate naturæ, ut dum quis petit ab alio quod per ſe habere nō poteſt ob nimiam paupertatem, ſeu infirmitatē, uel utrūq;,& hic quidem modus miſerabilis, & tolerabilis eſt,qui etiam per patientiam ſit laudabilis & meritorius, ſicut legitur de Lazaro men-

Luc. 16.

dico & infirmo iacente ad diuitis ędes, qui mortuus portatus eſt ab Angelis in ſinu Abrahæ, Ex quo colligitur mendicitatem ex neceſſitate prouenientem occaſionem eſſe dirigendi aliquem in uitam ęternã, iuxta quod. d. Chriſtus. Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnũ cęlorũ. *Matth. 5.*

Secundo modo quis mendicat pro otio fouendo uel pro lucro cumulando, uel utroq; modo, & hæc quidem mendicatio ualde turpis & culpabilis eſt, de qua Ambroſius de offici. 2. c. 16. Veniunt inquit ualidi nullam cauſam niſi uacandi habentes, & uolunt ſubſidia euacuare, pauperum exinanire ſumptum, nec exiguo contenti, maiora quærunt, ambite teſtium captãtes, petitionis ſuffragium, & natalium ſimulatione lucrantes, licitãteſq; incrementa quæſtuum. &c. Iſti ſunt profecto quibus non licet mendicare qui & eleemoſynas pauperum rapiunt, et quos decet manibus laborare quod & ſi ſpecialiter de iſtis loquãtur Lutherani, non autem uniuerſaliter de omnibus ęq; dem benedicunt, Tertius modus mendicandi eſt ſupererogatiuus iuſtitiæ cum .ſ. quis mendicat ꝓ Chriſto uenerando, & proximo auxiliando, uenerando .ſ. per imitationem & cultus exhibitionem, per imitationem quantum ad contemptum ſui & abiectionem, quod Chriſtus euidentiſſime fecit, unde Hiero. eſto uilis quãtum potes pũquã Chriſto uilior eris, Laudabilis eſt huiuſmodi mẽdicatio uoluntaria qua quis ſe exponit ut redemptori ſuo ſe conformet & ut cultui diuino mente liberiori aut Euangelio uacet (d epoſita rerũ mundanarum ſolicitudine) ut proximum ædificet & prouocet ad pietatẽ, Ex his igitur patet quæ mẽ-

Ambro.

Cõtra ualidos paupertatem ſimulãtes.

dicatio eſt reproba, quæ tolerabilis, quæ ue laudabilis & meritoria.

Sed de labore manuum iterum ſciendum eſt, qd' labor manuũ ad tria principaliter ordinatur, Primo ad otium uitandum, quoniam ſicut docet Apoſtolus faciendum eſt a uobis aliquid operis, ut Diabolus ſemper inueniat uos occupatos, ne ex otioſitate ueſtra aliquem intrandi aditum ad animas ueſtras ualeat inuenire. Secundo ad cor-
2. Cor. 6. pus domandum ut idem ad Corin. teſtatur Apoſtolus, enumerando ea quib. corpus caſtigatur. ſ. in laboribus in ieiunijs in uigilijs in caſtitate. &c.
Actuũ. 20 Tertio ad uictum quærendum, ut ille idem in actibus, ait ad ea quæ mihi opus erant, & his qui me
1. Theſ. 4. cum ſunt miniſtrauerunt manus iſtæ, Ad Theſa. quoque operamini manibus ueſtris ſicut præcepimus uobis, & ut honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt & nullius aliquid deſyderetis.

Sed de paupertate rurſus conſyderandum eſt duplicem eſſe paupertatem ſimulatam ſcilicet & uerã, quę adhuc diuiditur in paupertatem uidelicet illatam ex neceſſitate, & in uoluntariam, de prima namq; paupertate ſimulata, cũ ſit pe-
De multiplici, paupertate. nitus abhorrenda & abiciẽnda non loquimur in præſenti, De paupertate uero ex neceſſitate illata ſic diſtinguendum eſt, aut talis paupertas non poteſt releuari per laborem, propter infirmitatẽ aut debilitatem, ſeu defectũ materiæ, aut loci, & huiuſmodi, tunc patet qd' patientibus talem paupertatem licet mendicare, quibus etiam ex diuino præcepto debetur eleemoſyna a fidelib. Si autem talis paupertas poſſit releuari per laborem, et tamen tales non laborant, aut propter cauſam minus rectam puta pigritiam, uel otij amorem

& huiuſmodi,quibus profecto non licet mendicare, nec debetur eleemoſyna (neceſſitatis caſu duntaxat excluſo) & de huiuſmodi Apoſtolus loquitur dum ad labores manuales eos hortatur in diuerſis ſuarum Epiſtolarum locis, Aut tales non laborant ex rationabili cauſa, ut ſcilicet expeditius, & liberius in laboribus ſpiritualibus ſe exercere poſſint, & ut ſine impedimento, orationibus, ſtudijs, prædicationibus, deuotionibus, ac diuino cultui alijſque ſpiritualibus exercitijs, uacare ualeant, tales inquam ad corporales labores non tenentur, ait enim dominus in Euangelio Lucæ. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos, ubi docet minora bona propter maiorem utilitatem eſſe prætermittenda, maius autem bonum eſt peccatorum animas prædicãdo ſuſcitare, quã corpora mortuorum in terra recondere, propter qđ dixerunt Apoſtoli. Non eſt ęquum nos derelinquere uerbum Dei & miniſtrare menſis, Item non eſt ęquum relinquere ſpiritualia & ſeruire menſis. i. corporalibus laboribus cũ ſpiritualiũ negligẽtia, erant tamen Apoſtoli corpore ualidi, Sic pari ratione dicendum eſt de omnib. qui ſunt pauperes paupertate uolũtaria, quia aut eorum paupertas non poteſt releuari per laborem. tunc dubiũ non eſt quin poſſint mẽdicare, ac eleemoſynã accipe. Si autem poteſt per laborem releuari de facto q; releuatur, hoc eſt ſi renũciãtes omnibus propter Deum, manuum labore uictum acquirunt, horũ altiſſima eſt paupertas, ſicut illa Pauli q licet diligẽtiſſime p̃dicatiõi inſiſteret, laborabat tñ manibus i artę ſcenofactoria, Si uero paupṫas nõ releuaĩ labore aut ex cauſa irrationabili puta ex inertia uel otio, tunc eis non debetur eleemoſyna, nec

Luc. 9.

Actuũ. 6.

Actuũ. 18.

licitum eſt mēdicare,ſiquidem illi pauperum bona rapiunt. Aut ex cauſa rationabili, puta ob prædicationem,ſtudium,orationem,& propter cætera ſpiritualia bona. tunc decet eos mendicare ac eleemoſynas quærere, tenenturq; diuites eis ſubuenire ex Chriſti præcepto. Ex quibus omnibus conſtat qui ſunt illi pauperes ualidi quibus non conuenit mendicare qui & bona pauperum rapiunt propter eorum inertiam, laſciuiam, & otium,cum nullam utilitatem reipublicæ afferāt, illi quippe laborare tenentur, Conſtat inſuper ex dictis,qui ſunt illi mendicantes,quos decet eleemoſynas quærere, qui etiam non tenentur laborare manibus,omittentes minora propter maiora bona,& per cōſequens patet reſponſio ad Hæreticorum rationes, & ad illud adæ.ſ. In ſudore uultus tui. &c. Dicitur quod illa uerba domini magis ſunt nunciantis pænam,quam præcipientis pro peccato ſatisfactionem,Nec ex illo ſequitur quod quilibet homo obligetur ad laborandum ex neceſſitate præcepti, alias ſequeretur qđ ad agriculturam teneretur de qua dominus ibidem facit mentionem,et ideo qui habet,alias unde licite poſſit uiuere nō tenetur manibus opari, Quare non eſt ſimpliciter neceſſarium pauperibus ualidis laborare manibus, niſi dum aliter neceſſitati ſuæ ſubuenire nō poſſunt, ad illud etiam de apoſtolo dicendum eſt ꝙ apoſtolus præcipit laborem manuū aliquibus perſonis propter cauſas ſpeciales, ut ſcilicet furtum prohiberetur, & alienarum rerum concupiſcentia,necnon propter inertiam fugiendam,laſciuiam & ociū, Vbi autē illæ ſimiles cauſæ non ſunt,præcepta non habent locum. Ad ultimum igitur dicitur quod ualidi

Ex dictis ſequitur ꝓpoſitum.

Ad primā rationem reſponſio.

Ad.2. rationem.

Ad.3. rationem.

mendicãtes non ſpoliant alios pauperes quia nõ recipiunt quod eis non licet, habent.n.fas petẽdi neceſſaria, nec tenentur corporaliter laborare ut dictum eſt. Quare tandem concludimus indiſcretam eſſe multorum Lutheranorũ rephẽſionem, reprehendentium tanquam ualidos mendicãtes eos qui paupertatem elegerunt, omnibus renunciantes, & ſimul habitãt in ciuitatibus, aut ſiluis, non inerti otio, ſed certis & determinatis horis orationibus intendunt, ac huiuſmodi deuotis exercitijs. Reliqui uero diligenter laborant exercentes opera ſimplicia parum a deuotione diſtrahẽtia, & dum hæc non ſufficiunt mendicata eleemoſyna ſuæ neceſſitati ſubueniunt, non ſunt igitur tales detractionibus lacerandi ſed omni fauore, & charitate tanquã Chriſti imitatores & Euangelicæ paupertatis cultores proſequendi &c.

Contra indiſcretam lutheranorum repre henſionẽ.

De concionatoribus.

MEndicantes præ alijs omni tempore omnibuſque diebus & horis laborant in Eccleſia Dei pro animarum ſalute, dum aſſidue dant operam miſſarum celebrationibus, cœteriſque diuinis officijs, uacantque continuis ſtudijs, lectionibus, diſputationibus incumbuntue confeſſionibus, admõitionibus, exhortationibus ſacramẽtorum adminiſtrationibus, ac infirmorum uiſitationibus, & quod glorioſius & dignius eſt concionandi officio, omni ſtudio, & indefeſſo labore maximopere inuigilãt, quod quidẽ concionãdi officiũ, licet fuerit a Chriſto principaliſſ. Apoſtolis commiſſum, corumque ſucceſſoribus principalibus ſcilicet Eccleſiæ prælatis, Nihilominus forte ob nimiam eius difficultatem, exceſſiuumque laborem, primi Eccleſiarum Antiſtites, qui-

Debita mendicantium laudes.

bus primo incũbit officium prædicandi, ut paſcant oues ſuas, ipſum non exercent (paucis duntaxat exceptis) quare translatum eſt ad regulares inferiores Sacerdotes, pręcipue autem ad pauperes mendicantes &c. Sed ut ſciatur quantę dignitatis, & excellentiæ ſit huiuſmodi concionandi officium, in quantaue reuerentia & honore concionatores mereantur haberi, qualiterque laborare debeant in uinea domini ſummopere conſiderandæ ſunt (prout diuinæ teſtantur hiſtoriæ) concionatorum appellationes.

Primo namque in ſacris literis concionatores Apoſtoli.i. miſſi merito nuncupantur, quod ſic clare oſtenditur, Apoſtolus .n. allegans Prophetam Iohelem dicentem. Omnis.n. quicunque inuocauerit nomen domini ſaluus erit, ſtatim ſubdit, quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? & ſi Iohel propheta dicat. Neceſſe eſt credere, Apoſtolus immediate ſubiungit, Quomodo credent ei quem non audierunt? & ſi iterũ propheta dicat, Oportet ſiquidem audire, confeſtim ſubinfert Apoſtolus, Quomodo audient ſine prędicante? & ſi rurſus Iohel propheta dicat, Neceſſe eſt prædicare deniq; concludit Apoſtolus. d. Quomodo uero pdicabunt niſi mittantur? quaſi uelit dicere, Nemo audeat prædicare niſi a Deo uel a Chriſto ſeu a ſuperiore authoritatem habente immediate ad prædicandum mittatur, Dicuntur igitur concionatores Apoſtoli.i. miſſi Apoſtolus.n. græce, latine dicitur miſſus, Sed eſt notandum. 4. Apoſtolorum ſeu concionatorum genera eſſe. Primum genus eſt illorum qui ſtatim mittuntur a Deo, ut fuerunt Prophetæ ueteris Teſtamenti, quorum primi fuerunt Moſes & Aaron

Iohelis. 2. *Rom. 10.*

Pulcherrimus inter Iohelẽ & Paulum dialogus.

4. concionatorum genera.

Aaron, qui Dei iuſſu miſſi fuerunt ut populum ſuum de Pharaonis iugo ereptum ab Ægypti finibus educerent ad ſacrificandum in deſerto, ut tādem terram promiſſionis ingrederetur, Sic cōcionatores his temporibus, tenentur peccatores ad pœnitentiam compellere, de diaboli ſeruitute in libertatem gratiæ reducere, ac de terrenis ſecularibusq́; negotijs ad cœleſtium meditationem iugiter excitare.

Præterea Eſaias Propheta cum ſe ab Angelo carbonis de altari ſumpti tactu purgatum animaduertiſſet, & dominus diceret, quem mittam & quis ibit, ſtatim ille ſe obtulit. d. Ecce ego ſum mitte me, quod uſurpare nequaq́; auſus fuiſſet niſi ſe prius a delictorum inquinatione prorſus expiatum agnouiſſet, Sic carere debet omni uitio q libet concionator qui aliorum prauitatem paratus eſt corrigere, ut auditores tum uerbis tū exēplo prouocet ad emendationē uitæ. Labia. n. iuſti ut in prouerbijs dicitur, erudiunt plurimos. *Eſai. 6* *Prouer. 10*

Ieremias quoq́; immaturam ætatem excuſans ſe a prædicationis officio clamat. a. a. a. Domine Deus Ecce neſcio loqui quia puer ego ſum, Noli inquit dominus dicere quia puer ego ſum, quoniam ad omnia quæ mittam te ibis, & uniuerſa quæcunque mandauero tibi loqueris, Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum ſum & eruam te, deniq; miſit inquit dominus manum ſuam & tetigit os meum & dixit, Ecce dedi uerba mea in ore tuo, Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, ut euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes, Ita quilibet cōcionator ad prædicationis opus electus nulli rei diffidat, nihil trepidet, omnia aderunt cui aderit *Iere. 1.*

Conciona toris offi- cium. Deus, ſtudeat.n.ut euellat & deſtruat hominum uitia. Plantet autem & ædificet uirtutes ad inſtar Iere. Prophetæ &c. Ezechiel inſuper miſſus a domino immediate fuit, cui libere uaticinandi præſtitit audaciam. d. Tu ergo filii hominis ne timeas eos, neq; ſermones eorū metuas, cui etiam pro cibo dedit dominus uolumen intus & foris ſcriptum, Ita concionator exteriorem ſcripturæ ſenſum, pariter & interiorem myſticamq; ſententiā

d. auditoribus proferre debet, & ſic tantum diuinarum ſcripturarū uolumen cōcionaturus accedere

Ezech. 3. debet, ut cum Ezechiele dicere poſsit, Comedi illud & factum eſt in ore meo ſicut mel dulce, uel

Pſal. cum Dauide. Quam dulcia faucibus meis eloqa tua ſuper mel ori meo.

Daniel. 13 Proinde Danielis adhuc infantis ſpiritum ſuſcitatum legimus, & puero iudicante damnatos ſenes ſpiritus.n. ubi uult ſpirat & quibus uult lumē ſapientiæ ſuæ infundit.

Iona. 4 Rurſum Ionas ad Niniuitas prophetare iubetur & fugit, nauigat, tempeſtate concutitur, in mare præcipitatur, & a piſce degluitur, ſed cito pęnitens liberatur, montemq; domino gerens, p̄dicat, & Niniuæ quæ mox ſubuertenda erat, auditis Prophetæ uerbis pœnitentiam egit, Deum placauit, quare ſeruata fuit.

Matt. 3. Deniq; Ioan. Baptiſta mittitur a Deo clamat in deſerto. Pęnitentiam agite appropinquabit.n. regnum cœlorum. Phariſęis inſultat dicens. Genimina uiperarum quis demonſtrabit uobis fugere a uentura ira? Remedium deinde ſubiungens ait, facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Poſtremo proponit iuſtis præmium, impijs uero pęnam dicens. Congregabit dominus triticum in

horreum. Paleas autem comburet igne inextinguibili,ſic quilibet concionator Ioan.exēplo hoc idem facere tenetur.

Secundum concionatorū genus eſt illurum q̄ īmediate mittuntur a Chriſto ut fuerunt.12. Apoſtoli &.72.diſcipuli ut liquet in euāg. Mat. Luc. Marci, quibus dixerat Rogate dn̄m meſſis, ut mittat oparios in meſſem ſuā, ꝑut alibi oſtēſum eſt:Tertium genus eſt illorum qui mittuntur a ſuperioribus authoritatem habētibus ad diuerſos populos conuertendos,prout dominus interiori lumine ordinat & diſponit. Quartū genus eſt illorum qui tm̄ a ſemetipſis mittuntur,ut ſunt pſeudoprophete & pſeudo Apoſtoli & alij Hæretici dicentes.Hæc dicit dominus,cum nec per ſe nec per alios dominus miſerit eos. Matt 10. Luc. 10. Marci ul.

Scdo concionatores in diuinis literis cœli merito appellantur ꝑꝑ puritatē,motū,influētias, & altitudinē,qm̄ ꝑ maxime influūt in inferiores ſimplices hoīes, loquunturq; de myſterijs altiſsimis de q̄bus dn̄s ꝑ Eſa. ait.ecce ego creo cęlos nouos & terrā nouā.i.ꝑdicatores ac auditores nouos. Eſaia.63.
Tertio dicuntur nubes ut idē dn̄s per Eſaiā. Mādabo nubibus ut pluant.i.prædicatorib. ut ſacrarum literarum doctrinam pluant, Et infra q̄ ſunt iſti.ſ.concionatores qui ut nubes uolant modo in uno loco modo in alio, prout placet ſpiritui ſancto. Quarto principes,teſte Dauide,Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij cōſtitues eos principes ſuper omnem terram, Apoſtoli namque id eſt, concionatores dicuntur principes,quia conſtituti ſunt a Deo ſuper miniſterium uerbi, tenentur .n.ipſi cum ſint doctores prophetare,hoc eſt legere,declarare,gloſſare,ac interpretari euangelium Eſaia. 5. Pſal. 44

Chriſti. Prophetare .n. in noua lege idē eſt quod diuinas ſcripturas exponere, teſte Apoſtolo, qui
1.Cor. 4. ad Corinth. ait. Si omnes prophetent .i. ſi ſcriptu ram Prophetarum exponant, intret autem quis infidelis uel idiota conuincitur & dijudicatur ab omnibus. i. quod niſi pænitentiam agat damnan dus ſit, & ſequitur occulta cordis eius manifeſta fiunt. i. cogitationes prauæ & uitia, quia dum ipſi prædicant contra uitia, manifeſta fiunt ab ipſo, quia dicit in ueritate iſta omnia agnoſco in me eſſe, & infra ſubdit Apoſtolus, Prophetæ autem duo aut tres dicant & cæteri diiudicent, Ad oſtē dendum quod etiam ſcripturarum interpretes, ec cleſiæ ſubijciuntur iudicio, Dicit enim ſcriptura, duo uel tres prophetent. i. ſcripturas interpræten tur & cæteri. ſ. Eccleſiæ Antiſtites diiudicent.

Omnes igitur concionatores ac diuinarum lit terarum ſcriptores ad Eccleſiæ determinationem ſtare tenentur.

[illegible] .43 Quinto dicuntur cuſtodes ut dn̄s per Eſaiam teſtatur dicens. Ordinaui cuſtodes, id eſt prædi catores tota die & tota nocte non tacebunt.

Eſaiæ. 40 Sexto euangelizantes ut infra, Beati pedes euā gelizantis pacem, annunciantis bona, prædican tis ſalutem, & alibi ad eundem dicitur, ſuper mō tem excelſum aſcende tu qui euangelizas Sion. i. ſuper culmen ſanctitatis & doctrinæ aſcendat q
Eſaiæ. 58. prædicationis munus aſſumit. Exalta in fortitudi ne uocem tuam qui euangelizas Ieruſalem, nem pe ut & qui prope ſunt, & qui longe audiant, Ex alta & noli timere ne timendo illis adulari inci pias, quos debes increpare, & rurſum clama ne ceſſes quaſi tuba exalta uocem tuam & annun tia populo meo ſcelera eorum, &c. Illi q̄ppe qui

In eccleſia declamant aperte, perſeueranter, auda
cter, ſuo fungantur officio.

Septimo concionatores merito piſcatores ap- *Matt. 4.*
pellantur, ſicut dominus ait in Euange. Venite
poſt me, faciam fieri uos piſcatores hominũ; ſed
hic perpulchre ſciendum eſt quod quemadmo-
dum piſcatores interdũ piſcantur & non capiunt
piſces, ita ſæpiſsime prædicatores prædicando
nullum bonum fructum ſuæ prædicationis affe-
runt, ut. ſ. populi auertantur a uitijs, & ad uirtutes
conuertantur, hoc autem ꝓuenit ut reperi in ſcri-
pturis multis de cauſis.

Primo quia uidelicet piſcantur tempore non *Luc. 5.*
debito. ſ. noctis unde dicebat Petrus. Præceptor
per totam noctem laborantes, nihil cœpimus, ita
pleriqꝫ concionatores prædicant & piſcantur in
nocte ignorantiæ, carentes diuinæ ſcripturæ lumi-
ne, ignoranteſqꝫ noui & ueteris Teſtamenti do-
ctrinam, quã ſcire, & prædicare tenentur, tales nã
qꝫ alios non conuertunt, potius autem in errores
mittũt. Secundo nonnunqꝫ piſcatores non capiũt
piſces. i. prædicatores non faciunt fructum, eo
quod prædicant & piſcantur in ſiniſtra parte na
uigij, hoc eſt propter uanam gloriam ut. ſ. præ cœ
teris laudentur & pecuniarũ amore, qua de re cla
mabat dominus ad diſcipulos dicens. Mittite in *Ioan. ult.*
dexteram nauigij rete & inuenietis. Illi quippe
concionatores mittunt rete in dexteram nauigij
qui ad honorem Dei prædicant & pure ac ſim-
pliciter propter Eccleſiæ zelum & ſalutem ani- *Luc. 5.*
marum, itaut quilibet dicat cum Petro, Do-
mine in uerbo tuo laxabo rete, Tertio interdum
nihil capiunt piſcatores pariter & prædicatores
etiam ſuo defectu quando uidelicet piſcantur cũ

inſtruméto non congruo, id eſt retibus fractis. Illi nempe retia ſua frangunt, qui ea quæ uerbo prædicant male uiuendo lacerant, de quibus Grego. Quod uerbis prædicant moribus impugnant, Illi uero retia ſua reficiunt qui uitam ſuam bonis actibus componunt ad inſtar Apoſtolorum reficientium retia ſua. Ideo aiebat Pau. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim ipſe reprob. efficiar &c.

1.Cor. 9

Octauo concionatores pueri lactantes appellantur. Sugunt. n. duo ubera plena nouū. ſ. & antiquum teſtamentum, unde dominus in euãgelio, Confiteor tibi domine pater coelii & terræ quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentib. & reuelaſti ea paruulis, id eſt humilib. prædicatorib.

Matt. 11

Nono dicuntur Angeli ait. n. Malachias. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem meam.

Malac. 3.

Decimo uoces, quia quemadmodum uoces ſunt notæ paſsionum earum quæ ſunt in anima, ita concionatores pronunciant uolũtatem & propoſitum Dei.

FINIS.

INVICTISSIMO PRINCIPI
Domino. D. Herculi Ferrariæ, Mutinæ, &
Regiĳ Duci, Marchioni eſtenſi, tan-
quam domino ſuo clemētiſsimo
frater Ioānes Maria Verra-
tus Ferrariēſis Carme
ta ſalutē, pacem, &
fœlicitatem
optat.

NON tibi ſereniſsime Priceps obſcurum eſſe arbitror, quod cum Bononiæ in Diui Martini Gymnaſio ipſos, iam a me æditos articūlos, in omnis perfidię Luthe tanæ (ueritatis tuendæ gratia) atque ſuorum fautorum impietatem aperte, lucideque perlegerim. Qui Paulo tertio Pontifici Maximo fuere dicati (Chriſti fidem tuendi cauſa) his infraſcriptas Concluſiones nemini aſcribendo, nō ambitionis nomine, ductus, ſed Dei potius honore appoſui. Nihilominus nonnulli uniuerſo Bononienſi populo eas eſſe hæreticas, & profanas, utpote repugnantes doctrinæ ſanctorum, & Eccleſiæ determinationi, ut una omnium uoce amplitudini tuæ relatum fuit, immerito prædicarunt. Quare ut ipſi ueritas preclara innoteſceret, tum rationibus utriuſque legis efficaciſſimis, tum ſanctorum patrum fundamentis, quam ampliſſ. huiuſmodi concluſiones eſſe ueras, atque catholicas, quinimmo iniquiſſimæ recentiorum hæreticorum doctrinæ refragantes ſubtiliter ꝓbaui. Quæ ad inſtar cuiuſdam opuſculi, & admodum enchiridiĳ recte ordinaui ſub Apologiæ nomine, quod

HÆ SVNT illę ſingulares cõcluſiones ędit ę, & poſitæ a Reuerendo Magiſtro Ioanne Maria Verrato Ferarienſi Carmelita, ſtudij regente, aduerſus quoſdã Lutheranorum fautores, dũ Bononiæ in ædibus Diui Martini publice legeret. Quas eſſe ueras, atq; catholicas, tam doctrinæ ſanctorum, quam Eccleſiæ determinationi conformes ex infraſcriptis rationibus, & authoritatibus, quibus muniuntur, & roborantur facile eſt uidere.

Concluſio prima.

QVI dicit Deum præcepiſſe ſimpliciter impoſsibilia hæreticus eſt, et anathema, teſte Hieronymo. Pijſsimus nẽpe Deus nullum impoſsibile, ſed omnia præcepta nobis poſsibilia mandauit.

LVtherus in Tractatu de Decem preceptis, cui in hoc cæteri recentiores hæretici adhęrent, firmiter aſſerit, Deum præcepiſſe impoſsibilia, propter quod infert nullum hominẽ poſſe diuina ſeruare præcepta, contra quem Ioannes Roffenſis in aſſertionis Lutheranæ confutationibus articulo.xxxi. ita loquitur. Nam, cum Dei præcepta Lutherus nobis impoſsibilia fecerit, quid aliud ex eo ſequitur, niſi, ut ea non facientes, ipſi ſemper in omni opere, quamuis bono peccemus: illum igitur errorem ſemel ingreſſus Lutherus, nunquam errare deſinit, ſed ab errore in errorem, facile præcipitatur. Hæc ille. Cœterum dei præcepta nobis eſſe impoſsibilia, tã ſcripturæ ſacræ, quam orthodoxi patres, ubiq; prædicant. Nam in Euangelio Chriſtus ait. Iugum Matt.11.

enim meum ſuaue eſt,& onus meum leue, Quomodo igitur impoſsibile? & ſi homo ſuauiter leuiterq; poteſt obſeruare diuina præcepta,ſaluatore teſtante,quomodo igitur impoſsibiliter? Ioannes,quoq; affirmat mandata Dei grauia nõ eſſe, igitur non impoſsibilia. Proinde ait Dominus in Deuteronomio. Mandatũ,quod ego pręcipio tibi hodie,non eſt ſupra te,neq; procul poſitum, neq; in cœlo,neq; trans mare poſitum eſt,&c. & infra concludit, ſed iuxta te eſt ſermo ualde, in ore tuo,& in corde tuo,ut facias illum. Ecce i poteſtate hominis eſſe non tantũ cognoſcere,ſed & obſeruare diuina mandata;cuius oppoſitum Lutherus diabolice aſſerit. Et hoc idem confirmat

Eccle.15 ſapiens dicens. Deus ab initio conſtituit hominem,& reliquit illum in manu conſilii ſui,adiecit mandata,& præcepta,ſi uolueris mandata conſeruare,mundata conſeruabunt te & cætera. Igitur obſeruantia mandatorum, eſt in hominis facultate, & ex conſequenti. Deus non præcepit impoſsibilia,aliter ſapiens mentitus fuiſſet,quod nefas eſſet dicere.

Hiero. in expoſitione fidei catholicæ Præterea diuus Hieronymus ad Damaſum inquit,Execramur etiã eorum blaſphemiam,qui dicunt impoſsibile aliquid homini præceptum eſſe, & mandata non a ſingulis poſſe ſeruari,& aduerſus Pellagianos, ait. Deus poſsibilia mandauit, hoc nulli dubium eſt,& Auguſtinus plerunq; teſtatur,deũ aliquid impoſsibile homini non præcepiſſe.

Augu.

Chryſo. Similiter & Chryſoſtomus ait. Poſsibile eſt enim Dei iuſſa perficere,ſi modo uelimus omnem naturæ trepidationem alacriter uirtute ſuperare,nihilque impoſsibile eſt eorum quæ a Chriſto hominibus imperantur. Denique, cum Deus

enim careat iniuſtitia, quicquid homini mandat, poſsibile ſit oportet. Et iccirco dicit Auguſtinus. Aug. Nec impoſsibile aliquid potuit imperare, quia iuſtus eſt, nec damnaturus eſt hominem, pro eo, Matt. 19. quod non potuit uitare, quia pius eſt, ſed et rationes ſuadent hoc ipſum.

Primo ait dominus in Euangelio, Si uis ad uitā 1. Ratio. ingredi, ſerua mandata, ſed per te Lutherane impoſsibile eſt ſeruare mandata, ergo impoſſibile eſt ingredi uitam æternam.

Item per Lutheranos, ac eorum fautores cōſequens illius conditionalis eſt impoſsibile, igitur & antecedens, per logicorum regulas, & ex cōſequenti tota conditionalis erit falſa, ſed cum uerba Chriſti ſint uera, iccirco poſsibile eſt diuina obſeruare mandata.

Secundo, ſi Deus præcepit impoſsibilia, ergo 2. Ratio obſeruare diuina p̄cepta eſt impoſsibile, ex quo ulterius infero, ergo tranſgredi diuina præcepta eſt neceſſe, conſequentia liquet, quoniam duarū propoſitionem oppoſitarum, ſi non eſt impoſſibilis, reliqua eſt neceſſaria, ut patet de iſtis. Omnis homo eſt rationalis. Nullus homo ē rationalis, quarum prima eſt neceſſaria, & altera impoſſibilis, ſi igitur neceſſe eſt tranſgredi pręcepta dei, igitur homo neceſſario peccat, quare peccatum non eſt ei imputandum. Quis.n. imputabit Iudæ proditionem, quā ineuitabili neceſsitate cōmiſit. Item ſi neceſſe eſt tranſgredi præcepta Dei, & homo neceſſario peccat, ergo nō uoluntarie peccat, nam neceſſarium, & uoluntariam opponuntur in creaturis. Si igitur homo neceſſario, & non uoluntarie peccat, ergo non peccat, conſequentia claret per Auguſtinum dicentem. 3. de libero arbi. Aug.

Peccatum adeo uoluntarium, quod ſi non eſſet uoluntarium, non eſſet peccatum, & per conſequens, qui tranſgreditur præcepta Dei, neceſſario, & non uoluntarie (cum talis tranſgreſsio non ſit in hominis poteſtate) non peccat, hoc autē eſt
Rom. 7 manifeſte falſum, teſte Apoſtolo, qui ait. Non cognoui peccatum niſi per legem, & ubi non eſt
Pſal. 118. lex, ibi nec præuaricatio, & Dauid in Pſalmo.
Aug. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Item Aug. contra Fauſtum. Peccatum eſt dictū, uel factū, uel concupitū cōtra legem Dei, igitur tranſgredi diuina præcepta eſt peccatum. Et ulterius infero, ergo quilibet contingenter, & libere tranſgreditur ea, quare etiam libere, & contingēter obſeruat illa, quamobrem diuina mādata minime impoſſibilia ſunt.

3. Ratio Tertio, Principia practica, ut omne bonum eſt amplectendum, & omne malum fugiēdum, ſunt ita inſita nobis a natura, ſicut principia ſpeculatiua, ut ſunt iſtã, Quodlibet eſt, uel non eſt, & omne totum eſt maius ſua parte, At omnia pręcepta Dei, præcipue moralia (de quibus ſemper loquimur) ſundantur in lege naturæ, lex autem naturæ non eſt nobis impoſsibilis, igitur nec aliqua moralis lex.

4. Ratio Quarto, Patres ueteris teſtamenti obſeruarūt diuina pręcepta, ergo ipſa obſeruari poſſunt, & eſt conſequenti, Deus non pręcepit impoſsibilia,
Gene. 25. Aſſumpium patet, dicente domino ad Iſaac. Multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, daboque poſteris tuis uniuerſas regiones has, et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, &c. qbus dictis ſtatim ſubdit cauſam, eo quo obedierit Abraham uoci meę, & cuſtodierit pręcepta, & mā

dara mea, & cęrimonias, legeſque ſeruauerit. Et hoc idem dicitur de Dauide, Moſe, Samuele, & alijs, igitur.

Quinto, Apoſtoli dilexerunt Deum ſuper omnia, & Ieſum Chriſtum uerum Deum, & hominem, derelinquentes omnia, illius amore, uitamq; propriam dantes pro fidei confeſsione, icc irco illud magnum in lege mandatũ de dilectione dei, poteſt adimpleri a nobis, etiam in uia, licet non ita perfecte, ſicut adimpletur in patria. Quotiens enim homo exiſtens in gratia magis diligit deũ, quam cętera bona ſua, tam temporalia, quã corporalia, & ſpiritualia, etiam quam propriam uitam, ut Martyres fecerunt, diligit Deum ſuper omnia, magnum illud adimplendo pręceptum, Ex quibus omnibus infero, dicentem Deum pręcepiſſe impoſsibile, una cum Luthero hæreticum eſſe. 5. Ratio

Denique ſequeretur & nullus peccaret, non adimplendo diuina pręcepta. Ait enim Augu. in libro de duabus animabus ultra medium, Dicere peccati reum teneri quemquam, quia non fecit quod facere non potuit, ſummæ iniquitatis eſt, et inſanię. Augu.

Concluſio correlaria.

NOn ſequitur homo non poteſt obſeruare diuina præcepta meritorie id eſt ſcd̃m legiſlatoris intentionem (ſine gratificante gratia) igitur deus impoſsibilia mandauit.

Concluſio hęc correlaria, de ſe liquet, quia licet ſine diuina gratia non poſſit homo diuina ſeruare mandata quantum ad legiſlatoris Dei mentem ſcilicet meritorie, quoniam ob talem intentionem nobis data ſunt pręcepta, quamuis forte

poſsit homo diuina obſeruare præcepta,quantũ ad ſubſtantiam præceptorum tantum ex ſuo libe ro arbitrio,ſtante ſola generali influentia Dei(ut tenet Scotus)non autem quantum ad intentionem præcipientis Dei,(ſemota gratia gratum faciente) cum nullus poſſit acquirere uitam æternam(ſaltem adultus)niſi per opa meritoria, quæ præſupponunt gratiam, nimirum ad intentionem acquirendi uitam æternam, diuina dantur præcepta, ex hoc tamen non licet inferre, ergo Deus præcepit impoſsibilia, quia quemadmodum non ſequitur,paries non poteſt eſſe albus ſine albedine,ergo non poteſt eſſe albus. Similiter non ualet,homo non poteſt acquirere uitam æternam ſine gratia,ergo ęternam non poteſt acquirere uitam. Sic in propoſito,quoniam ſine diuina gratia id eſt meritorie non poteſt homo diuina obſeruare mandata,non debemus inferre,ergo homo diuina obſeruare mandata, minime poteſt,uel Deus præcepit impoſſibilia,quoniam arguitur a dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter negatiue, ubi non ualet conſequentia: *Pulchra ſimilitudo.* Nam ſi Princeps alicuius ciuitatis mandaret, ne aliquis egrederetur extra ciuitatem ſine ſui licentia, quam etiam paratus eſſet omnibus petentibus eam concedere, non ſequitur, nullus poteſt exire ciuitatem ſine Principis licentia,igitur Princeps præcepit impoſsibile,ita in propoſito, hæc conſequentia non ualet, nullus poteſt meritorie Dei obſeruare præcepta ſine gratia gratum faciente,quam Deus ſemper paratus eſt comedere omnibus petentibus eam,ergo Deus præcepit impoſsibilia.

Obiectio Actuū.15.

Etſi dicat Hæreticus, Petrus in actibus Apo-

ſtolorum ait. Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruicem Diſcipulorum, quod neque nos, neque patres noſtri portare potuimus? igitur Deus præcepit, quæ obſeruari minime poſſunt, Reſpondendum eſt, quod in ueteri lege erant præcepta triplicia, puta moralia, iudicialia, ac cærimonialia, conſtat quod non impoſſibile, ſed magis difficile fuit, eam ſeruare, quam nouam legem. De cærimonialibus igitur legis loquitur Petrus, & non de moralibus, cum ergo dicit, quod neque nos, neque patres noſtri portare potuimus, id eſt cum maxima difficultate potuimus portare, claret quod hæc authoritas de moralibus legibus non loquitur, de quibus eſt hic ſermo, ſed de cærimonialibus, neque etiam authoritas illa arguit impoſsibilitatem legis cærimonialis, ſed difficultatem eius, uel maiorem ſuper difficultatem nouæ legis. Quare, &c. Reſpon.

Concluſio tertia.

QVi Dei prædeſtinationē antiquæ noſtræ libertati neceſsitudinem imponere arbitratur hæreticum eſſe fatemur, æterna nāque Dei prædeſtinatio nō neceſſitat minuſque cogit liberum hominis arbitrium.

SI prædeſtinatio imponeret neceſſitatem libero arbitrio, ſequeretur quod homo neceſſario bene operaretur, ſed quemadmodum mala quæ ineuitabili neceſsitate fiunt homini nō imputantur, ita pari ratione opera bona quæ neceſſario, fiunt ab hominibus propter æternam prædeſtinationem, non ſunt eis attribuenda, & ex conſequenti cum huiuſcemodi opera, non ſunt in libera poteſtate noſtra, uitæ æterne minime meritoria ſunt, Oſtenſum eſt autem Tra- 1. Ratio.

ctatu de Fide,& operibus,tum rationibus, tum ſcripturarum teſtimonijs opera bona in fide & gratia operata eſſe ęterne beatitudinis meritoria, igitur ſunt in libera facultate noſtra,quare diuina prędeſtinatio non neceſſitat hominem ad talia operanda.

2. Ratio. Item, ſi liberum arbitrium a prędeſtinatione neceſſitatur,conſtat quod non niſi ad opera bona, cum autem homo ęternaliter prędeſtinatus, ſemper ſit prędeſtinatus, & nunquam prędeſtinatio ſua careat uirtute,ſequitur quod homo ſemper neceſſitabitur ad bene operandum(diuina ĩpellente prędeſtinatione) quia non eſt maior ratio de uno tumpore, quam de alio, non poterit igitur homo prędeſtinatus peccare,itaq; non habebit liberum arbitrium ad male operandum, eritq; ſimpliciter impeccabilis, ſalſum autem, & inconueniens eſt huiuſmodi aſſerere, quoniam multi prędeſtinati peccauerunt,& modo peccãt, ideo prædeſtinatio non imponit neceſsitatem libero arbitrio.

3. Ratio. Proinde,ſi prędeſtinatio liberum neceſſitat arbitrium ad bene ſcilicet operandum pari ratione Dei reprobationem imponere neceſſitatem libero arbitrio neceſſe eſt: quamobrem homo prędeſtinatus neceſſario bene operabitur, ſicut prgſcitus,uel reprobatus ineuitabili neceſsitate peccata perpetrabit,ſic tandem omnia de neceſſitate euenirent, ut ſtupidi Stoici autumant, quę quidem neceſſitas totum adimit liberum arbitrium, ſi autem homines libero carent arbitrio, & omnia abſoluta neceſsitate eueniunt, ſequitur ut recte infert Ioannes Ecchius quod nihil relinquitur precibus,conſilijs,regiminibus publicis,deliberationibus,

berationibus, nulla debētur p̄mia uirtutibus, nullę pœnæ uitijs, pereūt leges, iura ſtatuta, p̄cepta, ceſſant ad monitiones, pſuaſiones, illuminationes &c. Nam hæc omnia libertatem exigunt, neceſſitate autem caſſantur, & breui hoc eſſet omnia flagitia, & ſcelera impietates, ac blaſphemias in Deum referre. Item hominem habere liberū arbitrium, tam ad bonum, quam ad malum euidentiſſimis rationibus, ac utriuſq; teſtamenti authoritatibus in tractatu de libero arbitrio ſatis oſtēſum eſt, igitur falſum eſt arbitrari antiquæ noſtræ libertati prædeſtinationem neceſſitudinem inferre poſſe, *Confirmatur.*

Rurſus omnes ſcriptores diſtinc. 38. primi ſententiarum unanimiter confitentur cum Dei præſcienta ſtare contingentia iſtorum inferiorum, & q̄ liberū arbitrium non ſubijcitur neceſſitati, quę adimit libertatē. Propterea diuus Auguſtinus in lib. de ciui. Dei cap. 10. ait. Sicut etiam, cum dicimus neceſſe eſt eſſe, ut cum uolumus, libero uelimus arbitrio, & uerum proculdubio dicimus, & non ideo ipſum liberum arbitrium neceſſitati ſubijcimus, quæ adimit libertatem, ſunt igitur noſtræ uoluntates, & ipſæ faciūt, quicquid uolendo facimus, quod nō fieret ſi nollemus, Et infra cap. 11. idem Aug. inquit. Nō ergo propterea nihil eſt in noſtra uolūtate, quia Deus pręſciuit q̄d futurum eſſet in noſtra uoluntate. Non enim qui hoc præſciuit nihil, præſciuit. Porro, ſi ille præſciuit quid futurū eſſet in noſtra uoluntate, non utique nihil, ſed aliquid præſciuit, profecto & illo pręſciente eſt aliquid in noſtra uoluntate, quocirca nullo modo cogimur, aut retenta præſcientia Dei, tollere uoluntatis arbitrium, aut reten- *4. Ratio.* *Auguſtin.* *Confirmatur.* *Auguſt.*

to uoluntatis arbitrio, Deum (quód nefas eſt) ne gare præſcium futurorum, igitur ex diui Augu- ſtini uerbis liquet, quód nec præſcientia Dei, nec prædeſtinatio imponit neceſſitatem libero arbitrio.

5. *Ratio.* Præterea recentiores hæretici, ac eorum fauto res ſuſcitant olim extinctam Manichæorum hæ reſim, qui negarunt liberum arbitrium ſe habere actiuæ ad bonum opus, cum dicunt prædeſtina- tionem neceſſitare liberum arbitrium, quinim- mo ipſum omnino negant, cum omnia neceſſita- te abſoluta euenire fatentur, ideo, ut ſtupidi Stoi ci, Lutherani, peiores ſunt Manichæis, ſed his o- miſſis ad ſcripturarum teſtimonia deueniamus.

1. Ioan. 3. Ait enim Ioannes. Omnis qui habet ſpem hãc in ipſo Deo ſanctificat ſe, ſicut ille ſanctus eſt, un- *Auguſtin.* de Auguſtinus ibi. Quia agis aliquid uoluntate, Ideo tibi aliquid tributum eſt, ut dicas ſicut Pſal. *Pſal. 26* Adiutor meus eſto, ne derelinquas me, ſi dicis adiutor meus es, aliquid agis, nam ſi nihil agis, quomodo ille adiuuat? Et Petrus apoſtolus. Ani *1. Petri. 1.* mas ueſtras caſtificantes in obedientia charita- tis, in fraternitatis amore ſimplici ex corde inui- cem diligite. Si ergo poſſumus nos ſanctificare, a- nimas noſtras caſtificare, profecto noſtrum libe rum arbitrium a nullo neceſſitatur, quod confir- *1. Cor. 7.* mat Apoſtolus dicens. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſſitatem, poteſtatem au tem habens ſuæ uoluntatis. Ecce inſanus Luthe rus, & quicunq; ei arridet imponit neceſſitatem libero arbitrio. Paulus autem negat, idcirco, qui dicit prædeſtinationem cogere liberum arbitriũ Hæreticus cenſendus eſt.

Matth. 25. Denique in extremo iudicio commemorabit

Chriſtus opera miſericordiæ, quæ iuſti fecerunt, mali autem neglexerunt, igitur opera illa fuerunt in eorum libera poteſtate, aliter mali dicere poſſent. Domine ineuitabili neceſſitate commiſimus peccata, nec potuimus operari opera miſericordiæ propter æternã pręſcientiam, ideo nobis non debent imputari, & ſic iniuſte damnamur. Deus autem nihil iniuſtæ facit, idcirco ſuis proprijs erroribus, quæ extiterunt in eorum libera facultate damnabuntur. Vnde Auguſti. de uera & falſa pœnitentia, capite ſexto, ait. Natura enim talis eſt, ut quiſq; poſſit reſiſtere malo, cui ſe ſubiecit ex arbitrio, ſunt autem, qui defendunt culpam in Dei prouidentia, aſcribẽtes Dei ordinationi, & neceſſitati, quod relictum eſt uoluntati, & arbitrij libertati. Et infra. Non ordinauit peccare, qui peccatum uoluit curare, ſed permiſit libertati, quod peccator donauit neceſſitati, ſunt etiam alia quã plura Auguſtini dicta ad hunc propoſitum, quæ cauſa breuitatis omitto. *Confirmatur ratio.* *Auguſtin.*

Concluſio quarta.

ERror eſt dicere hominem quemlibet adultũ poſſe iuſtificari, uel ſaluari ſola fide ſine operibus bonis.

DIfferunt iuſtitia, iuſtus, iuſtificari, iuſtificatio. Iuſtitia enim late ſumpta, prout uulgo ſumitur in ſcripturis, in ſe comprehendit omnia genera uirtutum, unde Hieronymus ait. Omnes uirtutum ſpecies uno iuſtitiæ nomine continentur, & ſecundum hoc dicit Auguſtinus, duas eſſe partes iuſtitiæ, ſcilicet declinare a malo, & facere bonũ, & ſic iuſtitia diſtinguitur contra peccatum. Iuſtus autem dicitur qui opera iuſtitiæ facit. Iuſti- *Hieron.* *Idem.* *Ariſto. ſentit in ethi.* *Auguſtin.*

Quid iuſtificatio ficari uero eſt non imputari ad peccatum, ſed a Deo ad gratiam acceptari, uel iuſtificari eſt Deo gratificari per gratiam; idcirco iuſtificatio eſt præſentis acceptatio alicuius creaturę ad gratiã in præſenti, & ad gloriam in futuro per fidem, & bona opera, de qua iuſtificatione loquitur *Luc. 18.* Dominus in Euangelio de Publicano orante in templo, dicens. Amen dico uobis deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam. Hæc autem iuſtificatio poteſt bifariam comparari, uno modo ad cauſam efficientem, & ſic nec bonum opus, nec fides iuſtificat, ſed ſols uoluntas Dei, grata habens opera, & fidem, ſicut Dominus per *Eſai. 52.* Eſaiam dicit. Gratis uenundati eſtis, & ſine argento redimemini. Secundo modo, Huiuſmodi iuſtificatio poteſt comparari ad præcedentem diſpoſitionem, & ita talis diſpoſitio neceſſaria eſt; non quidem abſolute, quia Deus abſque illa poſſet homini gratiam conferre pariter, *Pſal. 15.* & gloriam (teſte Pſalmiſta.) Bonorum meorum non indiges, ſed neceſſaria eſt ſtante ordine ſtatuti diuini. Deus enim ſtatuit nũquam gratiam conferre adultis, niſi hac diſpoſitione præuia, quæ in duobus conſiſtere uidetur, in fide, ſcilicet & operibus (niſi excuſet impedimentum) ut in pueris. Horum autem fides potior eſt operibus, non autem fides ſine operibus, modo adſit facultas credentibus, prodeſt quicquam, Vult enim Deus adultis ineſſe fidem ueram, & formatam, in qua, uelut forma includuntur ſpes, & charitas, & alia intrinſeca opera bona, quod ſic oſtenditur.

1. Ratio. Nam Dominus ait in Euangelio, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & pro-

ximum tuum ſicut teipſum. In his enim duobus mandatis uniuerſa lex pendet, & Prophetæ. Fides igitur uiuificatur a charitate (teſte Apoſtolo) Charitas autem iſta duo præcepta includit, ſcilicet Dei, & proximi, iſte uero duæ dilectiones includunt omnia mandata Dei, ergo a primo ad ultimum fides redditur uera, & uiua ex obſeruatione mandatorum, quæ præſertim ſunt de operabilibus, & ex conſequenti clare liquet, fidem non poſſe iuſtificare ſine operibus bonis, uerum quia actio tribuenda eſt ſemper principaliori agenti, ubi plura concurrunt ad unum effectum producendum, quamobrem animæ iuſtificatio merito attribuitur uoluntati diuinæ, quæ eſt præcipua, & principalis cauſa illius iuſtificationis, uoluntas enim Dei cogi non poteſt, idcirco omne ſpirituale donum ex De gratia nobis elargitur, ideo Paulus inquit. Gratia Dei ſum id quod ſum, medium autem iuſtificationis eſt Chriſti paſsio, quam diuina uoluntas uſque adeo gratam, & acceptam habuit, ut pro ea ſtatuerit homines redimere, noſtraque bona opera aceptare, & pro ipſis operibus gratiam ſuam accumulare largiri, nobis inquam, uirtute paſſionis exhibite, patribus autem ueteris legis, uirtute illius exhibendæ.

Matth. 28

Galat. 5

1. Cor. 15.

Item triplex in ſcripturis præcipue reperitur fides. Vna a Deo infuſa, eadem cum ſpe, & charitate, diuinitus elargita, quæ alio nomine Dei gratia, ſeu diuinus fauor, & patrocinium merito nuncupatur, & hæc illa eſt, quam infantibus, in baptiſmate ipſos iuſtificantē, Deus abſq; operibus bonis elargitur. Nam (teſte Apoſtolo)

2. Ratio

Quid ſit fides infuſa

Hebræ. 11.

ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Infantes ue ro baptizati, placent Deo. Fidem igitur, & gratiam, uidelicet, uel Dei fauorem habere neceſſe

Roma. 1 eſt, de qua fide Paulus ad Roma. ait. Iuſtus ex fide uiuit. Quoniam ſicuti homo peccato ſpiritualiter occiditur, ita per fidem Deo uiuit. Quamob rem fides infuſa, gratiaq́, ſeu Dei fauor, & patro cinium, diuinumue præſidium idem ſunt.

Secunda ſi des acceptis. *Quid fides acquiſita.* Aliam præterea fidem pro adultis reperiri, di uinæ teſtantur hiſtoriæ, quæ eſt uerus intellectus aſſenſus, abſq́ ulla animi ambiguitate, quo cunctis a Chriſto relatis fidei articulis firmiter aſſentitur, & hæc dicitur fides acquiſita, quam creden do Prophetis & prophetijs de Chriſto, Apoſto lis, & eorum dictis acquirimus, aut ipſi Chriſto propter amorē, uel miracula, de qua fide acquiſi-

Roma. 10. ta, Apoſtolus loquitur dicens. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderūt? aut quomo do cadent ei, de quo nō audierunt? Et infra cōclu dit. Ergo fides ex auditu, quod nō niſi de fide ac quiſita loqui poteſt, quæ pro certa omniū articu lorum certitudine ſumitur. Et hæc eſt illa, quam

Hebræ. 11. diffinit Paulus. d. Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium, ibi enim ſubſtātia non ſumitur ꝓprie pro re, quæ ſub ſtat accidentibus, ſed ſimilitudinarie. i. pro fundamento, quia quemadmodum ſubſtātia eſt fun damentū omnium accidentium, ita fides eſt fun damentū oīum uirtutum, & omniū operū bonorū, quę q̄dem fides acquiritur per rōnes rerū nō apparentiū. i. rerū quę non cadunt ſub ſenſu. Huiuſmodi aūt fides acquiſita bimēbris eſt. Altera informis, quæ uidelicet neq́ charitate, neq́ itrin ſeca aliqua uirtute formata, quę aliter fides hiſto

rica nominatur, de qua Iacobum multoties legi- Iaco.2
mus dicentem. Fides ſine operibus mortua eſt. Et
ibidem, dæmones credunt, & contremiſcunt, de
huiuſmodi uero fide informi, cui hominem iuſtifi
care repugnat, non loquimur.

Alia deniq; eſt fides ſpe, uidelicet, & charita- 3. *Fidei ac*
te interioribus, cæteriſq; uirtutibus formata. Exē *ceptio.*
pli cauſa. Adultū infidelē cōuerti ad Xp̄m, xp̄ia-
nis articulis oībus credere firmiter ſine titubatio
ne ponamus, formata ille nempe, ut exiſtat fides
huiuſmodi adultū ſuā in Deū totam ſpē habere,
eumq; ante omnia colere, ſeq; etiam erratorꝝ pœ
nitere præteritorꝝ, cum animi ſententia ſe fore di
uina ſeruatorꝝ mandata, neceſſe eē minime latet,
quæ quidem bona intrinſeca opera ueluti forma
dāt eē fidei, ideo de ipſa Paulus ita locutus eſt di- *Galat.5.*
cēs. Fides eſt, quę ꝑ dilectionē operatur. Et alibi 1.*Cor.*13
Si habuero omnē fidē, ita ut mōtes trāſferā, cha-
ritatem autē non habuero nihil ſum. Dicā igitur
tāquam corpus cōpoſitum formatam exiſtere fi
dem. Materia cuius, chriſtianorum certitudo eſt
articulorum, ſua uero forma, ſpes, & charitas, re-
liquaq; interiora bona eſſe dicuntur, quæ, cū ſint
de eſſentia ipſius fidei formatæ, liquet, ſi fides iu-
ſtificat impium, bona quoque opera ipſum iuſtifi
care. Quemadmodum hominem, nihil aliud quā
animam, & corpus ſimul eſſe fatemur, nequitq;
aliquid operari ſine anima, & corpore, & quic-
quid operatur homo, illud idem operari animam
dicimus. Ita a ſimili quicquid operatur fides, ope
ratur, et charitas cum ſpe, aliquidq; operari fides
ſine charitate, aliiſq; uirtutibus minime poteſt.
Quare, ſi fides iuſtificat hominem, opera bona
ipſum iuſtificare oportet.

3 Ratio. Inſuper in tractatu de fide, & opibus, aliis quã plurimis rationibus oſtenſum eſt, opera bona nõ tantum hominem iuſtificare, ſed eſſe uitæ æternę meritoria, igitur &c.

4. Ratio. Item impoſſibile eſt per ueram fidem in Deum credere, & ipſum ſuper omnia non amare, cum amor ſit opus fidei, illa autem fides, quæ iuſtificat hominem, eſt uera, & non falſa, uiua, & non mortua, formata, & non informis, igitur bonis ſemper adhæret operibus, immo ſunt de intrinſeca ratione eius, ut alibi probatum eſt, quæ ſimul ad hominis iuſtificationem effectiue côcurrũt, licet Deus ſit pręcipua cauſa a qua omnis gratia, & gloria, ideo &c.

Obiectio. Et ſi dicat Hæreticus opera bona ſequuntur gratiam, & hominis iuſtificationem, ergo non iuſtificant, quoniã poſteriora nõ ſunt cauſa priorum. Rñdeo ꝙ aliqua opa bona p̃cedunt gratiã, & hoĩs iuſtificationẽ, & aliqua ſequuntur, ſit. n. exẽpli cauſa. Peccator qſpiã, qui conuertatur ad Deũ, in ipſo. n. poſſunt aſſignari quatuor inſtantia. In primo Deus tãgit cor eius, uocãdo, & illuminãdo, & hoc propriũ, & ſolius Dei eſt. In ſecũdo inſtãti peccator aſſentit, & acqeſcit illuminationi diuinæ, & hoc ꝓprium liberi arbitrij eſt, ſed quid eſt aſſentire, & acquieſcere diuinę illuminationi, niſi ceſſare ab actu peccati, cum firmo non amplius peccãdi ꝓpoſito? et in Deũ ſperare? uel leq; ipſum ſup oĩa diligere? ac eius obſeruare mãdata? Hęc. n. dicuntur opera moraliter bona, ut infra oſtendetur, quibus homo ſe pręparat ad gratiam gratum facientem, & ad eius iuſtificationem, ſtãte generali influentia Dei, quę eſt prima gratia, uel aliqua alia ſpecialis gratia, quę tãtum

eſt graria gratis data, quia adhuc homo eſt i peccato mortali. Quemadmodum igitur fides, ita & illa opera moraliter bona diſpoſitiue iuſtificāt hominem illum, ad eius iuſtificationem concurrēdo, quia ſine illis adultus minime iuſtificaretur. In tertio inſtanti Deus miſericorditer elargitur ei gratiam gratum facientem, Et in quarto inſtanti homo ille exiſtens in gratia, operatur alia opera bona, uidelicet uitæ æternæ meritoria, & ſic patet quod opera bona iuſtificant.

Et ſi denuo obijciat Hæreticus per illud Apoſtoli. Iuſtificati ſumus per fidem, ubi nulla fit mētio de opibus bonis, ergo ſola fides iuſtificat. Reſpondendum eſt, nos iuſtificatos eſſe per fidē, non quod fides ſit forma iuſtificationis propriæ, quia hæc eſt charitas, quæ eſt forma omnium uirtutum theologicarum per quam quilibet magis iuſtificatur, quam per fidem, cum ſit uirtus maior, teſte Apoſtolo, qui ad Corinthios ait. Nunc manent hæc tria, fides, ſpes, charitas. Maior autem horum eſt charitas, ſed ideo fides dicitur iuſtificare, quia motus liberi arbitrij requiritur ad iuſtificationem, Donum namque gratiæ, abſq; conſenſu recipientis adulti eſſe non poteſt. Motus autem liberi arbitrii præexigit motum intellectus. Motus uero intellectus in Deum fit per fidem, ideo dicitur. Iuſtificati ſumus per fidem, tanquam per uirtutem primam mouentem intellectū. Et hoc idem aſſerit Thom. diſt. 17. quarti, & ille idem ſecunda ſecundæ q. 4. ait. Quod per accidens aliquæ uirtutes poſſunt dici priores ipſa fide inquātum ſcilicet remouent impedimenta, ſicut fortitudo remouet inordinatum timorem impedientem fidem, & ſic de alijs, quamobrem non licet infer-

Rom. 5.

1. Cor. 13

re, ergo bona opera non iuſtificant, cum charitas, quæ eſt opus fidei ſit priucipalior cauſa iuſtificationis.

Iterũ obijcit hæreticus. Et ſi iterum obijciat in caſu aliquo, põt adultus ſola fide iuſtificari ſine operibus dum interdũ non adeſt facultas operandi igitur.

Reſpondeo quòd iſtud ego non inficior, nempe hominem poſſe iuſtificari ſola fide ſine operibus bonis externis, ſeu extra manentibus dum non extat opportunitas operandi fateor. Nequit tamen adultus, ſola fide iuſtificari abſque internis operibus bonis, ſeu operibus intra manentibus, quæ quidem opera, tum maxime, ſpes, & charitas includuntur in fide, ſuntque uelut anima de intrinſeca ratione fidei formatæ (teſte Iacobo) qui ait. *Iac. 2.* Sicut corpus ſine anima mortuũ eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt. Fides ideo bonis uiuit operibus, quibus ſemotis fides uiua, & uera hominem, adultum iuſtificare minime poteſt.

Alia obiectio. Et ſi rurſus dicat, ergo opera bona externa, ſeu extra manentia non iuſtificant, licet apud homines explicent adultum eſſe iuſtum.

Reſpondendum eſt, fidem cum internis uirtutibus, ac operibus intra manentibus bonis apud Deum hominem reddere iuſtum.

Apoc. Externa autem opera iuſta, & apud Deum, & apud homines, iuxta illud, Apo. Qui iuſtus eſt ſcilicet fide coram Deo, iuſtificetur adhuc, uidelicet opera bona extra manentia exercendo, quibus fides prius grauida erat, ut & apud hominẽ iuſtus dicatur.

5. Ratio. *Dani. 4.* Deniq; hoc idem ſcripturarum comprobat authoritas. Dixit enim Daniel ad regem Nabucho

noſorem, Peccata tua, eleemoſynis redime. quod ſolum diſpoſitiue intelligi poteſt.

Sed quid eſt redimere peccata, niſi a Deo indulgẽtiam aſſequi delictorum? ergo opera diſpoſitiue iuſtificant.

Præterea dixit Angelus ad Tobiam, bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna magis, ꝙ theſauros auri recõdere. Et ſubdit cauſam, quoniam eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit inuenire uitam æternã. Ergo iuſtificat, ſeu diſponit ipſum ad iuſtificationem. *Tob. 12*

Item ſaluator ait. Beati pauperes ſpiritu, Beati qui lugent, Beati miſericordes, Beati qui perſecutionem patiuntur, &c. Si ſunt beati igitur iuſti, Maius eſt. n. beatificari, quam iuſtificari. *Matt. 5*

Proinde idem dominus in Euangelio. Beati q audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud. Si enim cuſtodire uerbum Dei beatificat, multo magis iuſtificat. *Luc. 2*

Tandem Apoſtolus ad Roma. ait. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur, quod Iac. confirmat dicens. Abraham pater noſter, nonne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Et infra concludit. *Ro. 2* *Iacob. 2*

Videtis, quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. Similiter & Raab meretrix non ex operibus iuſtificata eſt? Suſcipiens nuncios, & alia eijciens, &c.

Ex quibus omnibus conſtat, quod ad hominis iuſtificationem quatuor concurrunt. Primo Deus tanquam principaliſsima cauſa effectiue iuſtificans. Secundo, Chriſti paſsio uelut, iuſtificationis medium. Tertio fides acquiſita uiua, *Hic concluditur propoſitum*

uere,& formata,ſimul & opera bona, quæ diſpo ſitiuæ iuſtificant. Quarto, Fides infuſa eadem cũ gratia gratũ faciente formaliter iuſtificans. Quare error eſt dicere, hominem quemlibet adultũ, poſſe iuſtificari, uel ſaluari ſola fide ſine operibus bonis.

Quinta concluſio.

QVi aſſerit nullum hominem poſſe reſiſtere internæ uocationi Hæreticus cenſendus eſt.

1. Ratio. SI homo non poteſt reſiſtere internæ uocationi, ergo homo nõ poteſt ab ea deſiſtere, ideo nõ poteſt peccare. Nam deſiſtere ab æterna uocatione eſt peccare, & iccirco non habet liberum arbitrium ad malum, conſequens autem eſt falſum igitur.

Secunda. Deinde, ſi homo non poteſt reſiſtere internæ uocationi, ergo homo neceſſario adhæret illi uocationi, & per conſequens talis interna uocatio eſt finalis beatitudo, conſequentia claret, quoniã ſoli finali beatitudini, tam intellectus, quam uoluntas neceſſario adhæret.

Et ſi dicas, ut dicẽdum eſt, uocationem internã non eſſe finalem beatitudinem. Liquet quod erit medium ad ipſam, ſed cuilibet tali medio libere, & contingenter homo adhæret, igitur &c.

Aug. *3. Ratio.* Præterea Augu. de Eccleſiaſticis dogmatibus manifeſte fatetur hominem poſſe reſiſtere ſaluciferæ inſpirationi dicens. Initium ergo ſalutis noſtræ Deo miſerante habemus, ut acquieſcamus ſalutiferæ iſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt, ut adipiſcamur quod acquieſcendo admonitioni cupi-

mus,diuini eſt muneris,ut non labamur in adepto ſalutis munere ſolicitudinis noſtræ eſt,& cœleſtis pariter adiutorij Ibi enim ponuntur quatuor. Vnum quod eſt ſolius Dei, cum dicit. Initiũ ergo ſalutis noſtræ Deo miſerãte habemus. Aliud quod eſt in mera facultate noſtri liberi arbitrij,cum ſubditur,ut acquieſcamus ſalutiferæ inſpirationi,noſtræ poteſtatis eſt. Aliud uero, qđ eſt donum Dei,ſubũgit dicens. Vt adipiſcamur quod acquieſcẽdo admonitioni cupimus, diuini eſt muneris. Quartum, quod noſtræ poteſtatis eſt,& diuini pariter adiutorij ſubſequitur. ut non labamur in adepto ſalutis munere ſolicitudinis noſtræ eſt,& cœleſtis pariter adiutorij.

Et ſi dicat Hæreticus,Paulus non potuiſſet etiã ſi uoluiſſet reſiſtere uocationi diuinæ, cum uocatus fuit a domino,& non eſt maior ratio de uno, quam de alio,igitur nullus internæ uocationi reſiſtere poteſt. *Obiectio.*

Reſpondendum eſt,quod duplex eſt uocatio Dei,una externa,quæ fit per concionaores, per ſcripturarum diuinarum comminationes, & admonitiones, per aduerſitates,& proſperitates & huiuſmodi. Sed de iſta non loquimur in pręſenti. Alia eſt interna,quæ duplex eſt. Vna,quæ fit per uoluntatis immutationem, quæ magis uoluntatis immutatio, ac uoluntas Dei efficax, quam ſimplex uocatio appllari ſolet, Conſtat autem quod tali internæ uocationi,quæ fit per uoluntatis immutationem, ſeu uoluntati Dei efficaci, nullus reſiſtere ualet,Quicquid enim Deus efficaciter uult,nullo reſiſtente fit, talis autem fuit Pauli uocatio,cui non potuiſſet, uel cum maxima difficultate,ut ſaluẽt liberi arbitrij facultas, reſiſte-

Reſponſio *Dei uocatio, externa interna, efficax, inefficax.*

re potuiſſet,quamobrem dictũ fuit ei,Durũ, non autem impoſsibile eſt tibi contra ſtimulũ calcitrare,ſed de hac ſpeciali uocatione nõ loquimur, quæ, ut dictum eſt, non proprie dicitur uocatio, ſed ĩmutatio. Altera eſt interna uocatio ſimplex, & uniuerſalis, qua Deus inſpirãdo uocat omnes homines ad pœnitentiam,de qua eſt noſtra concluſio,tali autem internæ uocationi quilibet ex ſui liberi arbitrĳ facultate reſiſtere poteſt, ut Chri-
Apoc.3 ſtus in Apoc.aperte aſſerit dicens. Ego ſto ad oſtium,& pulſo.i.ad cor peccatorum induratum, & pulſo per bonas reuelationes,& inſpirationes ſi quis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuã cordis ſui,intrabo ad illum per grãm meã & cęnabo cum illo,& ipſe mecum in uitã ęternã,
Pro.1 Sapiens in Prouerbĳs duplicem Dei uocationem. expreſsit unam internam, cum in perſona dei locutus eſt dicens. Vocaui,et renuiſtis. Aliam externam(teſte Auguſtino)cum ſubdit. Extendi manum,& non fuit,qui aſpiceret. Ex quibus claret Hæreticum eſſe,aſſerere hominem non poſſe reſiſtere internæ uocationi, &c. Vocare enim idem eſt quod ad gratiam,uel gloriam inuitare.

Confirmatur. Rurſus allocutus eſt Stephanus Princeps Sacerdotum dicens. Vos ſemper ſpiritui ſancto reſti-
Apoc. 6. tiſtis,ſicut & patres ueſtri,ita & uos,qui igiť ſpiritui ſancto reſiſtit,cur etiam internæ uocationi reſiſtere non ualet? Vnde Pſalmiſta, A reſiſtẽtibus dexteræ tuæ cuſtodi me,&c.

Sexta Concluſio.

FAlſum eſt dicere omnia infidelium opera eſſe peccata mortalia.

PRæmittenda ſunt nonnulla utilia, & neceſſaria, magnaqꝫ conſyderatione digna, pro maiori huius concluſionis elucidatione.

Primo igitur conſyderandũ eſt, ꝙ quadruplex eſt opus bonũ .ſ. ex genere, Morale imperfectũ, Morale perfectum, & meritorium, Bonum.n. ex genere eſt, quod cadit ſuper materiam debitam, repugnatqꝫ malo ex genere, ut ſubuenire indigẽti, uel honorare parentes ꝑ ſe non propter aliquẽ finẽ, immo ſine ulla alia conſyderatione, Tale.n. dicitur opus bonũ ex genere, nam duorum oppoſitorum, ſi unũ eſt malum, reliquũ eſſe bonũ neceſſe eſt, Si.n. malum eſt non ſubuenire indigenti, non honorare parentes, blaſphemare Deũ, & huiuſmodi, ergo bonum eſt indigẽti auxiliari, honorare parẽtes, Deum laudare, ẽt ſemota quacunqꝫ conſyderatione, ſeu nullo fine conſiderato. *Conſideratio.1* *Quid bonũ ex genere.*

Aliud eſt bonum morale imperfectum, & eſt opus a uoluntate libere deriuatum, ſecundum dictamen rectę ratiõis, & iſtud opus eſt uirtuoſum ſecundum quod philoſopus diffinit uirtutem. Elicitur enim opus uirtutis ſecundum quod recta ratio dictat, & ſecundum omnes circunſtãtias requiſitas ad tale opus. Dicitur autem imperfectũ, quia interdum caret circunſtantia ꝑcipua .ſ. ultimi finis, quia non fit præcipue ſemper propter Deũ, neque ordinatur ad ipſum tanquam ultimum finem, ſed hoc non obſtat quin opus illud ſit moraliter bonum, licet imperfectum, Circunſtantia .n. ultimi finis, in actu nõ requiritur neceſſario ad bonitatem moralẽ, hoc eſt non requirit̃, ꝙ actus bonus moraliter ſemper referatur actu in Deũ, qui eſt finis ultimus, quia aliquid citra Deum eſt diligibile propter ſe, ut uirtus, ſanitas, Virtus enim *Quid bonum morale impfectum.* *2. Ethi.*

gnates, & maxime omnium deus, qui omnibus dat affluenter, & nemini improperat, de qua gratia loquitur Apoſtolus. Gratia dei ſum id quod ſum, & hæc diuiditur in gratiam increatam, & creatam, Gratia.n increata eſt ſpiritus ſanctus, q datur creaturæ rationali ad eius ſanctificatioṅe, iuxta illud Apoſtoli. Charitas dei d.ffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Item per gratiam, id eſt gratioſam dei uoluntatem credimus ſaluari. Gratia uero creata eſt quælibet res gratis a deo data, ſecundum illud Apoſtoli. Quid habes quod non accepiſti a Deo? Et hoc idem Iacobus teſtatur dicēs. Omne datum optimum, & omne donū perfectū deſurſum eſt procedens a patre luminum, & non poteſt homo accipere quicquam niſi fuerit ei datū de cœlo, & ſecundum hāc gratiam dicimus homines ſanos, ingenioſos, diuites, & potentes. De hac quoque gratia gratis data, loquitur Apoſtolus, cum dicit. Diuiſiones gratiarum ſunt ſermo ſapientiæ, fides, ſermo ſcientiæ, gratia ſanitatum, operatio uirtutum, prophetia, genera linguarū, interpretatio ſermonum, &c. Hæc omnia operatur unus, & idem ſpiritus diuidens ſingulis, put uult. Et hæc de gratia gratis data ſatis ſint dicta contra eos, qui impudenter eam negant.

1. Cor. 15. *Duplex gratia gratis data* *Rom. 5* *Actu. 15.* *Col. 4.* *Iaco. 1.* *1. Cor. 10.*

Aliqn̄ etiam deriuatur gratia a gratulor quod eſt cōgaudeo, & ſic gratia eſt qua aliquis eſt gratus deo, Vnde gr̄a eſt donū ſupernaturaliter a ſolo deo rationali creaturę, infuſum, quo ipſa reddit̄ grata Deo, & accepta ad uitam æternā beatifice poſſidendā. Differūt.n. gratia gratis data, & gratia gratum faciens. Quoniā gratia gratis data eſt donum ſupernaturaliter alicui ad utilitatem ſui,

De gratia gratum faciente *Quid gratia gratis data,*

uel aliorum, tamen per illam non eſt formaliter gratus Deo, quia etiam datur peccatoribus cum uidemus illos abundare diuitijs, honoribus, & doctrinis, unde Chriſtus in Euangelio ait. Deus ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Gratia uero gratũ faciens eſt qualitas quędam ſpiritualis, & forma animæ a Deo infuſa, qua anima formaliter redditur Deo grata, & chara, & hæc datur ſolummodo bonis, Et hæc gratia gratum faciens diuiditur in gratiam operantem, & cooperantem, quę quidem diuiſio non eſt in membra diſtincta, ſed eſt unum & idem diuerſimode conſyderatum, id eſt in ordine ad diuerſos effectus. Sũt enim duo principales effectus gratiæ, unus eſt gratificare naturam, & liberare eam a miſeria, & a culpa. Quoniam ſicut pulchritudo corporis reddit totũ corpus humanum pulchrum, & amabile, ita hęc gratia eſt decor animæ faciens illa Deo acceptam, & de iniuſta iuſtam, & de inimica amicã, & charam, quę etiam infunditur infantibus in baptiſmate. Merito igitur uocatur gratia operans, & fides infuſa. Secundus effectus gratiæ eſt inclinare operationes, & conducere eas in finem ultimum. Inclinat igitur hæc gratia, & ordinat uoluntatem hominis ad elicienda opera ſua principaliter propter Deum, tanquam finem ſuper omnia dilectũ, & per hoc facit opera hominis meritoria, & digna æterno pręmio. Quantũ ergo ad primũ effectum dicitur gratia operans, uel pręueniens, quia præuenit uoluntatem eã præparando, ut iuſta, ac Deo accepta efficiatur. Quantum uero ad ſecundum effectum dicitur gratia cooperans, uel ſubſequẽs pro quãto adiuuat uoluntatẽ inclinãdo eam

Matt. 5.

Quid gratia gratũ faciens.

gratia operans et cooperans

ad opera meritoria perficienda.

De prima gratia preueniente loquitur prophe ta. Miſericordia eius præueniet me, Per hanc e-nim incitantur homines ad bene operandum,pręuenit quippe hæc gratia, ut ſaluemur, & glorificemur. Secunda autem ut perficiatur opus ſalutis. Quamobrem eccleſia orat dicens. Tua nos quæſumus domine gratia ſemper præueniat, & ſequatur,ac bonis operibus iugiter præſtet eſſe intentos.

Tertio uero conſyderandum eſt,quod propter ignorantiam huius diuiſionis gratiæ, in gratiam gratis datam, & in gratiam gratum facientem, quamplures committuntur æquiuocationes, & quod peius eſt multi errant, cũ enim dicimus gratia præuenit liberum arbitrium, diſponit uoluntatem ad bene operandum,præcedit pœnitentiam, ſine gratia nequit homo facere,quod in ſe eſt,ceſſare ab actu peccati,ſine gratia homo aliquid boni etiam ex genere operari minime poteſt,& huiuſmodi,& tandem concludimus ſine Dei gratia nihil operari contigit,&c.Diſtinguendum eſt de gratia. Si enim de gratia gratum faciente intelligere uolumus,hoc minime uerum eſt.Nam ſi gratia gratum faciens præcederet bonam hominis uoluntatem,ſeu liberum arbitrium,contritionem & pœnitentiam, ac cordis diſpoſitionem, multa ſequerentur inconuenientia. 3. Conſideratio.

Primum, ꝙ homo ſimul eſſet in gratia, & in peccato, ꝙ eſt ĩpoſſibile,cũ gratia repugnet peccato,et econuerſo,Scd̃m ꝙ homo eſſet in gratia, ſeu gratus Deo,antequam cõuerteretur. Tertiũ, ꝙ eſſet iuſtus antequam iuſtificaretur, hæc enim inconuenientia recte intelligentem non latent. Tria incõuenientia

Si autem per gratiam intelligamus gratiam gratis datam, qua deus omnibus aſſiſtit, operatur que omnia in omnibus, ſpeciali autem modo i hominibus uere profecto loquimur. Quoniã ſine huiuſmodi gratia non ualet homo facere quod in ſe eſt neque ad gratiam gratum facientem ſe diſponere, nec ceſſare ab actu peccati, & ſic tandem hominem aliquid operari ſine huiuſmodi gratia gratis data minime poſſe, gratiamque neceſſariam eſſe quinimmo oportere præueuire liberi arbitrij operationem, conſtanter, & uere fatemur, Talis autem gratia gratis data, quæ ſemper præuenit liberum arbitrium in opere ſuo duplex aſſignari ſolet, Vna uniuerſalis, quæ dicitur generalis dei influxus, uel uniuerſalis dei influentia, qua mouet omnes creaturas ad operandum, quibus etiam cooperatur, Alia ſpecialis gratia, quæ ſpecialis dei influentia merito appellatur, ſeu ſpeciale dei auxilium, quo ſpecialiter mouet homines ad bene operandum, in quibus etiam operatur uelle, & perficere. Puto tamen (ſemper ſalua ueritate) huiuſmodi diuiſionem gratiæ gratis datæ, in uniuerſalem, & ſpecialem, non eſſe diuiſionem ĩ mẽbra diſtincta, ſed ſit una & eadem diuerſimode conſiderata. Nam eadem gratia, qua deus operatur omnia in omnibus, & cooperatur omnibus creaturis, ſic conſiderata reſpectu omnium creaturarum dicitur generalis dei influentia, conſiderata autem prout ſpeciali modo mouet omnes homines ad operandum, ſine qua etiam nullus homo poteſt operari, iuxta illud Chriſti dictum. Sine me nihil poteſtis operari, dicitur ſpecialis dei influentia, ſeu ſpeciale dei auxilium, ſpecialiſſimum autem prout operatur in electis. Vnde

Sine Dei gratia nihil fieri poteſt

gratia uniuerſalis

Gratia ſpecialis

Specialis dei influẽtia

Generalis et ſpẽlis influẽtia dei non differunt realiter

diuus Thomas prima ſecundę.queſtio.119.ultra habitum gratię Infuſum ponebat etiam aliud auxilium diuinum non ſpeciale, ſed generale, quo quælibet creatura indiget ad operandum tanquam a primo motore,ſed an illud auxilium primi motoris ſpeciali ratione homini impenſum ſit aliud ab influentia, & cooperatione Dei generali, qua aſſiſtit omni agenti, ipſum mouendo, an ſit idem non determinat, ut in corpore quæſtionis,Suſtineri igitur facile poteſt, quod una et eadem gratia gratis data dicatur generale,& ſpeciale Dei auxilium. Generale enim prout communicatur omni creaturæ. Speciale uero prout ſpeciali modo communicatur creaturæ rationali,tam exiſtenti in gratia, quam non exiſtenti. Et ſic conſtat, ꝙ ſine Dei gratia nihil fieri poteſt in mundo. Ex quibus omnibus liquet, ꝙ interdum uidentur doctores inuicem diſſidere, & re uera non diſſident. D. Tho.

Quarto conſyderandum eſt,ꝙ fuit error Pellagij, qui negabat gratiæ gratum facientis neceſſitatem, & libero arbitrio attribuit gratiā, & uitam æternam merendi facultatem, & ſic omnes hæretici Pellagiani a Pellagio dicti, dixerunt liberum arbitrium ſolum per ſe ſufficere homini ad omnia bona operanda, ſtante ſola generali influentia Dei. Lutherus autem fecit ad inſtar illius,qui cecidit in Scillam, cupiens euitare Charybdim, quoniam Pellagianorum errorem euadere uolens, cecidit in peiorem Manichæorum hæreſim, qui negarunt liberum arbitrium ad opus bonum actiue concurrere, immo Lutherus Manichæis peior penitus adimit, quia nihil attribuit libero arbitrio, ſed omnia diuinæ gratię. 4. Conſideratio. Pellagiana hæreſis Manichæorum error

De qua autem gratia loquatur, Catholicos latet, credendum eſt tamen gratiæ gratum facienti ipſum omnia attribuere, cui cæteri Lutherani adherent.

Vera doctorũ opinio. Alīj uero doctores, ut diuus Thomas, Scotus, Sanctus Bonauentura, Ioannes Bacchonus Carmelita, Michael Bononienſis, & cæteri alīj, quibus ego aſſentio, omnino deuiãt ab his oppoſitis opinionibus.ſ.Pellagianorũ & Manichæorum, cum quibus ſunt Lutherani, aliqua.n. attribuunt libero arbitrio, nonnulla uero gratiæ gratum facienti, ſimul & libero arbitrio. Dicunt nãque, quòd quilibet homo adultus in puris naturalibus exiſtens per ſuum liberum arbitrium, ſine gratia gratum faciente, ſtante ſola generali influentia, quæ eſt prima gratia gratis data, ſpeciali modo homini aſſiſtens operari poteſt opera moraliter bona, etiam peccatum mortale nouum cauere, ceſſando a perſeuerantia, & uoluptate peccandi, tentationibus reſiſtere, eis non conſentiendo, uelle in omnibus obedire Deo, & tandem facere, ꝙ in ſe eſt, & ſic ſe diſponere ad gratiæ ſuſceptionem, propter quod a Manichæis, & Lutheranis diſſentiunt, Dicunt deinde, hominẽ ſine gratia gratũ faciente non poſſe a peccato reſurgere, bonũ meritorium operari, diuina obſeruare mandata meritorie.i.ſecundũ legislatoris Dei intẽtionem, nec uitam mereri æternam ſine gratia gratum faciente minime poſſe, Quæ omnia diuinæ gratiæ gratum faciẽti, pariter, & libero arbitrio merito attribuunt, ex quibus ab errore Pellagianorum deuiant, qui negabant huiuſmodi gratiæ gratũ facientis neceſſitatẽ. Nos autem ipſam eſſe neceſſariã conſtanter affirmamus, Nõ ſumus er-

go noui Pellagiani,ut recentiores hæretici, oblaterones impie autumāt &c. His ergo conſyderatis,ſic probatur concluſio. Infideles exiſtentes in puris naturalibus, ſtante ſola generali influentia Dei, qua Deus mouet omnia,ſpeciali modo hominibus aſſiſtit,poterant parentes honorare,indigentibus ſubuenire,pro patria fortiter,& cōſtā ter pugnare,& multa alia efficere,iuxta iuditium rectæ rationis, in quibus nullas diceret eos pecre,ſed bene,& laudabiliter operari,igitur & cæ. 1. Ratio.
aſſumptum patet, quoniam de infidelibus multa legimus laudabilia, prædicamus nanq; Bruti fidelitatem, Marci Reguli conſtantiam, Mutij, Pythagoræ paupertatem, Valerij Publicolæ continentiam. Euripidis abſtinentiam Tullij caſtitatem, Thaletis mileſij cōtemplationem, Socratis patientiam, Platonis ſapientiam,Oratij religionem,& aliorum philoſophorum quamplurimos morales actus legimus feciſſe,& docuiſſe,operati ſunt,ergo illi multa opera de bonorum genere munita omnibus circunſtantijs requiſitis ad moralem bonitatem, & licet non eſſent ordinata in Deum, tanquam in ultimum finem, erant tamen opera ſecundum dictamen rectæ rationis operata, & per conſequens moraliter bona, ut oſtenſum eſt ſupra, ergo non omnia opera infidelium ſunt peccata mortalia. Et ſi dicas, nego opera illorum infidelium ſuperius memorata fuiſſe moraliter bona, immo nec aliquo modo bona, ſed mala & mortalia peccata, cōtra ſic inſto. Duorū oppoſitorꝛ ſi unū eſt falſum, reliquū eſt uerum, Et ſi unum eſt malum natura, reliquum eſt bonum natura, ſed non ſubuenire indigētibus malū eſt ſuaptenatura,ergo eis eleemoſynam elargiri

bonum eſt ſua propria natura. Item non honorare parentes malum eſt, ergo eos honorare bonū eſt. Item eſſe infidelem, inconſtantem, malum eſt natura, igitur uti fidelitate, conſtantia, continentia, eſt bonum natura, quoniam repugnat malo in ſe, ergo opera illorum infidelium ſupradicta fuerunt aliquo modo bona, & per conſequens non erant peccata mortalia. Item confirmatur, quodlibet peccatum mortale ordinat hominem ad pœnam æternam, ſed dare eleemoſynā, Honorare parentes, Seruare caſtitatem, Modeſtiam, Diligere iuſtitiam, Conſtanter pro patria pugnare, & huiuſmodi, non ordinant hoīem ēt infidelē ad pœnam æternam, ut clare liquet, qm̄ infidelis per ſuam infidelitatem damnatur, non aūt per talia bona opera. Quis.n. diceret hominem per caſtitatē, modeſtiam, iuſtitiam, damnari? Non igitur omnia infideliū opera ſunt peccata mortalia.

2. Ratio Secundo ſi omnia opera illa ſupra commemorata infidelium eſſent peccata mortalia, contradicerent legi dei. Qm̄ omne peccatum eſt dictum, uel factum, uel concupitum contra legē dei (teſte Auguſt.) Nulli autem legi talia opera contradicunt, ergo non ſunt peccata mortalia. Item cōfirmatur per illud Hieronymi in Epiſtola ad Demetriadem uirginem. *Confirmatur.* Quod.n. multos phioſophorū, & audiuimus, & legimus, & ipſos uidimus caſtos, patientes, liberales, modeſtos, abſtinentes, benignos, amatores iuſtitiæ, non minus quam ſapientię, Vnde quęſo hominibus alienis adeo iſta, quæ deo placent? Vnde hæc illis bona, niſi de naturæ bono? Si ergo opera illorum infidelium deo placent, ſuntque bona ex natura ſua, quomodo ſunt peccata mortalia?

Tertio Cornelius Cẽturio, qui fide erga Chri- 3. *Ratio.*
ſtum carebat ſine gratia gratum faciente, erat uir religioſus, ac timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper, huius ergo opera non poterãt dici bona meritoria, cum careret fide, Erat quippe gẽtilis, pariterq; carebat charitate erga Chriſtũ, quem nondum nouerat, attamẽ dixit ei Angelus. Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderũt in *Act.* 10
memoriam in conſpectu Dei. Igitur Cornelius Centurio operabatur opera perfecte moraliter bona, ideo non peccabat, quinimmo ex illis meruit a Deo illuminari.

Quarto obſtetrices Ægyptiorum, quæ timẽtes 4. *Ratio.*
Deum, ut legitur in Exo. Seruabant pueros Hæ- *Exo.* 1
bræorum, contra præceptum Pharaonis & ibidem dicitur. Bene ergo fecit Deus obſtetricibus. Et iterum, quia timuerunt obſtetrices Deum, ędificauit illis domos, Non præmia autem illis dominus condonaſſet, niſi actus ille fuiſſet præmio dignus, ergo non fuit uitioſus, & malus.

Quinto, ſi omnia opera infidelium eſſent pec- 5. *Ratio.*
cata mortalia, ſequeretur ꝙ nullus infidelis poſſet facere qđ in ſe eſt, neque ad agnitionem fidei peruenire, nec pœnitentiam agere, nec ſe diſponere ad gratiæ gratum facientis ſuſceptionem, ſtante ſola generali influentia Dei. hoc aũt eſt falſum, & inconueniens, igitur.

Et ſi dicas, nego illud eſſe falſum & inconue- *Obijcitur.*
niens, quoniam ſtante ſola generali influẽtia dei, ſine ſpeciali auxilio Dei, nullus poteſt facere qđ in ſe eſt.

Reſpõdeo quod hoc nihil eſt, dicere quoniam una, & eadem gratia gratis data, ratione omniũ

creaturarum,dicitur generalis Dei influentia ratiōe autem creaturarum rationalium,dicitur ſpeciale Dei auxilium, quod nulli deeſt, ut ſupra oſtenſum eſt ideo Deus una, & eadem influentia, quæ eſt gratia gratis data,generaliter mouet omnia ad operandum,quibus etiam cooperatur,ſpeciali autem modo illa eadem gratia mouet homines,& uocat eos ad ſe, ex quibus aliqui acquieſcunt uocationi diuinæ ex ſuo libeto arbitrio,ſed pauci ſunt, quamplures autem alij non acquieſcunt ſua propria uoluntate,ideo multi ſunt uocati,pauci uero electi,&c.

Obijcit hæreticus. Et ſi quis dicat. Omne quod nō eſt ex fide peccatum eſt(teſte Apl'o)ſed opera illorum infideliū non ſunt ex fide,ergo ſunt peccata. *Rom. 14.*

Reſpon. Reſpondeo quod ibi Paulus loquitur de fide ꝓpriæ conſcientię id eſt omne quod eſt contra cōſcientiæ fidem, ſeu contra propriam conſcientiā peccatū eſt,& hoc claret, ſi uerba antecedentia Pauli diligenter conſyderemus. Vide ſuper Epiſtolam ad Rom.ca.14. Magſtrum ſententiarum, & diuū Thomam, qui manifeſte aſſerit ibidem non omnia īfidelium opera eſſe peccata mortalia,quinimmo multa eſſe moraliter bona,licet nō meritoria.

Itē aliter dici poteſt, quod illa propoſitio Pauli eſt ſimpliciter uera,nam peccatum in ſuo genere dicit tantum diuinæ gratiæ gratum faciētis abſentiam, cum ergo inquit Paulus omne quod nō eſt ex fide peccatum eſt, ſenſus eſt, omne opus, quod non eſt ex fide id eſt extra fidem, hoc eſt infidelium,peccatum eſt id eſt diuina gratia priuatum, uel non ordinatum ad uitam æternam, Seu non meritorium,& hoc equidem uerum eſt,

Sed non ſequitur ergo omne opus infidelium eſt peccatum mortale, quoniam letale crimen duo dicit. ſ. diuinæ gratiæ priuationem, & ultra ordinat ad pœnam æternam, Quodlibet enim opus, qđ eſt mortale crimen non tantum priuat hominem diuina gratia gratum faciente, ſed ordinat ipſum ad pœnam æternam.

Ex quibus ſequitur, quod licet omne opus infidelium, ſeu omnis infidelium uita (ut ait Auguſtinus) ſit peccatum id eſt diuina gratia careat, uel non ſit ordinata ad uitam æternam, ſeu meritoria, non tamen omnis infidelium uita, uel opus eſt peccatum mortale, quia non omne tale ordinat hominem ad pœnam æternam. Quis enim audet dicere (demptis perfidis Lutherus) opera naturalia infidelium, utpote comedere, bibere, agros colere, uineas plantare, domos ædificare, ipſos ordinare ad pœnam æternam? Liquet igitur quod talia non ſunt peccata mortalia. Ideo Auguſtinus in eodem ſententiarum Proſperi libro ait. Falſa uirtus etiam in optimis moribus, ex quibus uult infideles interdum habere optimos mores, in quibus tamen falſa uirtus eſt, quia non eſt meritoria cum non ſit ordinata ad æternam uitam, careatque diuinæ gratiæ gratum facientis illuſtratione, ergo falſum eſt dicere, Omnia infidelium opera eſſe peccata mortalia, & cætera.

Aug. i lib. ſent. Proſperi.

Concluſio Septima.

NON minus hæreticus eſt, qui dicit infidelium peccata mortalia, nobis eſſe uenialia, atque a Deo non imputari.

HÆc concluſio ſeipſa claret, quoniam ſi infidelium peccata mortalia, nobis eſſent uenialia, tunc eorum Blaſphemiæ, Fornicationes, Rixæ, Adulteria, Homicidia, nobis eſſent peccata uenialia, modo autem ſunt mortalia, aliter Chriſtianus nũquam, peccaret, quod eſt maniſeſte falſum, & Hæreticum, uel nullus peccator eſſet Chriſtianus, modo autẽ Chriſtiani peccãt, committuntq; interdum peccata, quæ etiam ab infidelibus perpetrantur, & tamẽ huiuſmodi peccata fidelibus imputantur, & niſi de illis pœnitentiam agerent, damnarentur.

Et ſi dicas, nullus uerus Chriſtianus põt mortaliter peccare. Reſpondetur quod quilibet Chriſtianus, etiam prædeſtinatus, & exiſtens in gratia, peccare poteſt, aliter eſſet ſimpliciter impeccabilis, & non haberet liberum arbitrium ad malum, dum eſt in uia, ideo &c.

Octaua Concluſio.

NOn eſt Deus perſonarum acceptor blaſphemat ideo, qui oppoſitum aſſerit.

HAEC Concluſio ſcripturarum teſtimonijs ſatis eſt clara, immo luce clarior.

Deu. 10 Primo Moſes in Deuteronomio ait. Deus eſt magnus, potens, & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera.

2. Par. 19 Secundo in libro parali. ſcribitur. Nõ eſt enim apud dominum Deum noſtrum iniqtas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum.

Iob. 34 Tertio Iob hoc idem de Deo aſſerit dicens. Qui non accipit perſonas principum, nec cognouit tyrrannum, cum diſceptaret contra pau

perem. Sap. 6

Quarto Salomon in Sapientiæ libro inquit. Non enim ſubtrahet perſonã cuiuſquã Deus, qui eſt omnium dominator, nec uerebitur, magnitudinem cuiuſquam, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit & æqualiter eſt illi cura de omnibus.

Quinto ille idem in Eccleſiaſtico. Non accipiet dominus perſonã in pauperem, & depræcationem læſi exaudiet, ſupra enim dixerat quoniam dominus uindex eſt, & non eſt apud illum gloria perſonæ. Eccle. 35

Sexto Paulus Apſtus ad Ro. manifeſte loquitur dicens. Non eſt acceptio perſonarum apud Deum. Et hoc idem ad Gala. ad Ephe. ad Collo. perpulchre fatetur. Rom. 2 Galla. 2 Ephe. 6. Collo. 3.

Septimo Petrus Apoſtolus in canonica ſua Epiſtola ait. Et ſi patrem inuocatis eum, qui ſine acceptione perſonarum iudicat, ſecundum uniuſcuiuſq; opus, &c. 1. Pet. 1

Octauo, idem Petrus in Act. uiſa Cornelij Centurionis mirabili conuerſione clamauit dicens. In ueritate comperio, quia nõ eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi &c. Ecce quantum diuino oraculo commendãtur opera bona præcipue opera iuſtitiæ, ex quibus quilibet fit acceptus Deo, etiam ſi eſſet infidelis propter huiuſmodi opera, faciendo quod in ſe eſt, mereretur illuminari, exemplo Cornelij Centurionis, immo re uera illuminaretur. Act. 10

Præterea, acceptio perſonarum non eſt Deo attribuenda, quoniam ſecundum propriam eius ſignificationem, ſecũdum quam ſumitur in ſcri-

pturis, & a pleriſq; doctoribus arguit peccatum & iniuſtitiam in Deo, ut diuus Thomas ſup Epiſtolam ad Romanos capite. 2. clare oſtendit dicens. Opponitur autem perſonarum acceptio, iuſtitiæ diſtributiuæ, per quam aliquis diſtribuit unicuiq; ſecundum dignitatem perſonarum, ergo acceptio eſt, quando pręter dignitatem, datur alicui plus, uel minus, Et infra concludit.

Tho.

Quia igitur Deus omnia conuenientiſsima ratione facit, non cadit in ipſum perſonarum acceptio. Et paulo poſt, aliam rationem aſsignat, inquiens. Quod enim non ſit perſonarum acceptio apud deum, patet per hoc, quod omnes qui peccant puniuntur.

Confirmatur. Gabriel

Denique omnes doctores catholici, & ſcholaſtici, Deum non eſſe acceptorem perſonarũ uno ore fatentur. Vnde Gabriel diſt. 41. primi ſententiarum quæſtione unica ita loquitur, Nec tamen propter hoc quod Deus al quos prædeſtinat, & non alios, eſt perſonarum acceptor. Nam acceptio perſonarum tunc eſt, quando quod debetur æqualibus uni offertur, & non alteri. Deus autẽ nulli eſt debitor quocunque modo, & ideo non poteſt eſſe acceptor perſonarum, & licet Greg. Ariminenſis uideatur aſſerere Deum aliquo modo eſſe acceptorem perſonarũ, di. 28. ſecundi. q 1. dum ſumitur hoc nomẽ perſonarum acceptio improprie pro prædilectione, qua unum alter omnino ſimilem prædiligit, Sumendo tamen acceptionem perſonarum proprie, prout ſcriptūrę loquũtur, eadem diſtinctione, articulo. 3. in reſponſione primi argumenti firmiter aſſerit, Deũ nullo modo eſſe acceptorem perſonaruu, dicens his uerbis. Nam ille tantum dicitur acceptor perſo-

Grego. Arimi.

narum, qui in dando munera, uel præmia attendit genus, uel nationem, ſtatum, uel conditionem aut aliquam prærogatiuam perſonæ, qua una pſona, præter dignitatem meritorum, aliam excellit. Et infra ait.

Quia Deus non acceptat perſonas intuitu generis, ſeu nationis, ſed præciſæ gratis, & ex ſua libertate mere, huic dat gratiam, illi non dat, hũc uocat, & non attendit in ipſis aliquam talem p̃rogatiuam perſonæ, ſed ut ait Petrus. In omni gente qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi, ideo nequaquã poteſt dici acceptor perſonarum ad ſenſum illum ſcilicet uerum. Quare, &c.

Et ſi quis dicat, Deus acceptauit Petrum, & Iudã, latronẽ unum, & non alterum, & ille ſunt pſonæ, ergo Deus eſt acceptor perſonarum. *Obiicitur*

Reſpondeo negando conſequentiam, quia licet Deus (occultiſsima cauſa) acceptet unã perſonam, & non aliam, ad gratiam, & gloriam, nunquam tamen perſonarum acceptor appellari debet. Quoniam (ut dictum eſt) hoc nomen acceptio perſonarum proprie loquendo, ſonat in malum, arguitq; iniuſtitiam in Deo, pariter, et in omni homine, De nullo ſiquidem iuſto dici poteſt, ille eſt acceptor, perſonarum, & ita pari ratione dicendum eſt de Iacob, & Eſau, quorum unum dilexit, alterum uero odio habuit, & tamẽ ex hoc non licet inferre Deum perſonarum aceptorem fuiſſe. Cum igitur tot ſcripturarum teſtimonia, tot doctorum authoritates, deum non eſſe acceptorem perſonarum conſtanter affirment, & fateantur, Blaſphemat ideo, qui oppoſitum aſſerit quoniam attribuit Deo, quod ei non conuenit. *Reſpon.*

Solent enim impij blaſphematores in eorum aduerſitatibus arguere Deum factionibus obnoxium,quod idem eſt dicere Deum eſſe acceptorẽ perſonarum, quamobrem caueat unuſquiſq; ab huiuſmodi blaſphemijs.

De pertinacia,
Pulchra,& utilis difficultas.

AN liceat alicui catholico aliqd
pertinaciter aſſerere. Nagatiue
reſpondendum eſt,& ratio aſſi-
gnatur,quoniam pertinacia op-
ponitur uirtuti perſeuerantiæ,ſe-
cundum exceſſum,Laus enim p
Tho. ſeuerantiæ,ut inquit Thomas ſecunda ſcdæ.q.1,8
articulo id eſt in hoc conſiſtit, quod aliquid non
recedat a bono diuturnam tolerantiam difficiliũ
cui opponitur per defectum mollities, & per ex-
ceſſum pertinacia. Pertinax ideo ille dicitur, qui
nimis propriæ ſententiæ inhæret,quaſi ad omnia
tenax repellens aliorum ſapientiam, contra quẽ
Prou.3. clamat ſapiens in prouerbijs. Ne innitaris pruden
tiæ tuæ,& Paulus ad Ro.id ipſum inuicem ſentiẽ-
Rom.12 tes,non alta ſapientes, ſed humilibus conſentien
tes, Væ inquit dominus per Eſaia. Qui ſapientes
Eſa.5 eſtis in oculis ueſtris, & coram uobiſmetipſis
prudentes. Magna igitur pertinacia eſt, ut uelit
quis plus ſibi credere, quam omnibus alijs cum
nullus adeo ſit ſapiens,quin aliquando poſsit er-
rare. Quare pertinax ſecundnm ipſius nominis
Quid per ethymologiam dicitur durus,impudens, irreuo-
tinax. cabilis,idocilis,obſtinatus. Durus quia nõ cedit
ſententiæ,

ſententiæ alterius,ſicut re durum,dicitur,qd non cedit,ſed tactui reſiſtit. Impudens, quia non erubeſcit aduerſari, etiam agnitæ ueritati,uel ſapiēti. Irreuocabilis quia non poteſt reuocari a ſua ſententia,ſeu opinione,Indocilis,quia doceri non ualet. Obſtinatus,quia etiam in futurum in ſua ſententia perſeuerare intendit, & ſic pertinax durus eſt ſemper, & obſtinatiſsimus in malo, de quo Iob,Cor eius indurabitur quaſi lapis. Cor autem durum,ut inquit Sapiens in Prouerbijs. Male habebit in nouiſsimo. Et ille idē. Qui mentis eſt duræ corruet in malum,ſicut accidit Pharaoni, quē cum ſæpe fuiſſet dominus allocutus per Moſem, ut dimitteret populū ſuū liberum,crebo ꝓpoſuit, & promiſit,ſed detentus amore terrenorum,& uana ſpe euadendi flagella, noluit audire dominū, ſed induratum eſt cor Pharaonis,& perſiſtens in ſua pertinacia ad perſequendum populum, illum demum in mari rubro ſubmerſus eſt. *Iob. 41.* *Prouer. 28*

Præterea Iacob patriarcha prophetizans de pertinacia Scribarum,& Phariſæorum,q̄ oſtenderunt non recipiendo doctrinam Chriſti, q Scribæ,& Phariſæi,fuerunt de tribu Simeon, & Leui,ait filijs ſuis,quibus tunc loquebatur. Maledictus furor eorum,quia pertinax in contradicēdo Chriſto,& indignatio eorum,quia dura. Proinde Stephanus Prothomartir de pertinaciaia arguēs Iudæos,cum quibus diſputabat. Dura inquit ceruice,& in circūciſis cordibus,& auribus uos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. Et dominus ad Moſem. Cerno ꝙ iſte populus duræ ceruicis ſit, dimitte me ut iraſcatur furor meus ſuper eos, & deleam eos de terra. Denique Hieronymus. Si non conuertamur,& ſi duri colli ſumus, ſi uſque in fi- *Exo. 7.* *Gene. penult.* *Act.* *Exod. 32*

Di. 39. c. diaconi. nem in malis perſeueramus, aſsidue peccantium non miſeretur deus. Debet igitur quilibet cauere ne ſit pertinax in ſuo ſenſu, ut in præſenti ſunt Lutheranorum fautores dura ceruice, & pertinaces clamantes in plateis, & in eccleſijs ſe eſſe ſapientes, cœteros ſpernentes, uelut imperitos ſuam inſcitiam tegentes. Duo nanq; faſciunt hominē hæreticum. ſ. error in intellectu, & pertinacia in uoluntate.

Aug. Quemadmodum Auguſtinus cōtra Manichęos liquide oſtendit dicens. Qui in eccleſia Chriſti morbidum aliquid paruūque ſapiuut, ſi correpti ut rectū ſanumq; ſapiant, reſiſtant contumaciter, ſuaq; peſtifera dogmate emēdare nolūt, ſed defenſare pſiſtunt hæretici ſunt. 24. q. 3. c. Qui in eccleſia. Sed ſiquis in aliquo erraret, æſtimans illam eſſe regulam, et fidem eccleſiæ paratus emēdare, cum ſciret, non eſſet hæreticus. Vnde idem Auguſtinus, Si qui ſententiam ſuam quamuis falſam, atq; peruerſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt, quærunt autem cauta ſollicitudine ueritatē, corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos reputandi. 24. q. 3. c. Dixit Apoſtolus.

Abbas Ioachim. Quamobrem Ioachim, qui errauit circa myſterium Trinitatis aſſerens. Magiſtrum Petrum hæreticū, eo quod dixerat diſtin. i. primi ſententiarum, quod pater, filius, & ſpiritusſanctus q̄dam ſumma res eſt, fatebatur. Nanq; ipſe Iochim non eſſe in trinitate unitatem ueram, & propriā, ſed quaſi collectiuam, & ſimilitudinariam, ſicut multi homines dicuntur unus populus, Reprobatur autem opinio, & ſententia eius tanquam hæretica, & approbatur ſententia prædicti Petri, uelut catholica. Verum quia ipſe Ioachim ſubmiſit omnia ſcripta ſua ſedis Apoſtolicæ correctioni,

aſſerens ſe tenere quod credit eccleſia,& ſic non fuit pertinax in ſua ſententia, ideo excuſatur a uitio hæreſis,ut habetur de ſumma trinitate et fide catholica.c.Damnamus,Cuius exemplo moueãtur noui hæretici ad aſſerendum ea,quæ credit eccleſia,& a ſua pertinacia deſiſtant.Sola enim pertinacia hominem hæreticum efficit.Ex qbus omnibus ſequitur,quod ea quę ſunt determinata ab eccleſia. Verbi cauſa.Conficere in azimo pane,ieiuno ſtomaco,ueſtibuſq; conſecratis,& cum cæteris cerimonijs,ac orationibus.Item audire miſſam dominicis diebus.Ieiunare totam quadrageſimam,& cætera ſimilia,quæ ex mera eccleſię inſtitutione ſancita ſunt,debent uere, & catholicę, ſed non pertinaciter ſuſtentari, quoniam alijs rationabilibus cauſis aduenietibus poteſt eccleſia oppoſitum determinare.

Sequitur prætérea,q ea quæ non ſunt determinata ab eccleſia , utpote q uirgo glorioſa ſit concepta in peccato originali,uel q non ſit cõcepta. Et q pueri decedentes ſine baptiſmate patiãtur pœnam ſenſus,uel tantum pœnam damni,et alia ſimilia ſunt probabiliter,ſed non pertinaciter ſuſtentanda ,cum neutrum illorum ſit determinatũ ab eccleſia, poſsitq; utrumlibet illorum determinari. Quãobrem quiſquis eorũ quodlibet ptinaciter aſſerere noluerit hæreticus,& extra eccleſiã cenſendus eſt,ut ex ſupradictis liquet. Quare rogo,& obſecro Lutheranorum fautorem quemlibet,ut reſipiſcat,à pertinaciaque deſiſtat,ſeque et ſua ſanctæ Eccleſię ordinaitoni ſubijciat ,cui , & ego in omnibus humiliter ſubiicior. Alia quamplura Vide in tractatu noſtro de Eccleſiæ authoritate &c.

VTRVM INDVLGENTIAE ualeant pro his qui ſunt in Purgatorio.

EXISTENTES IN PVR gatorio mediant, inter Eccleſiã triumphantem, & milit antem, ſed omne medium participat na turam extremorum, teſte Philo- ſopho. 4. Topicorum ut liquet de homine, qui mediat inter ſpirituales intelligen- tias, & animalia irrõnalia, ideo participat de na- turis utriuſque horum duorum extremorũ, Quã- tum enim ad corpus habet quid commune cum belluis, Sed quantum ad animam habet quid cõ mune cum intelligentÿs, Ita exiſtentes in purga- torio, habent quid commune cum his qui ſunt in Eccleſia triumphãte, quia quemadmodũ illi ſunt in Dei gratia, Sic pariter & hi qui ſunt in purgato rio, Secundo tam illi quam iſti laudant Deum, ut inquit. Io. omnem creaturam quæ in cœlo eſt & ſuper terram & ſub terra omnes audiui dixit. Se- denti in trono & agno benedictio, honor, gloria & poteſtas in ſecula ſeculorum amẽ. Triplicem hic ponit ordinem laudantium Deum ſcilicet in cœlo beatorum, in terra iuſtorũ, & ſub terra pur-
Apoc. 5. gandorum, quia damnati non laudant Deũ nec
Pſal. 6 benedicunt iuxta illud Prophetæ in inferno autẽ quis confitebitur tibi, Tertio omnes tam illi, qui triumphant in cœlis, quam illi qui ſunt in purga- torio ſunt prædeſtinati, & ſecuri de ſua beatitu- dine, & fœlicitate, Deinde participant cum his qui ſunt in Eccleſia militante, quia illi ſicut iſti pa tiuntur pœnas, Secundo ſicut quilibet fidelis &

iuſtus participat de omnibus operibus bonis, q̃ fiunt in Eccleſia militante iuxta illud Pſalmographi, Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua, exiſtentes in purgatorio, participes ſunt omnium orationum eleemo ſynarum & tandem omnium operum quæ fiunt a nobis, ut ſancte & iuſte, Iudas Machabeus arbitratus eſt, qui collatione facta duodecim milia Dragmas argenti miſit Hieroſolimã offerri eas pro peccatis mortuorum. Et hoc idem uniuerſalis Eccleſia ſanciuit, cuius authoritas non minor eſt quam quodlibet ſcripturarum dictum. Tertio ſicut Chriſtus orat ſingulariter, pro omnibus prædeſtinatis exiſtentibus in uia, ut ipſe in Euangelio Ioan. ait. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Sed exiſtentes in purgatorio. Sunt prædeſtinati ſcripti in libro uitæ, quos pater dedit filio, & ſui erant, igitur pro eis etiam rogat, ut a pœnis abſoluantur. Quamobrem, ſi Papa qui habet claues theſauri Eccleſiæ, & hunc theſaurum diſpenſare ualet, teſte Apoſtolo qui ait, Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores miniſtrorum Dei, ille poteſt nobis applicare indulgentias, ita poterit applicare his, qui ſunt in purgatorio, quia ſi ſunt participes omnium bonorum noſtrorum, ac orationum Chriſti, ita participare debent de omnibus meritis Chriſti, & ſanctorum, quæ quidem merita thſaurum Eccleſiæ efficiunt, Dico tamen quòd uirtute indulgentiarum non poteſt totaliter & abſolute unã aiam a pœnis purgatorij liberare, q̃a eadem ratione poſſet liberare duas, quatuor, decem, &

Pſal. 118.

Ioan. 17

1. Cor. 4.

Bona quomodo proſunt exiſtentibus in purgatorio.

ſic omnes, quare euacuaret purgatorium, Poteſt tamen indulgentijs eis remittere pœnas, ut citius poſsint egredi, & hoc eſt quod dicitur quod Papa indulgentiarum ope liberat animam a purgatorio per modum ſuffragij.

Et ſi dicas, Ego qui confeſſus ſum ſolutus a culpa, & a pœna æterna, Si accipio plenarias indulgentias nonne totaliter liberabor ab omni pœna temporali & ipſius purgatorij? igitur æqua ratio ne dicendum eſt de exiſtentibus in purgatorio.

Reſpondeo, quod non eſt eadem ratio quia aliud eſt actiue recipere, & aliud eſt paſsiue.

Nam exiſtentes in uia actu concurrunt, & propria uoluntate indulgentias recipiunt, ideo eis magis proſunt.

Exiſtentes autem in purgatorio tantum paſſiue recipiunt, aliorum beneficio, ideo non tantũ eis proſunt, Exẽplo plus enim iuuat dare unũ aureum pauperibus in uita dum ſanus eſt homo, quam cẽtum relinquere poſt mortem, quia in uita uoluntarie dat, ſed poſt mortẽ coacte, Sic i ꝓpoſito plus iuuat indulgẽtia ei, qui ꝑ ſeipſum ꝓpria uoluntate accipit, quã ei q̃ per alienũ recipit, &c.

*

REVEREN. P. SACRARVM LIterarum profeſſori Fratri Ioãni Mariæ Verrato Ferrarienſi Carmelitano, Auguſt. zanettus, Epiſcopus Sebaſt. Reuerendiſ. Car. Campegij Vicarius, & Suffraganeus, & cætera.

S. D.

NON ſine animi uoluptate, non minus ſanctum, quam omni uerborum ornatu conſpicuum, ac præclarum libellum tuum conſpeximus, ſummis prefecto præconijs extollendum. Quē, utpote Chriſtianæ Reip. neceſſariũ, annuente præſato Reuerendiſſ. D. Car. imprimendum conceſsimus. Quemliber in domino hortãtes, ut penes ſe tanquam Enchiridion quoddam ſalubre, illũ retinere uelint. Túque pater Reuerende quo cœpiſti gradu perge, & cũctis uiribus enitere, ut duce uirtute tua, & eleganti doctrina, Chriſtianus populus, ad deum ſeruatorem colendum, excitetur, exploſa, ac penitus eradicata omni hæretica prauitate, Noſtriq; tibi admodum addictiſsimi, memor eſto, & bene uale. Ex palatio Epiſcopali. 16 Octobris. M. D. XXXVIII.

DECLAMATIO IN LVTHERANOS, habita a Reuerendo Mãgiſtro Ioãne Maria Vertato Ferrarienſi Carmelita, Studij regente in ſolemnitate beatiſsimi Hieronymo, in æde diui Petri Ciuitatis Bononiæ coram uniuerſo theologorum Collegio, Ad Reuerendiſſimum, & Illuſtriſ. Cardina. Campegium, Generalis Concilij legatum, M. D. XXXVIII. pridie Kalen. Octobris.

CONSVEVERVNT Maiores noſtri, optimarum artium ſtudijs deditiſsimi Reuerẽdiſsime antiſtes, celeberrimi, P. hac memoranda die, anniuerſario ritu, & humanę philoſophię dignitatem celebrare, & ſacræ theologiæ myſteria perorando extollere, & ſingulos noſtrum ad ſacras literas perdiſcendas excitare, ſed q̃a chriſtianam Rempublicam afflictam, & oppreſſam miſeris temporibus, ac perditis recentiorum hæreticorum moribus perſpicimus, aliud dicendi argumentum nacti, non impiam quam ipſi negligunt philoſophiam commendabimus, non theologiam, quam tralaticijs ſenſibus ſubuertunt laudibus afferemus, uerum tanquam religionis ſtudioſiſsimi, contra taleis perditos homines, terra ignorantiæ caligine obſitos, quamuis non prolixa oratione perorabimus, ſi homines ſunt cenſendi qui humana iura dicuntur labefactare, quinimmo diuina quæque penitus abolere, qui deum optimum maximum negligant, qui denique inſipientem illum imitati, forte in cordibus ſuis cõmurmurantes dicant, profecto non

eſt deus dum etenim pleriq; eorum ſolitis pæda gogijs obnoxij ad ſacros codices aggrediuntur in quot quæſo errata, in quot execranda ſcelera labuntur? dum uix methodicæ grammaticæ rudimenta edocti, e qua duntaxat, & de matre Andromaches, et de Niobes filijs diſſerere didicerũt grauiora onera gerere audent, unum uti imbecilles, languidi, & enerues deficiunt? Quid alios recenſeam, qui dialecticam renuentes, cuius ignorãtia Pythagoræ, Parmenidi, Meliſſo, Sexcentiſq; alijs (ſi Ariſtoteli credimus) errandi cauſa extit, ſe ſe ſingula recte indagaturos opinãtur? Quid cęteros commemorem, qui rerum mundanarum ſciẽtiam, quam philoſophiam uocant, theologiæ minime conducibilem dictitãt? a cuius ſtudijs, quo quis magis aberit, eo minus ſupernis mentibus proximus habeatur dei, ſiquidem inuiſibilia, quę hæc ſcrutatur, per ea, quæ uiſibilia ſunt, quæ illa couſyderat dignoſcuntur. Si igitur tum antiqui, tum moderniores hæretici, liberalium diſciplinarum peritiſsimi extitiſſent, & priſcæ, & noue legis deprauatores non fuiſſent, maiorum noſtrorum, qui mira ſanctitate conſpicui floruere rationem habuiſſent, eorum præclara geſta admirabũdi contemplaſſent, illorum ſingularẽ doctrinam obſtupeſcentes, ubique gentium prædicaſſent, nec ipſorum placita polluto ore, inquinaſſent, quibus, & ſi accuratiſsime ſcripta offendantur, refragari contendant, ut nihil dixerint ſcriptores integerrimi, nihil diſputauerint, nihil denique perpetuis literarum monumentis mandarint, quod tam antiquæ quam nouæ hæreſis authores non demoliri exoptent. Illi ſuperioribus ſeculis uniuerſum populum ad ea honorifice perpetrãda ſa

cinora adhortabantur, quibus cum perpetuam ſui memoriam poſteris relinqueret, Hi ſingulos noſtrum à prudentia, & animi moderatione, à iuſtitia, & æquitate, à fortitudine, & conſtantia, à clementia, & pieta, à deorum cultu, & religione, intemeritatem, & audaciam, in luxum, & libidinem, & in odium, & crudelitatẽ, in corporis cultum, & mẽtis ſocordiam, in uitia denique omnia, uel nolentes pertrahũt, illi mortaleis in ſola fide, quę ſine operibus (ſi Paulo credimus) mortua eſt, non torpeſcere ſinunt. Hi uirtutum obliti, quo expeditius, ueluti noui epicurei, Vẽtri, Baccho, Veneri, & Genio indulgere queãt, nulla egregia opera meritoria fore autumant: ſed ſolius fidei ope quẽlibet ęternam beatitudinẽ promerere fatẽtur, qua profecto re quid deterius, quid pernicioſius quid uniuerſo terrarum orbi intolerabilius contingere poſſet? Sic enim leges omnes irritæ eſſent. Sic illuſtres uiri ſegnes reſiderent, ſic tot urbes, tot ꝓuinciæ, tot regiones, & imperia non arte, & ratione, ſed dolo, & fraude regerentur? Illi congenita libertate gaudent, qua et à uitijs abhorrere. & uirtutes complecti dicimur. Hi nil ingenuũ, nil præſtans, & conſpicuum in nobis relinquentes, omnimodam in rebus præclaris perficiendis libertatem auferunt, tanquã non dij eſſemus, & filij excelſi omnes, nec natura liberi, ſed ſerui penitus naſceremur, quod equidem riderent Peripatetici, ut Academicos dimittam, ac Theologos ſilentio tacitos prætercam, qui adeo libertatem, perinde ac domum cœlitus homini datum coluere, ut ſecus ſentire flagitioſum iudicarint. Quid plura commemorem? Illi deum, & facilia, & uolẽtibus iucunda, nobis peragenda precepiſſe teſtantur,

Hi quę noſtris uiribus effici non poſsint mandaſ-ſe fatentur, O obtuſa Reibuplicæ chriſtianę mo deratorum ingenia. qui hæc pernitioſa nugamen ta in ueſtris urbibus, in priuatis ædibus, ĩ ipſis deo rum immortalium ſacellis, tãquam ſaluberrimas leges promulgari ſuſtinetis. O impias imperito-rum auditorum aures, qui ad huiuſmodi ridiculã doctrinã hauriendã, relictis eruditioribus uiris cę ci confluitis. O ſceleſtiſsimos homines, q totam fere Gemaniam inquinaſtis, qui Italiã, & Italię ce leberrimam urbem Bononiampolluere audetis, Quid ita? quia tot Epiſcopos, tot purpuratos. P. tot ſummos Põtifices negligitis, qui Pauli epiſto-las, contra Paulnm tertium Chriſticolarum mo-deratorem non pœnitẽdum in alienos ſenſus uer tere, uel potius ſubuertere laboratis, quo melius ignobile uulgus decipere ualeatis.

Longius quidem quam decreueram ſum pro greſſus quare ampliſsimi. P. quæ alia minus ſufferenda ante ora ueſtra ſparſerint aquilona-res hæretici eorumque fautores ex me diligen-ter audite. Non contenti enim, quæ antea audi-uiſtis palam blateraſſe, Deum ipſum, qui ſo-lem ſuper iuſtos, & iniuſtos exoriri facit, apud quem nec Iudæi, nec Græci diſtinctio exiſtit, qui ſemper omnium dominus qui ue in omneis inuocantes ſe diues eſſe uoluit, factionibus ob-noxium credunt eiuſdem quam prædeſtinatio-nem uocant, antiquæ noſtræ libertati neceſsitu-dinem inferre arbitrantur, perinde ac nulli no-ſtrum quicquam boni, uel mali efficere poſſint, cum ſolus Deus omnia bona, ac ſingula mala per nos (ſi ipſis aſſentimur) peragere credatur, quem tamẽ, nec uelle, nec poſſe aliqd impij meditari hu

cuſq; tenuere uiri ſanctiſsimi, aliter namq; ocio-ſam uitam agere poſſemus, ſi his firmiſsimum p̄-mium, illis ineuitabile ſuppliciū neceſſitate qua-piam conſtitutum opinaremur.

Quid igitur prodeſſe debuit Tobiā in ieiunijs, diutius uerſatū fuiſſe? Eſdrā legis p̄cepta toti po pulo indefeſſa uoce explicaſſe? Helchanā, ut Deū adoraret ſtatutis diebus in montē aſcēdiſſe? Da-uidē, ut Ionathā ueſtiret, ſeſe tunica ſua expoliaſ-ſe? Neemiam pro filijs Iſrael delicta humiliter ex-poſuiſſe? Heliſæum mulieri uiduæ proſpexiſſe? qd ue obeſſe oportuit, ſi Athalia mater Ochoziæ, re-gis, mortuo filio, immoderata regnādi libidine p̄ cita, uniuerſum ſemē regium deleuit? ſi Manaſſes ſanguinem innoxiū effudit? & cruore innocētum Hieruſalem repleuit? ſi Anthiochus, ut diuinū cul tum in Iudęo deſtrueret, multū laborauit? Si He-bræus populus ingratus extitit? Si Salomō ſenio confectus ſculptilia coluit? cū liberi non ſimus, cū fatis agamur, & quo fata trahunt, retrahuntq; ſe-quamur. Iā erubeſcere uidebor doctiſsimi. P. alia multo his atrociora uobis exponendo, ne huiuſce cōcionis, huiuſce ſacratiſsimę ędis rationem non habuiſſe uidear, nonnulla tamen quæ pauca ſup-ſunt perſtringere audebo, quia me id efficere co-gūt inuidi, cogunt noui hæretici, quinimmo cogit ueritas, q̄ magnā eſſe, & præcæteris uibus exco-lendā præcepit Eſdras, cū neq; ſanctos honoran-dos, neque ſanctorū numina imploranda, neq; il-lorū ſtatuas ſeruādas, neq; uota perſoluēda autu ment, ſed Eccleſiæ authoritatem diminuant, Sū-mi Pōt. dignitatem ſubmoueant, ſubmota labefa ctēt, labefactatam in nihilū redigere cōtendāt, q̄ confeſsionē appellant audaciter deſpiciāt, imma

culatā illā hoſtiam, ſuauiſsimū illū calicē debita ueneratione nō ꝑſequanť, ſibi pſuadentes, nec illā in carnem conuerti, nec hūc in uerū Chriſti ſanguinē imutari, Sūmū Hercule ipſius Dei imbecillitatis argumentum, qui uarias aiantiū ſpecies, diuerſa rerū elemēta, ſempiternos illos orbes, & ſydera, innumeros Angelos ex nihilo creauit, et illorū utrūq; in diuiniorē ſubſtātiā uertere nō poſſit, quibus oībus execrabiliora excogitari poſſe non crediderim. Quid, cū purgatoriū, quo (credo) licētioſius debacchari queant, non reperiri ꝑclamātꝭ mortuorū aīas oībus uiuentium ſuffragiīs deſtitutas tabeſcere iudicātꝭ earū ſupplicia, nulla ſummi Pontificis opera, uel amoueri, uel dminui poſſe dictitant, ſanctiſsimum legitimi coniugiī uinculū dirimere inſtitūť, oīa rident omnia cōtemnūt, omnia lacerant. Quare uigilantiſsime Paſtor ęgſ ſimi. P. ſi quo Chriſtianæ Reipublicę iam, iā, ut uidetis diruendæ amore detinemini, ſi Chriſtū diligitis, ſi Chriſti legem non deſpicitis, ea diligentius curate, ueſtræ nanq; fidei, prudentiæ, & integritati eiuſdem dignitatem, Chriſticolaꝝ ſalutē, uitam, libertatem, decus, & amplitudinem, cuncta deniq; cōmiſſa, & credita aīaduertite, de ſalute oīum ꝯgitāte, uobis cōſulite, uniuerſæ religiōi ꝓſpicite, miſerā nr̄am cōditionem cognoſcite, teτras hæreticoꝝ ꝓcellas, q̄ undiq; ipēdēt circūſpicite, ocio idulgere deſinite, prauos ſacraꝝ ſcripturaꝝ corruptores exterminate, hos iuidus, hos maleuolos uariīs cruciatib. affligite, recentiores hęreticos (niſi o utinam reſipiſcant) famæ, ferro, igne perdite, ne ſi (ut cœpiſtis) mitiores extiteritis, breui, nec uobis, nec religionis rebus proſpicere ualeatis. Dixi, &c. Laus Deo.